MS 49. ST. JEROME
BRYN MAWR COLLEGE LIBRARY

24749/197

Qn̄ dn̄s nr̄ ihūs xp̄s mortē suā mat̄ p̄dixit

Hic potest interponi meditacio valde pulcra de q̄
tamen scriptura non loquit̄ Cenante autem dn̄o
Ihesu die mercurij cum discipulis suis in domo
marie et marthe et matre eius etiam cum mulieribus
deuotis sequentibus eū in alia parte domus Et ministra
te ut erat solita maria pre feruore amoris audens ro
gauit humiliter dn̄m dicens. Magister sitis memor
q̄d vos faciatis hic pascha nobiscū Rogo vos ut nō dene
getis michi hoc. Quo nullatenus acquiescente sed di
cente q̄d in Jrlm faceret pasca. Illa recedens inde cum
fletu et lacrimis et singultibus. vadit ad dn̄am Et hijs
ei narratis humiliter eam rogat. Ut ipsa eum ibi in pas
chate teneat. Cena igitur facta vadit dn̄s ihūs ad ma
trem et reuerenter sedens cum ea seorsum colloquens
cū ea. copiam ei sue presencie prebens. quā in breui sub
tracturus erat ei Conspice nūc bene ipsos pariter con
sedentes et loquentes. et quō dn̄a eū reuerenter suscep
et qm̄ affectuose moratur cū xp̄o. Et similiter quomō
dn̄s reuerenter se habuit ad ipsam. Ipsis igitur sic ad i
nuicem colloquentibus. magdalena vadit ad eos et ad
pedes eorum sedens dixit. Domina ego inuitabam ma
gistrū ut hic faceret pascha nobiscū. Ipse uero uidetur vel
le ire in Jhrlm ad paschandū ut capiatur ab eis ibi Ro
go vos ut non permittatis eum ire. Tunc dn̄a magnis
precibus eum exorabat dicens fili mi rogo te ut nō
sic fiat sed faciamus hic pascha Scis enī dulcissime
fili q̄d invidie ad te capiendū ordinate sunt. Et dn̄s
humiliter ad eam. Mater carissima voluntas pr̄is mei
est q̄d ibi faciam pasca quia tempus redemptionis

modo implebuntur omnia que de me sunt scripta
et facient de me quidquid volent. At ille de magna
dolore hec audierunt quia bene intellexerunt quod de mor
te sua dicebat. Dixit ergo mater vix valens pre angus
tia verba formata proferre. Quia ut prudentissima verba
filij intellexit. Fili mi tota concussa sum ad vocem istam
Et cor meum dereliquit me. Vis me deserere amantissime
fili et cor corporis mei. Quomodo potero ferre dolorem mortis
tue. Que vix tuli dolorem remansionis tue in iherusalem
Provideat pius pater. Quia vere quid dicam vel quid
faciam nescio. Nolo sibi contradicere. Sed si sibi placeret
roga eum quod differat ad presens. et faciamus ibi pascha
cum istis amicis et hospitibus nostris. Ipse vero si sibi pla
cebit poterit providere de alio modo redemptionis
sine tua morte quia omnia possibilia sunt ei. Et ihesus
ad matrem sic omnino oportet fieri ut dixi. O si videres
inter hec verba dominam plorantem. modeste tamen
et plane. quamvis visceraliter vulneratam. ac magda
lenam tamquam ebriam de magistro suo largiter et cum
magnis singultibus flentem. Et inquanta amaritudine
cum alijs omnibus qui ibi erant tunc positi. Forte nec
tu posses lacrimas continere. Considera in quo statu
esse poterat quando huiusmodi tractabantur. Dixit ergo dominus
blande consulans eas. Nolite flere scitis enim quod obedi
enciam patris mei me implere oportet. Sed confidite
et pro certo scitote quod cito revertar ad vos. Et tercia
die resurgam incolumnis. In monte ergo syon secundum
patris voluntatem faciam pascha. Dixit magdalena ex
quo non possumus eum hic tenere. Simus et nos
in domo nostra de iherusalem ad pascam. Sed credo quod
numquam habui pascha sic amarum. et tantis amaritu

dinibus repletū· Acquieuit ergo dn̄s q̄d et ipse
in dicta domo facerent pascha· :·

b.

Sequūt᷑ tituli librorꝫ ac Caplorꝫ huiꝰ voluminis
Incipiūt Capl̄a Transitus sancti Jeronimi p᷒ lib᷒

¶ Epl̄a sancti Eusebij ad damasum ep̄m portuēsem de laudi
¶ bus sancti Jeronimi
¶ De afflictionib' beati Jeronimi
¶ Epl̄a Eusebij de morte gloriosi Jeronimi
¶ De doctorib' falsis et rectoribus
¶ Exortatio de paupertate
¶ Exhortatio de hūilitate
¶ De obedientia
¶ De plati hūilitate
¶ De vera pfectione
¶ De fortitudine et patientia
¶ De misericordia
¶ De sacerdotibus et monachis
¶ De Cupiditate edificandi
¶ De oblatione et rapina
¶ De abiectiōn tirnorꝫ
¶ De luxuria
¶ De Caritate
¶ De temperantia in amando proximū
¶ De tempore isto breuissimo
¶ De mendatia et bona fama
¶ De societate
¶ De Juramento uitando et de oratione continua et eius effectu
¶ De orationibus
¶ De vita et morte
¶ De contemplationib̄ huiꝰ uite et optatiōn mortis
¶ Allocutio discipulorū ad Jeronimum
¶ Consolatio Jeronimi ad fratres
¶ Exortatio Jeronimi ad eusebium

De damaso epi portuen
De augustino
Qm̄ ſeronimus alloquit' et oſculatur frēs ſuos
Oratio ſeronimi qui cupit eſſe cum xpo
Ordo ſepultur' ſeronimi
De eucariſtia cum qua ſeronimus loquit'
De deitate et humanitate xpi
De baptiſmo xpi
De morte xpi
De reſurrectione xpi
De aecenſion xpi
De aduentu ad iudiciū
Comendatio eukariſtie
Orō ſeronimi
De morte beati ſeronimi
Mirabilia beati ſeronimi viſio cirilli epi de trāſitu eius
De quā plimis miraculis in morte ſeronimi
De quodam ceco a natiuitate
De quodam ſurdo et muto
De quibuſdam demoniac' liberat'
De quodam heretico
Explic' epl' euſebii de morte ſeronimi
Incipit eplā ſancti auguſtini ad cirillū epm̄ ſeroſolemitan̄ de laudibus bti ſeronimi
.ii. De comendacione ſeronimi
De uita et modo uiuendi bti ſeronimi
Viſio auguſtini de ſeronimo bto.
De animabus beator
Viſio ſeueri ſeronimi
Secunda uiſio auguſtini
Magnificacō bti ſeronimi Explic' eplā auguſtini

Incipiunt eplē Cirilli

Eplā Cirilli ierosolomitañ pontific' ad augustinū ypponeñ presulem
De tristi secta grecoꝝ
Apparitio Jeronimi ad eusebiū
Oratio Eusebij sup tria cadauera hominū
De tribus mortuis resuscitatis p btm̄ Jeronimū p quadā heresi extirpanda
De obitu Eusebij et de alijs tribus qui a mortuis resurrexerunt meritis btī Jeronimi
Visio demonū ab eusebio
De apparitione Jeronimi
De penis purgatorij
De differencia penaꝝ purgatorij et inferni
De diuersitate penaꝝ purgatorij
De diuersitate gaudioꝝ in celesti patria
De diuersitate penaꝝ in inferno
De demonibus accedentib' ad morientem
De pena anime exalant' a corpore
De animabus ductis ad p̄senciam iudic'
De animabus istoꝝ triū ductis
Duo miracula Eusebij de monacho ceco illuiato 2º de demoniaco

Incipiūt qd' miraclā btī Jeronimi

De fama et specie siluani archiepī nazareni a diabolo ꝛc
Apparicio btī Jeronimi
Qualit' btūs Jerom' duos allexandrinos incator's libauit ꝛc
Qualit' btūs Jerom' liberauit duos iuuenes Romanos
De q̄dam monasterio monialiū ꝑpter symoniacā p̄uitāse destructam

Sequit' qm̄ plā miracula

De quodam heretico qui btm̄ Jeronimū mentiri dixit linguā pdidit

De alio heretico quasi simile
De alio heretico arrianorum
De Johanne nepote Cirilli qui liberatus fuit de carcere
Qualiter demon fuit religatus transeundo ante figuram beati Jeronimi
De Ruffo nepote Cirilli qui propter ludum dampnatus fuit etc.
De lusore blasphemante beatum Jeronimum per fulmine occisus fuit
De tribus lusoribus quos terra absorbuit
Qualiter lusorem et blasphematorem juvenem xij annorum diabolus ad infernum transportavit
De sacerdote ebrio et in honeste vivente beatus Jeronimus mandavit quod combureretur corpus
Quomodo b. Jeronimus liberavit juvenculam de faucibus dyaboli
De monacho qui cum sorore volebat turpiter agere
De Cardinali celestino emulo beati Jeronimi miraculose expiravit
De Cardinali qui de morte surrexit ad vitam
Contra malos episcopos
Visiones elie monachi
Visio Cirilli de gloria Johannis baptiste et beati Jeronimi
De quibusdam miraculis beati Jeronimi
Primum miraculum de translatione corporis beati Jeronimi qui apparuit cirillo
Conclusio Cirilli

Sequuntur alique epistole beati Jeronimi

Epistola beati Jeronimi ad neopotianum de preceptis vivendi
Jeronimus ad eustochium filiam sancte paule de virginitate servanda aliter vita sanctimonialium
Epistola Jeronimi ad heliodorum
Ad paulinum de instructione clericorum vel monachorum
Ad oceanum de vita clericorum
Excerpta de epistolis contra Jovinianum

¶ Epla ieronimi ad furiam de uiduitate
¶ Epla ieronimi consolatoria ad paulā de dormicōn̄ besille
¶ Beatus ieronimus ad metriadem virginem
¶ Jeronimus ad athletam de instructione filie
¶ Ad julianū dyaconū
¶ Ad rusticum monachum
¶ Epla ad ascionū

Eple allexandri regis ad dindimū regem

¶ Epla allexandri regis ad dindimū regē bragmanoꝝ
¶ Epla dindimi ad allexandruꝝ
¶ Resc'ptum allexandri ad dindimū
¶ Epla dindimi ad allexandrū regē grecoꝝ
¶ Epla allexandri ad dindimū

Seneca.

Seneca de quatuor v'tutib;

¶ de clementia
¶ It' de clementia
¶ De remedijs fortuitoꝝ

Sequit' s'mo.

¶ Sermo de corpore xpi

nō.

¶ nōbilia bona et utilia

diſper d[illegible]
ſeminan[illegible]
populo x[illegible]
et greca [illegible]
aū p̄mit[illegible]
plana Co[illegible]
fere doct[illegible]
hic eſt ſ[illegible]
cedens d[illegible]
niun ui[illegible]
ad genti[illegible]
et dei di[illegible]
admira[illegible]

U[illegible]
[illegible]
firmand[illegible]
antur d[illegible]
O meſſi[illegible]
domino [illegible]
nium m[illegible]
dei ad ſ[illegible]
ponori[illegible]
prouer[illegible]
ſunt gr[illegible]
his Qm̄[illegible]
dicam [illegible]
et opa ſ[illegible]
qui n[illegible]
mirabil[illegible]
eius di[illegible]
et cogno[illegible]

Disperderet et dissiparet et sapientiam veram edificaret seminaret atque plantaret hic est firmi amator hic est qui populo xpiano tot librorum volumina ex linguis hebraica et greca in latinam non paruo pondere transtulit Ecclesie officium primus ordinavit et totius sacre scripture aspera fecit plana Certe in eius lumine vidimus lumen et pane sue salutifere doctrine pasti ambulabamus usque ad montem dei oreb hic est flumen aque vive splendidum tamquam cristallum procedens de sede dei in ecclesie medio et ex utraque parte eius lignum vite afferens fructus tempore suo cuius folia ligni sunt ad gentium sanitatem Vir iste in populo suo mitissimus apparuit et deo dilectus et hominibus orat nunc pro ecclesia sancta vas vere admirabile omni ornatu lapide precioso opus excelsi

Verum tamen de eo quid plura dicam Cuius enarrant celi gloriam et opera scripturarum manuum eius annuntiat firmamentum Non sunt loquele neque sermones cuius non audiantur doctrine verba Cum in omnem terram exijt sonus eius O ineffabilis misericordia salvatoris que tot gratiarum cumulos in se comino adunasti ut que plene solus possidet pene nulli hominum nisi particulariter fas sit aspirare hic certe dux nostre fidei ad se currentes in celi conduxit artem Hunc preteritis honoribus ornatum in signis dignitatum in cantilenis et in proverbijs atque operationibus et interpretationibus mirate sunt gentes Cuius nota facta est in gentibus et in populis virtus Quam impletus fuit quasi flumen sapientia Sed ut vera dicam iuxta illud regine sabbe maior est eius sapientia et opera sua quam rumor quem audistis quam certe bonus est hijs qui recto sunt corde quoniam maliciam semper odivit Fecit enim mirabilia in terra nostra sub umbra illius sedimus et fructus eius dulcis gutturi nostro Quanta autem de eo audiuimus et cognovimus quomodo annuntiabimus At quis ego sum ut

Nota quod Jeronimus comparatur Johanni baptiſte

narrem laudem eius et uirtutes eius et mirabilia eius quiſ
fecit Sed qm non ſum eloquens ab heri et nudius tercius ut
breuius dicam Si uelis accipere Johannes Baptiſta ipē eſt
uterque uirgo uterque heremita De Johanne dicit Erat iohānes
ueſtitus pilis camelorū in deſerto De ſe idem Jeronimus dicit
Horrebant ſacco deforma membra ſqualida cutis ſitū ethiopice
carnis obduxerat De Johanne iterū locuſtas et mel ſilueſtre ede-
bat De ſe idem Jeronimus dicit de cibis et potu taceo cum etiā
languentes monachi aqua frigida utantur et coctū aliquid ac-
cepiſſe luxuria ſit Quid plura Jlle propter iuſticiam marti-
rium ſubiit Jſti uero et ſi eius ſpm materiale ferrū non abſtulit tamen mar-
tirij premij non eſt expers Duplex namque martiriū eſt unū
ſiccū ferre gladijs impiorum alterum infirmitatibus et aduerſitatib
in animo patientiam cuſtodire Certe hic eſt uere martir qui
propter iuſticiam et manſuetudinē et ſalutifera ſue doctrine
uerba in huius lacrimarum ſalo certamen forte a malorū cetu
uiriliter ſupportauit Sciens qm omni fortior eſt ſapientia nec
inſipienter geſſit in conſpectu dei ſed in omnibus tribulacionibus
ſuis inuocans dnm non peccauit labijs ſuis nec ſtultum
aliquid contra deum locutus eſt Taceam namque quot tribu-
laciones labores afflictiones cruciatus agones flagella fa-
mes ſitim amaritudines carnis temptaciones abſtinencias
vigilias peregrinaciones maceraciones carnis Nuditates ieiunia
criminum penas Et non ſolum hec ſed grauiora et innumerabilia propter
xpi ihesu nomen in ſuo glorioſiſſimo perpeſſus eſt corpore Vt
idem loquitur Stabam in heremo conſtitutus et in illa uaſta ſo-
litudine que exuſta ſolis ardoribus monachis horridū preſtat
habitaculū cogitans me Romanis potiri delicijs Cotidie ge-
mitus cotidie lacrime et ſi me ſompnus imminēs oppreſſit
repugnantem nuda humo uix oſſa herentia collidebam Hor-
rebant ſacco membra deformia ſqualida cutis ſitū ethiopice car-

De afflictionibus beati Jeronimi Rca

mis obduxerat. De cibis vero et potu taceo cum etiam languentes
monachi aqua frigida utantur et aliquid coctum accepisse lux
uria sit. Ille igitur ego qui ob gehenne metum tali me carcere ipse
dampnaueram scorpionum tantum socius et ferarum sepe choris interam
puellarum. pallebant ora ieiuniis et mens estuebat in frigido cor
pore et ante hominem sua iam carne premortua solum libidinum
incendia bulliebant. Ita omni auxilio destitutus ad ihesu iacebam
pedes rigabam lacrimis crine tergebam et repugnantem car
nem ebdomadarum media subiugam. Aqua frigida languens u
tebar et coctum aliquid accepisse luxuria sit. Cutis mea propter
incommoda squalida carnis ethiopice situm eduxerat. Et tamen
socius scorpionum et ferarum sepe choris interam puellarum et in
frigido corpore et in premortuo iam homine sola libidinum
incendia pullulabant. Teste deo memini me diem crebro
iunxisse cum nocte nec a pectoris cessassem verberibus donec
iubente domino in me rediret tranquillitas. Flebam continue
et repugnantem carnem ebdomadarum media subiugabam. Cellu
lam meam quasi cogitationum consciam pertimescebam et michi
met iratus et rigidus. solus deserta penetrabam et si quando caua
uallium et prerupta montium cernebam illud meę infirme
carnis erat ergastulum ibi meę orationis locus. Quis ergo
infirmatus est et non ipse. quis scandalizatus est et non
ipse. Sed si in infirmitatibus et laboribus laudandi sunt sancti
certe et hic laudandus est. Veniam autem ad contumelias et
persecutiones quas ab improbis et falsis pertulit fratribus in
huius ualle miserie. Quid aliud in hoc mundo sua fuit uita nisi
quedam iugis aduersus improbos hereticorum et malorum hominum
cuneos pugna continuumque certamen. Super eum rugierunt
ut leones heretici quos corripuit eos et tabescere fecit sicut
araneam [illegible] animarum eorum et fructus eorum de terra p
didit et semen eorum a filiis hominum. Aperuerunt in eum clamati

Nota de cibis et potu monachorum

Nota de austeritate beati Jeronimi

Quod hereticos pugnabat

lasciuijs dediti ora sua et despexerunt eum et locuti sunt la
bijs dolosis et odio iniquo oderunt eum Cm̄ eorū insectatus
est uitam pessimā et crimina Circumdederūt eum canes mul
ti et thauri pingues obsederūt eum et insurrexerūt in eū
testes iniqui acuentes linguas suas sicut serpentes et venenū
aspidum sub labijs eorum · Cogitantes malicias in corde to
ta die constituentes prelia supplantantes gressus eius et
funes extenderunt in laqueos pedibus eius ut deleret de
terra memoriam eius et eicerent eum de nationibus ut
obprobriū fieret vicinijs suis Super Romanū pplm fuit mag
ficencia eius et uirtus eius mirabilis et sanctus in omnibus
alleuans corruentes Soluens compeditos illuminās cecos
et dirigens iustos dans fortitudinē et uirtutē plebi dei et
et quasi tuba altisonans annūcians cunctis iniquis scelera
portas pccōꝝ et uectes ferreos confringens romphea doc
trine sue Audientes hec impij dissecabantur cordibus suis
stridentes dentibus suis in eum cogitauerūt et locuti sūt
nequicias arcū suū tetenderūt et illum parauerūt et in
ipso parauerunt vasa mortis Cum autē esset ille plenus
spiritu sancto in orōnibus et opibus bonis pseuerans vi
cia mortificans viuificans bona · suscitans de puluere egenū
et de stercore erigens pauperem qui non in viribus equi ne
cꝫ in tabernaculis uiri bene placitū fuit sibi Nec sperauit
in diuitijs sed fortitudine dñi Roboratus non formidauit ad
uersarios suos sed super ipōs correctionibus et doctrinis to
nauit dans imperiū regi suo et sublimans cornu xpi sui alios
docens laborando sicut bonus miles xpi Sciens qd non coro
nabitur qui in agone certat nisi qui legittime certauerit
Videntes hec uiri iniqui irati sunt et dolores comphende
runt eos quia sunt generatio praua et peruersa filij in
quibus non est fides in ipis Exacerbauerunt eum in con

Eusebius ad damasum de assumpt. ier.

bts. Jeronimus fuit de roma eiectus

filiis et in abhominationibus suis ad iracundiam concitaue
runt eum. Et perdito consilio sine disciplina muliebri uiri
dentes ei tamquam uiro luxurioso et iniquo impetum fecerunt
unanimiter in eum et eiecerunt eum extra romanam ciui
tatem. At ille benignus patiens humilis et mansuetus eorum
vesanie locum dans proiciens post tergum suum omnia peccata eorum
recedens inde peragrauit constantinopolim ad antistitem sanc
tissimum Gregorium nazarenum. O uir ineffabilis. O uirtutum uas
admirabile. O splendor patientie et lampas prefulgida.
O diadema honoris et glorie angularis lapis firmissimus
exemplar innocentie columpna aurea et totius ecclesie fun
damentum. cum plus timueris minus confunderis. Agnus
innocens quid loqueris pressus colla tot iugibus. gratias ago
deo meo quia dignus sum habitus ut me odiat mundus.
Scio namque me peruenire ad celestem gloriam per infamiam
et bonam famam. Apud celos patientia eius quia ibi confirma
ta semper fuit uirtus glorie eius et in deo posuit fortitudinem
firmam suam nec a domino recessit umquam cor eius. Arcus for
tium superatus est et ipse accinctus est robore et preualuit in
firmitate sua et fortis factus est in bello et dextera eius glo
rificata est in uirtute. Dextera manus sue confregit inimi
cos quoniam adiutor et protector factus est sibi deus in salutem.
Et ideo cantemus domino quoniam magnifice fecit. Annunciemus hoc
in uniuersa terra. hauriamus aquam in gaudio de fontibus
saluatoris. Euanuerunt impii in cogitationibus suis quia ob
scuratum fuit insipiens cor eorum et credentes se esse sapientes
stulti facti sunt in malitiis quia mutauerunt ueritatem
in mendacium. sed tamen ueritas de terra orta est et ius
titia de celo prospexit. etenim factum in lacum quem ape
ruerunt et in foueam quam fecerunt inciderunt et iustus
numquam fuit conturbatus quia dominus firmauit manum eius

vnde sanctissimi patres et domini considerate virum iusti qui a fi-
delis et iustus semper in domo domini fuerit ad docendum nos et
illuminando abscondita tenebrarum et effugandum nequitias
peccatorum de quo nobis grandis esset sermo et inteimptabilis
ad dicendum Sed nimis inbecillis factus sum quoniam introiuit
tremor in ossa mea et subtus me turbata sunt vestigia mea
ne nimis ascendam Est enim augusta porta et arta via et ci-
bus iste solidus perfectorum est et sapientum qui exercitatos
habent sensus ad discretionem Qua propter non modica relin-
quens difficilia et ardua tanti viri ineffabilis cuius laude plena
est terra cuius splendor est sicut lumen et cornua sunt in manibus
eius ad presens sui exitus gloriosi aliqua brevissime cupio rese-
rare Incipit epistola eusebii de morte gloriosi Jeronimi

Deus enim omnipotens cuius misericordia preit ante faciem faciem
suam qui et iustus est et rectum iudicium suum reddens
mercedem laborum sanctorum suorum pastor verus et bonus misericordia
disponens omnia Congregans oves suas in sinu suo Novis-
sime diebus istis cursu intollerabili et honeroso agonis gra-
vissimi in quo et caro concupiscit adversus spiritum et spiritus
adversus carnem feliciter consumato postquam iam diu conati
pito de navigatione huius maris procellosi in quo sunt reptilia
et inimicorum agmina colluctancia ut decipiant et trucident
rectos corde iam obtentum suum dilectissimum filium Jeronimum exutum
toga mortalitatis et putredinis huius carnis miserrime perpe-
tue immortalitatis bravio decoratum ad celeste atrium evocavit
ut quod videbat hic in enigmate ibi videat facie ad faciem
Quem cum extrema eius hora egredi de corpore vigeret iam
completis nonaginta et sex annis febre estuens valida suos
circa se voluit esse filios in vnum quos sicut novellas planta-
tiones stabilivit a iuventute sua Quorum vultus luctu graves
intuens ut pius et misericors his paulisper motus flen-

Nota quod annis vixit Jeronimus

Eusebius ad damasum
de morte ieronimi

tibus infremuit spiritu et lacrimans in me aliquantulum eleuans
oculos inquit fili Eusebi cur istas inutiles fundis lacrimas
Nonne iam tibi est super defunctum producere lacrimas Quis uidens
non indebite hominis corporis dissolucionem Quod semel locutus est
deus et audisti audes contradicere et nosti nullum sine posse re
sistere uoluntati Iam fili rogo non secundum carnem ambules flere
desine Certe nunc militie arma carnalia non sunt Deinde uul
tu hilari et iocundo alacri uoce ceteros alloquens filios excla
mauit Cesset meror luctus abeat sit omnium una uox gaudentium
quoniam ecce tempus acceptabile ecce dies iubilacionis et leticie pre
omnibus diebus uite mee in quo fidelis dominus in uerbis suis et
sanctus in omnibus operibus suis aperit manum suam ut meam animam
exulem huc usque in carcere mortis huius obseratus mei genitoris
ade reuocet ad supernam patriam recuperatam suis filiis precioso san
guine Nolite filii dilectissimi quos semper habui in uisceribus
caritatis impedire gaudium meum Ne prohibeatis terre reddere quod
suum est Corpus meum statim exutum terre date ex qua factum est
ut redeat unde uenit Quibus finitis uerbis omnes fratres lacrimis
madefacti denudantes suum sacratissimum corpus ita squalidum
et deforme abstinentiis quod quid terribile cunctorum uisui cerne
batur Nam tanta erat affectum materie ut ossa eius potuissent per
articulos numerari Sic uerberibus cruentatum ut leprosi potius
corpus crederetur Nude humo protinus tradiderunt et ipsum sacco
lintheo cooperuerunt Ast ubi uir dei terre sensit asperitatem
nimium iocundatus conuersusque ad fratres pre dolore et angustia
lacrimarum fontibus inundantes inquit

Hortor uos karissimi mei et cupio dilectissimi filii quos
genui in uisceribus ihesu xpisti per dilectionem et caritatem
qua dilexi uos ut pacificati nunc pacem habeatis Debetis enim uos
tamquam dei ministros domesticos et amicos ad spiritualia an
helare ut sitis aliis ad exemplum uos qui spirituales estis cur

nouissimo dicto ieronimi ecce tempus acceptabile ecce dies iubilacionis

istas tot infructuosas funditis lacrimas. peccatorum nobis semper
recordatio lacrimas inducat. Tanto prompti estote ad la
crimas quanto fuistis ad culpam. Si quis peccator moritur flete.
Nam si malus cum per penitentiam a morte surgit angeli gau
dent in celis. Certe si bonus peccato moritur angeli dolent. Me
uero non tamquam morientem lugeatis sed me ad tamquam por
tum salutis attingentem gaudeatis. Quid imbecillius miseri
a huius uite qua tot circumdamur dolorum et passionum agmi
nibus ut nulla pene hora sit in qua uiuens quisque homo
liber transeat a dolore. Si diues undique angustiatur timore
ne quod possidet amittat. Si pauper numquam quiescit ut sue
niat. Si bonus hinc diaboli timet periculum huius ne nauis
mortalis carnis in huius mundi pelago naufragetur non
mediocriter pertimescit. Porro nullus sexus uel etas uel
condicio doloris transit expers quousque manet in hac mi
seria uite. Sed quid in me cernitis meum impediens iter dole
te. Heu quod nauigantium per hoc mare magnum et spatiosum
in quo sunt tot diuersa genera inimicorum secundum cuiuslibet
uirium quantitatem colluctantia post multam nauigandi feli
citatem post multas uictorias iam credentes finem capere pro
optatum aliqua dyabolica suggestione in hac hora ad la
queum perdicionis sua indiscretione peruenerunt. Heu quod hic
et uita recommendat et fama quibus unico peccati consensu
dira mors iminet et ruina. Porro dum uiuitis timeatis
fratres. principium sapientie timor domini. Vita uestra milicia super
terram. Qui hic uicerit coronabitur alibi. Dum hac pelle te
gimur nulla nobis certa inest uictoria. Si uester genitor timu
isset numquam cecidisset. Principium omnium malorum superbia sumpsit principium
qui non timet de se presumit. Quomodo inter latrones
quis onustus auro securus graditur. Saluator quid aliud
nos docet nisi timere. Vigilate inquit quia nescitis qua

hora fur venturus sit Nam si sciret pr̄ familias qua hora
fur veniret vigilaret utiq; et non sineret perfodi domū
suam Summus ille claviger petrus Sobrij inquit estote fr̄es
et vigilate quia adversarius vr̄ dyabolus tamq; leo rugēs
circuit querens quem devoret Nemo inter serpentes securꝰ
habitat Qui sanctior et sapientior plus semper timeat Nā
qui altior est cadens maiores recipit casus Esca diaboli — no q̄ dyabolus nō curat de malis q̄ sui sunt
electa est de malis non curat quia sui sunt Cecidit ille sa
piens salomon Cecidit eius genitor david electus scdm̄ cor
dn̄i timeatis fr̄es iterum rogo undiq; timeatis quia beatꝰ
est vir timens dn̄m Etenī si consistant adversus eū castr̄a
non timebit cor eius Si exsurrexerit in eum pliū in hoc
sperabit Perfectus dei timor foras vanū mittit timorē
vanū timorem non habet caritas Caritas et timor dn̄i — no caritas et timor dei unū sunt
dei unū sunt Considerans enī hoc pp̄ha clamabat dicens
Confige timore tuo carnes meas Quis ex vobis sapiens
est videre dies bonos accedat huc et illuciatur et facies sua
non confundetur Qui timet deū faciet bona et demorabitur
in bonis anīa eius et semen eius hereditate possidebit ter
ram Quā firmamentū est dn̄s timentibus eum et testam̄
tum ipsius ut manifestetur illis Si quid boni faciatis cū mag — no si q̄d boni faciatis
na cautela teneatis Multi bona faciūt quorꝝ fructus sub
ripit humane laudis appetitus Decem fuerūt virgines
et tn̄ medie a celesti thalamo sunt excluse Heu quot q̄ hodie
sunt sacro renati baptismate xp̄iano fungūtur nomine qb̄
foret melius non fuisse Est enī qualis pena paganorū — de pena paganorꝝ et xp̄ianorꝝ
infinita minor quā malorꝝ xp̄ianorꝝ Utinā non foret ta
liū maior pars Nam undiq; sancta unito submergitur fo
ramine Erraverūt homīes in hac lata solitudine Alij col
la iugo avaricie submittentes Alij luxurie feditate ut
turpissime suos deturpati Alij circa mutilia diripiēda

omipati Unde abiecto rationis usu cooperantes ut iumen
ta insipientia et ruina essent similes illis viam ciuitatis noue
Ihrlm nō inuenerūt in regnū celoꝝ reprobus nullus ingreditur
Centuplo arta est via eius quo tendit quamuis larga sit vere time
tibus timeti Centurioni promittit xpūs adeum accedere pre
sumenti regulo cum illo xpūs ire denegat vere non omēs ho
die obediūt euangelio plures predicant sed non omēs veri
tatem predicant simpliciū corda alligant alligant enī hone
ra grauia et importabilia in prīis minimis in grauibus oclō
transeunt currente

De doctoribus falsis et Rectoribus

Est enī doctor falsus gladius anceps hinc scindit opere
exemplo hic perimit et interficit verbis dolosis et in
iquis Quō ignis frigiditatem donat aqua caliditatem lapis
quō sursum graditur vir luxuriosus quā predicabit castitatem
Et si predicat que audientibus inde venit utilitas Bene loquens
ore et male viuens opere se ipsum dampnat plus enī tacens
talis predicat quā loquens Quid potest dicere audiens nisi quod
re predicas que ope denegas Et quantum sit deo acceptabilis
talis predicatio ostenditur per psalmistam peccatori dixit deus
quare tu enarras iusticias meas et assumis testamentū meū
per os tuū tu uero odisti disciplinā et proiecisti sermones
meos post te Multi legunt grandia adiscunt grandia subtiliter
disputant ornate loquuntur ut a ppl̄o honores capiant Magistri
in plebibus nominentur et nichil faciūt Si experto creditur
michi credite plus mouet corda hoim uite sanctitas quā or
nata colloquiā facere et postea predicare Cepit ihūs facere
et postea predicare valet facere sine predicare sed nō pre
dicare sine facere non dixit ihūs qui predicauerit voluntate
pris mei sed qui fecerit Non vitupero predicatorum nisi non
facientibus ea que predicant Subtiliū verborū doctor sin
et non opum est quedam leuis aurium inflatio et veritatis fumus

quod bene dicentes et male operantes

Eusebius et Damasus de doctoribus falsis

tato sine fructu pertransiens Intelligite fratres Intelligite quod dico
Multo plus meretur qui facit et predicat quam qui facit et tacet
Si bonum solum facio michi soli prosum et si predicans facio
michi et alijs Unde qui ad iustitiam erudiunt plurimos erunt
quasi stelle in perpetuas eternitates Sunt enim sancti predicatores
lux ad illuminandum quia per eorum doctrinam corda caligan
tia et tecta nube peccati xpo uero lumine qui lucet in tenebris
illuminantur Sunt sal ad condiendum verbum dei quod cibus est anime
opibus bonis Cuilibet scienti iniungitur predicationis officium dum
modo faciat Immo ut plus dicam Qui scit et solus facit et alios
non docet tenebitur deo reddere rationem Cum enim iuxta apostolum Joha
nem qui odit fratrem suum homicida est qui habuerit mundi substantiam
et viderit fratrem suum necessitatem patientem et clauserit viscera
ab eo quomodo manet in eo caritas dei quanto magis qui viderit
fratrem suum errantem et mortalibus oppressum criminibus et non
ministrauerit ei verbum doctrine ille qui doctus est homi
cida et sine caritate est Timeatis o doctores et rectores quibus
iniungit dominus predicationis officia verbum domini ministretis
quod enim uel vestro exemplo uel vestri neglientia peccatis moriuntur
tot de manu vestra requiret dominus Quanto enim estis altioris gradu
tanto maioribus cruciabimini cruciatibus Non estis domini sed pas
tores unus dominus est et unus pastor principalis qui cognoscit o
ues suas et exquirit eas de manibus vestris Heu quot hodie in ecclesia
non pastores sed mercenarij ad quos nichil pertinet de ouibus
ihesu xpi Quin immo ut et vera dicam et ipsimet sunt lupi ra
paces qui et oues rapiunt et dispergunt Certe nil peius nil ab
hominabilius quam cum ille qui custodire debet dissipat Heu
quid hodie in aliquibus ecclesie non pastoribus sed destructoribus
quorum non est pars minor fratrum est substantias et labores hominum
tamquam inferus insaturabiliter deglutiunt et non solum eos a pec
catis eruunt sed et ipsimet uel ex sua neglientia uel suis pes

simus ministerijs uel suis nephandis operibus eos contra
hent ad illicita Ita quidem dicam hos tales si impunes deus
relinqueret deus amplius non esset Et ideo ut sepe dixi est
filij carissimi dum uiuitis seruite domino in timore et exultate
ei cum tremore apprehendite disciplinam eius ne quando pereatis
de uia iusta Gustate filij mei carissimi Iterum dico gustate
et uidete quoniam suauis est dominus Diuites eguerunt et esurierunt
et dormientes hic in diuitijs et voluptatibus suis nichil inue
nerunt in manibus suis Inquirentes vero dominum non defi
cient omni bono Iunior fui et senui nunquam uidi iustum dere
lictum in fine nec semen eius egens pane

no Iunior fui et senui et cetera

Exortacio de paupertate

Imitatores paupertatis estote ut sequamini uestigia
eius qui cum in forma dei esset portans omnia verbo
virtutis sue In cuius domo sunt diuitie et gloria Semetipsum
exinaniuit formam serui accipiens et pauper et inops na
tus est pauper et plusquam inops fuit quousque vixit paup
errimus mortuus est et sepultus Unde vulpes inquit ide
foueas habent et volucres celi nidos filius autem hominis non
habet ubi caput suum reclinet Apostolus autem iubet non por
tare sacculum neque peram Et ihesus iuuenem consuluit vendere
que habebat et pauperibus erogare Si xpm deum credit
eum falli non posse credit alioquin non esset deus et si
ipsum non falli posse creditis ipsum sequamini Impossibile est
diuitijs affluere et xpm sequi Natura denegat ut con
traria misceantur Non possunt deo seruire et mammone
aut ego fallor aut ipsi in fine decipientur qui michi non
credunt cum diuicie sue transierint in egestatem Diues
hic epulabatur cottidie induitus purpura et bisso sed
mortuus quod moysi et prophetis noluit credere in tormentis po
situs sensit Nemo militans deo implicat se negotijs secu
laribus Non saluabitur rex per multam virtutem suam nec

no impossibile est diuicijs affluere et xpm sequi

no nemo militans deo implicat se negocijs secularibus et cetera

de paupertate et humilitate

diues diuitijs suis est enim equus diuitiarum falsus ad salutem
Nonne diuitijs coniuncta est superbia Et ubi est superbia ibi
peius Nonne omnia oriuntur mala ex superbia tamquam ex una
radice cum diues factus est homo et cum multiplicata fuit gloria
domus eius nonne superbit Et cum superbierit nonne polluun
tur vie eius in omni tempore Et tunc sedens in insidijs cum
diuitibus in occulto cogitat ut interficiat innocentem Oculi
eius in pauperem respiciunt et insidiatur in occulto ut rapiat
eum tamquam leo in cubili suo dicens in corde suo oblitus est
deus auertit faciem suam ne uideat usque in finem Est enim dominus
aliquando dormiens quasi crapulatus a vino Cum vero plus mo
ratur deus pacientia ad inferendum iudicia plus inebriatur
ira Et ideo plus centuplo timendum est cum longanimiter tolle
rantur mala quam cum festinanter puniuntur Permittit enim deus ali
quo tempore cruciari et pati bonos ab iniquis et superbis
ut supra dorsum bonorum fabricent peccatores et prolongent
Et ideo qz pius aliquantulum obliuiscatur deus pauperem tamen
non in finem obliuiscetur misereri Sed quoniam pupillo ipse ad
iutor est tibi derelictus est pauper et superbis deus resistit
dans humilibus graciam Conterit brachium peccatoris et maligni
exaudiens desiderium pauperis iudicans pupillo et humili
ut non apponat ultra superbus magnificare se homo super
terram ¶ Exortacio de humilitate

Quia propter dilectissimi filij mei si pauperes estis
humiliemini sub potenti manu dei ut non amittatis
quod absit quia facitis nichil paupertas deo graciosa est sine
humilitate Maluit deus incarnari propter humilitatem
quam propter aliam quamcumque virtutem Sicut enim ex sola
superbie radice omnia oriuntur mala sic ex sola radice humi
litatis generantur bona Discite a saluatore quia mitis est
et humilis corde humiliauit se ipsum pro nobis factus obe

ex superbia omnia mala oriuntur

nota quod oculi diuitum respiciunt pauperes ut rapiant eos

nota quod deus aliquando permittit bonos per malos cruciari

nota quod deus voluit incarnari propter humilitatem

dicens usque ad mortem crucis *Ad obedientia*

Propter quod dico vobis et si humiles esse uultis esto
te etiam obedientes omni humane creature propter deum
considerate filii karissimi quo censeamini vocabulo Monachus
idest solus unus Non debet monachum habere velle et nolle
nisi in non peccando Sit enim nobis velle et nolle hoc unum
omnibus bonis in rebus licitis obedire Nec multa sint nobis
precepta ut faciatis Non est obediens sed negligens qui se
cundum expectat mandatum ad unius dicat iussionis vocem
quod petrus et andreas relictis retibus et omnibus que habe
bant dominum secuti sunt uestigia hoc semper vera optat obedi
entia numquam sue obtemperare voluntati sed traherent aliene :
Istud nempe in ultima cena exemplum xpistus reliquit cum suorum
abluens pedes discipulorum petro dixit quod nisi obediens
fieret non haberet partem secum Ideo dilectissimi filii sicut
vobis unum est nomen monachi Ita sit unum nolle et velle :
Bonum est enim et iocundum habitare fratres in unum *De prelati humilitate*

Nec sit in vobis maior aut minor sed qui precessor
est sit sicut ministrator ne videlicet regum gentium
imitetur qui maior est in nobis dicetur ceteris fratribus ut ab
eis gaudeat super vanis laudibus extolli Sed ad exemplum
Regis ihesu xpisti maior humilitate efficiatur quam minor quibus re
gendis preest Sit enim vir maior per humilitatem socius iunior
cum bene agit Sed cum delinquit sit erectus contra vitium
per zelum iustitie nullum sit unquam cum vitiis fedus Sit di
ligatur homo ut eius vitium odiatur Magnum dilectionis sig
num est hominem in quibuscumque minimis reprehendere
Sepe multum nocet vana humilitas Non vera humilitas est
vitia tacendo permittere Clama ne cesses ysayas inquit quasi
si tuba exalta vocem tuam annuntia populo meo scelera eorum
Utinam contra vitia clamaret omnis creatura quia si prior

[Marginal notes: "nota bene dicitur monachus idest solus"; "nota de obedientia"; "nota"; "nota sit enim vir maior per humilitatem socius iunior cum bene agit &c"; "nota [illegible]"]

de obediencia
de prelati humilitate

deum non timet tamen homines reueretur Quod nos apostolus do
cens dicit Irascimini et nolite peccare Sol non occidat super
iracundiam vestram Iustus est dominus et iusticiam dilexit equitatem
vidit vultus eius Si iustus est dominus et nos iusti estote Negligen
cia et vana pastoris humilitas efficiunt ut lupi in agnos aude
possint non respiciatis in vultum potentis Non enim est persona
rum acceptio apud deum Ubique quod iustum est operamini Vult
vera iusticia dare unicuique quod suum est Obedire oportet deo
et non hominibus Nonne si veritatem tacetis metu potentum
iudicatis apud nosmetipsos et facti estis iudices cogitacionum
vestrarum Et non plus vestra habundauit iusticia quam scribarum et phari
seorum Non plus diuitem honoretis quam pauperem nisi meli
or sit Quin immo ut verius dicam multo plus pauperem hono
retis Relucet enim in paupere ymago ihesu christi in diuite autem
mundi Omnes enim nos ex una simus carnis radice geniti
omnes inuicem simus membra in uno corpore cuius caput
est ihesus christus Quid ergo plus honoris meruit diues et po
tens quam pauper Forte quia diues est et potens Sed si hoc qua
re diuicias in seculo detestamur Quare mundi gloriam contemp
nendam predicamus Neminem certe malorum usu honoran
dum puto Si diuitem honoras diuitijs plus paupere deo pre
ponis mundum Et si plus deo aliquid in mundo diligis non
dignus es deo Reddite ergo queso que sunt dei deo et que
sunt mundi mundo Bonitas ubique honoretur malicia omnino
deturpetur Sed quoniam michi nunc de hijs qui in caducis suis
diuitijs gloriantur quique quantum fetide carnis postmodum
in cinerem reuersure nobilitate potencia et dignitate va
na et leui siquidem aurum quorundam stultorum hominum insuf
flatos extolluntur et alios contempnendo deprimunt At se
ob hoc credunt illam attingere gloriam quam solis humilibus
et mundi contemptoribus pius dominus preparauit Sermo est

Irascimini et nolite peccare

non quod non debet plus honorari diuitem quam pauperem nisi melior sit

Nota quod facilius camellus transiet per foramen acus

Nota quod verba Christi sunt vera

Nota diuites in laboribus hominum in mundo non estis etc.

Nota de origine apostolorum

Quid de eis ut conuenit disseram. Ve ve uobis qui ad celorum
regna diuitiarum itinere festinatis. Quoniam facilius est camelum
transire per foramen acus quam diuitem intrare regnum celo
rum. Non mea sunt hec verba sed Christi. Si hec reuocabilis
est sententia Christus omnino non est deus. Celum inquit et terra tran
sibunt verba autem mea non transibunt. Vlulate vos o nubi
vento instabilis fortune diuites et potentes ac nobiles qui
alios confunditis et tamquam ignobiles conculcatis quia hu
mundi vanitatibus honorum et falsarum dignitatum fumus
obcecati. Cum vestre vite breuissime tela a morte velut a texe
te forte hac nocte succidetur in inferno sine interminabili pro
aliis cruciabimini continue moriendo viuentes. In laboribus
hominum in mundo non estis ymo non solum cum hominibus la
bores non fertis sed et laborantes viuere non permittitis. Ideo
non cum hominibus sed cum dyabolis flagellabimini. Quanto enim
in mundo maior fuit gloria et leticia tanto maior in infer
no preparatur pena. Sed quid dicam duodecim fatentur Christum a
postolos elegisse quorum omnium solus Bartholomeus carnis ori
gine fuit nobilis et Matheus diuitiis antequam apostolatum reci
peret insistebat. Ceteri vero erant pauperrimi piscatores.
Cur hoc retuli audiatis. Si Christus verax est et si omnia que ex
ore eius audiui mendacia non sunt huiusmodi hominum vix unus
aptus regno dei reperietur de mille. Qui vero eorum michi non
credunt post modicum tempus in tormentis sentient positi.
Sed forte quis veritatis lumen cecus iam mirabitur. Atque
ego si ex hoc me interrogaret responderem nonne Vnito c
tinus dampnari hominem mortali peccato. Sed si hoc inquit est
Ergo vix saluabitur vnus de centum milibus. Sed quid diues
et mortalis fame aura pastus aliud est quam quoddam omnium
peccatorum vas putridum. Vbi superbia ubi luxuria ubi auari
cia. Nonne in diuitibus nobilibus et potentibus. Nonne et

latrones sunt qui et pauperum mercedem violenter deprædant
et eos deprimunt atque necant. Quid ex ubertate domus quam
ut pauperibus necessaria condonarent receperunt Certe sup
fluitate vestimentorum superfluitati nimie addunt de pauperibus
frigore et nuditate morientibus non curantes palatia et
magna erigunt edificia ut humanis oculis contemplentur
et pauperes in plateis moriuntur incomodis Convivia alijs fre
quenter preparant divitibus ut ferculis delicatissimis suam ventris
repleant ingluviem quibus pauperes fame pereunt Quid
aliud est eorum vita quam peccata Si venter repletus tanta ciborum
est copia nonne ad fores eius adest luxuria Quid ergo am
plius loquar Cum omnis mortalium lingua deficeret ut que
peccatores faciunt enumaret nec deum nisi semper iniando cogi
tant nec se utputo morituros arbitrentur Non enim facile
in peccata labitur qui se moriturum cogitat et deum sibi fore in
dicem non ignorat Vere nimis imbecillis est et miser cu
horum est memoria si cuncta dyabolica temptamenta non
facile vilipendit Ideo vere dicam si deum iudicem suum ag
noscerent et se mori crederent non peccarent saltem tam se
cure Cur hij miserrimi ad ecclesias properant ut divinis inter
sint misterijs an ut mulierum contemplentur vultus Hec sua
est meditatio hec predicatio et dei cognitio Sic divinam
pertractant legem ut pecunias terras mareque pagrantes ce
bris vigilijs et meditatione iubet sibi et filijs congregant Cer
tatim vestimenta in sonetate mira varietate frequenter mu
tent qui ut ludos hastiludia coreas potationes ebrietates
magna convivia delicata fercula sinis alternatim exhibeant
sodalibus Mulieres ad suam voluptatem explendam sufficiene
ter habeant Sed ve miseri quid facitis Non cognoscitis
Corpus ante tempus destruitis et animam inficitis Unde
infirmitates et mors tam intempestiva nisi ex nimia ciborum

Sto et cogita quod moriturus es et facies quod bonum est

ciborum copia et frequenti mulierum usu deum deludere creditis
certe deluditis vosmetipsos pro corpore obliuiscimini animam et
ecce corpus simul cum anima ante tempus destruitis et ideo
gaudere iocundamini et letamini in hoc tam breuissimo temporis
spacio quod habetis ut postmodum cum dyabolis sine fine luge
atis Quid facitis non differatis frequentissime uestimenta
permutetis ne forte dispareat vestra nobilitas nec sit qui vos
excedat ut in inferno verecundiam recipiat et confusionem
Ubi conuiuia ubi delicata fercula ubi vina preciosa melle mix
ta et aromatibus temperate epulamini et inebriamini Non enim
post mortem amplius facietis sed cum diuite qui cottidie
epulabatur splendide in tormentis ghehennalibus nimium per
optabitis nec habere poteritis Agite solacia vestra in luxuriis vo
luptates seminate in corrupcione ut de corrupcione colli
gatis diuinam sententiam quam iniustis ille dabit iudex in magno
iudicii die dicens Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est
dyabolo et angelis eius Heu cor lapideum si cum talem tibi
cogitas ob huiusmodi presentia solacia imminere sententiam non for
midas Sed illum expectas diem tam terribilem et crudelem
in quo non solum de luxuriis vestibus et ebrietatibus
commessacionibus et de toto tempore amisso quo vixisti
sed etiam te oportebit de qualibet cogitacione vana domino
reddere racionem Cur non emendaris Cur moraris misere
de die in diem conuerti ad dominum Cur te iam malorum non pe
nitet Ecce mors properat ut te conterat die noctuque timens
Ecce dyabolus iam se preparat ut te recipiat Ecce diuicie tue
tibi deficient Ecce vermes corpus quod tanta enutris dilige
ncia expectant ut illud rodant quousque iterum coniunctum anime
cum illa pariter penas habeat infinitas Quid errando per
huius seculi in via in vanitatibus petis solacia diuicias et glo
riam et cetera tibi placita Non inuenies hec quia non sunt

Sed si vera queris gaudia ad illam celestem gloriam propera
ad quam factus es ibi certa illa sunt vera gaudia que nec o
culus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit
Dimitte queso caduca et momentanea ut habere valeas
eterna et perpetua Sed quid de hijs qui nec dei timore nec
amore nec mortis et tormentorum subsequentium terrore a
peccatis cessent sed condolent si ut optant prava agere non
possint Dicam ve ve nisi qui hic ridetis quia plangetis
ve qui ita optatis gaudia temporalia quia vobis invitis
sustinebitis tormenta infernalia Ecce vobis modicum restat
temporis implete mensuras malicie vestre ut veniat super
vos omnis divina indignacio finaliter hoc parvo tempore
imonis et ebrietatibus prelijs contencionibus certis et pro
cacionibus nec vacuum preterire tempus dimittatis Quid mo
ramini diu vivitis Congregate vestris filijs honores divi
tias et potencias vestram augete nobilitatem et famam ve
et vestri filij que fecistis explere possint quibus cum illis in infer
no ampliora paratum cruciamenta Sed forte quis dicet
Benignus est dominus et misericors qui omnem peccatorem ad se
redeuntem recipit et indulget Verum quidem hoc esse
confiteor Benignior est enim dominus quam credit et tamquam pater
ad se ut conderet redeunti Nonne benignus est dominus qui
tantas tollit iniurias a peccatoribus dans ei temporis spa
cium ut emendent Sed hoc noveris quia sicut benignus
est in tollerando ita iustus in puniendo Sed forte quis iterum
dicet quod viro qui toto tempore quo vixit malefecit in mor
tis articulo accepta penitencia veniam a domino obtinebit Heu que
vana suspicacio et falsa meditacio vix de centum milibus
hominum quorum mala semper fuit vita mereatur a deo hanc indul
genciam unus vir totus in peccatis genitus et enutritus qui
nec deum vidit nec agnovit nec de eo audire voluit nec

Nota de benignitate dei nostri

Nota contra illos qui semper sunt in peccato

ſe peccaſſe cognoſcat nec quid penitentia ſit niſi forte dormie
do nouit totus adhuc ſecularibus innodatus negotijs que
anguſtia premit filiorum quos deſerit quem infirmitas con
terit quem dolor diuitiarum et temporalium bonorum concutit
cum eis non poſſe frui amplius ſe cernit Quam accep
tam deo accipit penitentiam quam non acciperet ſi adhuc
ſe poſſe ſanari crederet Certe vere concludam Qui dum
ſanus eſt et deum offendere non formidat in morte
non merebitur diuinam obtinere indulgentiam Que dilec
tiſſimi filij eſt penitentia quam ſolus quis accipit quia ſe viuere
amplius non poſſe cernit Qui ſe ex infirmitate conua
leſceret peior quam prius fieret Scio non modicos pecu
nioſorum accepta in mortis articulo penitentia conualuiſſe cor
pore et peioraſſe uita hoc teneo hoc verum puto hoc
multiplici experientia didici quod ei non bonus eſt finis
cui mala ſemper fuit vita qui peccare non timuit ſed
mundi vanitatibus ſemper vixit precioſa inquit propheta
in conſpectu domini mors ſanctorum eius et mors peccatorum peſſima

Et ideo filij dilectiſſimi accingimini potentia et eſ
tote filij potentes et nolite horum miſerorum diuitum
et potentium quorum iam oſtendimus tantam imbecillitatem
et miſeriam eſſe quantam non diceret lingua carnis
tenuem potentiam formidare in operando iuſticiam Qui enim
propter iuſticiam perſecutionem patitur Beatus eſt et bene
ſibi erit et ſi moritur beatior nempe eſt in conſpectu domini
mors ſanctorum eius Si cupis uitam tenere in xpo noli mortem
metuere pro xpo Non enim potes illa ſuſtinere pro xpo que
ſunt condigna ad futuram gloriam que reuelabitur cum
apparuerit gloria noſtra que ſurſum eſt et non ſuper ter
ram Non ſperet mercedem qui non laboret Non ſufficit
ſolum xpianum nomen ſi vis xpianus eſſe imitare xpm fruſ

[margin: beatus qui propter iuſticiam perſecutus eſt]

Superbus ad [illegible]

de p̄lati humilit̄e

tia xp̄iani habet ille nomen qui dyabolum sequitur
Quinymo xp̄ianus om̄no non est sed antixp̄us juxta illud
beati iohannis ewangeliste audistis quia antixp̄us venit
Nunc autem antixp̄i multi facti sunt Vis ergo regnare cū
xp̄o Si xp̄m dn̄m et regem cui est nomen super omne
nomen oportuit pati vt ita intraret in gloriam suam q̄ua
fiduciam habemus nos intrandi sine labore O q̄ stulti sumus
et tardi corde ad credendum Volumus hic gaudere cum
seculo et postea regnare cum xp̄o Dn̄s nudus ingreditur huius
superfluitate omnibus vestium auri et gemarū intrabit
ille ieiunus iste crapula et luxuria plenus Ille in cruce mo
riens iste delicate in lecto dormiens Quod dn̄s non fecit
seruus faciet Promittit dn̄s zebedei filijs regnū suum
si calicem quem bibiturus erat p̄ut bibere Sic fatui
filij hom̄i non recta iudicantes neq̄ q̄d verum est cognos
centes dicentes malū bonū et bonū malū Reuertimī ad
cor et venientes audite me narrabo vobis que audiuī et
cognoui et pr̄es nr̄i narrauerūt michi nec occultatur A
filijs hom̄i Adherere deo bonū est et sicut ille ambulare
Sicut xp̄us pro nobis animam suam posuit sic et nos si
opus est pro veritate que ipse deus est debemus aīam po
nere Qui amat aīam suam in hoc mūdo perdet eam
xp̄us pro nobis passus est nobis relinquens exemplū vt
sequamur vestigia eius Non se cogitat xp̄ianū qui pro xp̄o
mori non se inuenit p̄paratum Qui xp̄o ministrat ipsum
sequatur dicas homo qui solo nomīe et verbis xp̄ianus
es fidem xp̄i habes et predicas bonū est Sed ubi opera
Fides sine opibus mortua est Certe dicam qui xp̄m tm̄ ore
et non opere laudas ipm̄ negas quia si que dicis credes
saltem cum timeres et de peccatis verecundares et si credis
et mala facis centuplo puniendus es Nomine peccatī q̄d fit

nota q̄ tardi sumus ad credend̄ et stulti

nota pulcra exempla

nota fides sine opibus mortua est

ex certa malicia infinito peius est peccatum quod fit ex ignorantia · peccauit angelus · peccauit homo · alter veniam potuit inuenire alter non Causa de re Ille ex propria malicia homo suggestione dyabolica Sed forte dices Et ego similiter pecco suggestione dyabolica Cur deus patitur me temptari non peccarem si fraus non esset dyabolica Ad quod ego Quod miser miseris mireris primum si nullum haberes prelium Nonne terrestris miles ad omne se exponit periculum ut suo regi placeat Nec certe ulla potest esse excusatio si te peccare dicis dyabolica suggestione sicut et ille quia illa tibi non est occasio que illi unum solum habuerant preceptum ut de ligno non comederent Nondum quod dyabolica fuerat suggestio nouerat nec quantum peccatum deo displiceat sciebat Et tu ut dicis nosti et bene credis et tot milia facis peccata Et quid concludam qui tales sunt xpiani diligunt eum in ore suo lingua sua mentiuntur ei Cor autem eorum non est rectum cum eo nec fidem habent in testamento eius

de vera perfectione

Monachus debet relucere perfectione tamquam in speculo

¶ Si quis diligit xpm Si quis verus est xpianus et specialiter sacerdos et monachus in quo tamquam in speculo relucet perfectio non solum renunciet omnibus que possidet sed etiam abneget semetipsum ita ut totus sit mortuus mundo quia nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet Qui mundi viuit negotiis mortuus est deo Oportet namque hominem qui capere vult perfectionem et tenere ita mortuum esse mundo Ut tamquam mortuus nichil de rebus secularibus sentiat ita ut cum apostolo dicat Conuersatio nostra in celis est Et iterum viuo ego viuit autem in me xpus Porro qui vere iustus est vitam hanc que mors est non metuat amittere ut vitam que xpus est valeat inuenire Eos qui occidunt corpus non timeant quia animam non possunt occidere hic tribulationes que cito labuntur sustineat ut gaudia que sine fine maneant habeat Hec solum via est qua itur ad celi

de vera fortitudine
de fortitudine et paciencia

patriam Certe si alio posset iter tramite in toto mendax deus fieret Non enim que dico vobis verba accepi ab homine neque per hominem didici sed per euangelium suum Itaque omnino oportet nos per multas tribulaciones acquirere regnum dei Errauit in via que per diuicias et delicias festinat ire Signum manifeste dampnacionis est in hoc mundo sua beneplacita assequi et a mundo diligi quos deus diligit hos sepe corrigit et castigat Si in mundo gloriari oportet libenter gloriemur in tribulacionibus et aduersitatibus vestris promisit enim xpistus hec suis discipulis quos dilexit usque in finem in signum precipue dileccionis cum in ultima cena dixit amen dico vobis quia plorabitis et flebitis vos mundus autem gaudebit Gaudete filii mei predilectissimi cum odit vos mundus desiderate sufferre contumelias et opprobria ab hominibus quia beati eritis cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter filium hominis Gaudete tunc et exultate quoniam merces vestra copiosa est in celis Utinam in vos insurgat totus iste mundus Si vos odit mundus Scitote quia de mundo non estis quoniam si de mundo essetis mundus quod suum esset diligeret

Nota quos deus diligit hos sepe corrigit et castigat

De fortitudine et paciencia

Omne gaudium vestrum existimate cum multa habetis in seculo opprobria et aduersitates Scientes quod fortitudo et paciencia ex ipsis oriuntur paciencia autem perfectum opus habet probantur enim virtutes in homine per pacienciam tamquam aurum per ignem qui ceteras habet virtutes sine paciencia aurum in vasis fictilibus portat Iesus sola dicebat saluator paciencia vestra possidebitis animas vestras fortitudo connexa est paciencie vir paciens fortis est animo qui paciens et fortis est secure bona sequentis insuite sperare potest Seruate pacienciam in mente cum quia cum tempus est exercete in operacione est enim paciencia velum quo in huius mundi procellis nauis nostra quocumque flante vento secure nauigat nullum timens periculum nullum vero ad vim

Nota quod paciencia est opus fortitudinis

dictam uel odiu proximi contumeliosa verba commoneat

De misericordia

Estote misericordes sicut et pater uester misericors
est qui pluit super iustos et in iustos Et solem suum fac
oriri super bonos et malos Judiciu sine mia illi qui no fa
cit misericordiam Misericordia superexaltat iudiciu Si no re
miseritis de corde vro illis qui offendimt vos nec pater
vr remittet vobis frustra petit miam qui alijs denegat mi
sericordiam Sustinete inquit aplus si quis vos in suitutem
redigit si quis in faciem vos cedit hic nra stabilit virtus
hic tota merces et pmiu vt amicos diligamus in deo et i
nimicos propter deum Seruus ille neqm accepta misericor
dia cum seruo suo denegauit misericordiam et ido meruit

no q iusticia sine misericordia crudelitas est

habere seueritatem iusticie Justicia sine mia crudelitas e
et ideo iusticie mia miscenda est lex nra tota in mia est ppt
ptm poterat quoqz nos dampnare deus ex iusticia quos sua
saluauit mia Qua propter qui mia non indiget xpianus
omo non est

no pulcrum dictum

Impossibile fere est homiem misericordie et pu
nam non placare diuinam Beati misericordes qui ipsi mi

bti misericordes

sericordiam consequent Sacerdotes et precipue monachus

Sacerdotes et monachus sine mia nauis e in medio pelagi

sine mia Nauis est in medio pelagi vndiqz perforata vana
est religio que caret mia parum prodest esse differens ves
timentis a secularibus et concors vita Non uestimentis
et ordine solum est quis sacerdos et monachus sed vita
Heu quid dicam Sepe ex magna habundancia tristicie ho
multa loquit

De sacerdotibus et monachis

Certe nimius vndiqz fremet monachis et
sacerdotibus et tamen ita sunt prauissimi sacerdotes et

no q males sacerdotes et monachos

monachi q vix de centum vnus repiat bonus Nulla
certe in mundo tam crudelis q malus sacerdos uel mo
nachus bestia est Nam corrigi non patit nec veritate
vnqz audire potest Et ut breuit dicam omes pcminet
malicia Sunt hij tales sacerdotes et monachi solum ha

de misericordia de sacerdotibus et monachis de cupiditate edificandi

bitu et nomine quorum vana est religio Religio munda et immaculata apud deum patrem hec est visitare pupillos et viduas in tribulacione eorum et immaculatum se custodire ab hoc seculo heu quantum in quibusdam spiritualibus habitu et nomine crevit cupiditas ymmo ut verius dicam tanta huiusmodi spiritualitatis est avaricia qui certe sunt lupi rapaces in vestimentis ovium Ubi sacerdos et monachus cupidus est et sine misericordia ab eodem plus quam a serpente fugite

De cupiditate edificandi

Sunt etiam nonnulli qui totum suum fructum extimant ecclesias et monasteria miro modo et opere ex pauperum mercede edificare In quibus tanta viget cupiditas ut terram et omnia sibi deficere putant Ibi cor ibi mens ibi sua est cogitacio ut aliena possit expoliare marsubia Hos tales salvator increpans ve vobis inquit qui edificatis monumenta prophetarum Certe qui monasteria edificant ecclesias miro artificio aptant bonum videntur opus facere sed siquidem pauperibus iniuriam faciunt bonum est vis ut opus tuum deo placeat fac ut de hoc pauper gaudeat Quod templum est deo carius quam homo Templum dei estis vos inquit apostolus cum pauperi manum tribuis cum viro in suis necessitatibus subvenis cum errantem ad viam rectam perducis egenos vagosque induc in domum tuam O quam admirabile et deo gratum templum edificasti frange esurienti panem tuum Cum videris nudum operi eum et carnem tuam ne despexeris Nemo se excusans dicat Non habeo quid pauperi [illegible] tribuam Si vestimenta vel aliquid ultra extremam possides [illegible] et pauperi indigenti non subvenis fur es et latro Simus filii dilectissimi in rebus temporalibus solum dispensatores et non possessores Si quid superfluum quo alter frater egeat possidemus furamur ymmo peius furatur aliquis ex inopia ex necessitate iste tamen ultra necessitatem retinet ex quo centum viverent q

non quod edificatores ecclesiarum et pauperes famelici [illegible]

ſame pereunt Ille vnū furtū facit Iſte tot quot non dono
nat patentibus neceſſitatem Dices forte miſer meū eſt q̄
hoc mei dimiſerunt parentes michi Sed ſi tu hoc tibi di
miſerunt parentes Quomō tibi potuerunt dimittere qđ
ſuū non erat Aſt ſi ſuū erat inquies vnde habuerunt Quis
dedit eis Quid in mundum venientes apportauerūt Quid re
cedentes tulerunt Certe que pauperū poſſidemus in die iu
dicij coram oculis diuine iuſticie vindictam clamabunt Qui
habet aures audiendi audiat Qui michi non vult credere
heu quam grauiter ſenciet cum diuicie ſue tranſierint in egeſ
tatem lex naturalis hoc precipit vt quod ab alijs deſideramus a
lijs faciamus Quid aliud lex vetus predicat At ewangelii
tam per cunctare vndique quid aliud inſinuat hec totā
deo iudice erūt teſtimonia Quid ergo dicam hijs qui ſoliū
lapides congregant et muros erigunt ibi in altitudinem
quorum eſt cor et cogitatio ut humanis oculis opus appareat
laudetur edificium et totam hic ſuam arbitrantur iuſticiam Sunt
etiam aliqui qui de rapinis et pauperum ſudore oblatio
nes et victimas deo offerunt Tales aūt oblationes ante
diuinam clemenciam non parum ſunt abhominabiles
quis tam inſipiens eſt ut non intelligat quod talia edificia
non cedunt ad dei gloriam ſed ad mundi pompam Sed ſi
quis dicet Quid dicis non bonū eſt edificare monaſteria
vt inde honoretur deus Ad quod ego bonū eſt dūmodo pauperes
violenciam non ſunt paſſi nec interpellent deum contra
eos Quomodo poſſum edificare domū deo plantā aut ſanctis eius
ex illis peccunijs de quibus pauperes plorant Qualis iuſti
cia poteſt eſſe munerare mortuos et ſpoliare viuentes et
de indigencia pauperum offerre deo Certe ſi hec placeret deo
iuſticia foret ſocius violencie Et ſi hanc a nobis vellet obla
cionem conſtitus fieret in peccato Aſt ſi deo diſplicet non poteſt place

Nota contra poſſidentes bona pauperum

De oblacione et rapina

Nota contra illos qui de rapinis elemoſinas faciunt et de bonis pauperum edificant eccleſias

Eusebius ad damasum

De oblatione et rapina
De abiectione terrenorum
De luxuria

sanctis De abiectione terrenorum

Qua de re filii dilectissimi deponentes omnem malitiam
omnem dolum et simulationes et invidias et omnes
detractiones sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo
lac concupiscite et in eo crescatis in salutem. Vere si non eritis
sicut parvuli non intrabitis in regnum celorum. Parvulus videns
pulcram mulierem non delectatur pretiosam vestem intuens
non desiderat in iracundia non perseverat lesus non recorda
tur nec odit patrem sequitur matrem non deserit. Et ideo nullus
regnum celorum cogitet attingere nisi hanc parvuli innocen
tiam et simplicitatem imitari studeant id est castitatem ha
bere mundum spernere fratrem diligere patientiam servare patrem
Christum sequi et in gremio matris ecclesie semper incumbere. Exui
te vos dilectissimi veterem hominem et induite vos arma
tura dei ut possitis stare adversus insidias diaboli. Dyabolus
in mundo nichil possidet. Spoliati ergo nudatis rebus mo
mentaneis ut cito velut umbra labentibus cum nudo pug
netis. Qui honeratus vestibus cum nudo luctatur citius ad
terram deicitur quia unde teneatur habet. Vis firmiter cum dya
bolo dimicare vestimenta proice ne succumbas. Terrena omnia
sunt quedam corporis indumenta. Qui plus possidet citius
vincitur. Arma vestra pugnaturis sunt castitas patientia hu
militas et caritas. Hec sunt arma adversus versutias dya
boli. Quibus si muniti fueritis accingetis fortitudine lum
bos vestros et roborabitis brachium vestrum. Fortitudo et decor in
dumentum vestrum erit et cum eritis in prelio ridebitis non ti
mebitis a frigoribus nivis et vere fundata erit domus
vestra supra firmam petram que Christus est. De luxuria

Ensis dyaboli luxuria heu quot illa interfecit cum
prophetia. Non est aliud peccatum quo totiens dyabolus vic
tor existat fugite luxuriam nam sicut virginitas hominem

Si non eritis sic parvuli etc. quomodo intelligitur

nota quod exuere et armatura contra diabolum

nota quod luctatur nudus cum deo

nota quod luxuria est ensis diaboli

equat angelis ymo plus est facit angelum. Ita luxuria hominem
plusquam bestificat Et ut ita dicam multo peius bestia efficit
de nullo alio peccato legitur deum dixisse se penitere fecisse ho
minem hec huiusmodi facit opera Corpus debilitat et quasi semper
cum morte destruit famam denigrat mansibum evacuat for
tam instruit homicidia causat memoriam ebetat cor aufert
oculos utriusque hominis cecat et pre ceteris iram dei provocat
Ex radice gule oritur pro nullo alio reatu tam manifestam
exercuit deus iusticiam sine misericordia quam pro isto propter hoc namque
legitur pro tantum deum mundo induxisse diluvium Sodomam
et gomorram combussisse et multos alios homines interemisse
misse hoc rethe dyaboli si quis hoc capitur non cito solvitur
In isto tam gravi prelio nemo potest vincere nisi fugiat Ne
mo potest firmiter perdurare nisi carnem domet Qui vino
utitur ignem portat in gremio Nolite inquit apostolus ine
briari vino in quo est luxuria hoc plenum non sustinetur ni
si in abstinencia et ieiunio vinum nocet Sed vultus centuplo
mulieris Mulier dyaboli figura est qua in luxuriam ho
mo trahitur Nullus in hec confidat vivens Si sanctus es
nec tamen securus es Mulier viri preciosam animam capit
Numquid abscondere potest homo ignem in sinu suo et vesti
menta illius non ardeant aut ambulare super prunas et
non comburantur plante eius homo et mulier ignis et
palea dyabolus numquam inflare cessat ut accendantur huius
prelij numquam fiet victor nisi fugiens Numquam a viro cum
muliere sint longa colloquia Sola nisi loqui faciat neces
sitas vir mulieris cuncta spernat munuscula et blanda
verbula si non vult luxurie capi laqueis Tanta sit inter
virum et mulierem raritas ut alter alterius nomen nesciat
plurimi sanctissimi iam ceciderunt hoc vicio propter suam
securitatem Timeatis filij sicut in alijs peccatum timendum est

nota luxuria hominem bestificat et multa mala causat

nota ex radice gule oritur luxuria

nota quod vino utens ignem portat in gremio

nota mulier diaboli figura est

nota quod homo et mulier ignis et palea diabolus numquam inflare cessat

in isto plus Sed vere dicam hodie sub spiritualitatis nomine
nouum fit fornicationis genus a pluribus heu quod proferam
hodie non verecundantur homines quin ymo gloriantur cum male
fecerint aliqualis in mulieribus viget verecundia quamquam
parua sed in hominibus ita hec creuit malicia ut ille putetur
insipiens qui huius rei tritus non est Quid plura hec sua
est festiuitas hec omnis predicatio ob hoc frequentant ecclesias
vt mulieres videant et carum videntur colloquijs quibus inde lux
urie sibi amplius crescat appetitus Sed quid vir miser glori
aris in malicia ista forte quia potens es in iniquitate Centu
plo peccas quam mulier Mulier mollis et tu te fortem estimas
Illa in domo sedet et tu vagando mille modis eam illaqueas
et aliquando eam cogis vt vi faciat hec tamen facis quia deuicta
est tu cogitas quis tibi sit similis Sed veniet tempus quo ar
guet te et statuat hec contra faciem tuam Vnde filij estote
prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe et pug
nate viriliter cum antiquo serpente Sint lumbi vestri precinc
ti et lucerne ardentes in manibus vestris et tunc viriliter
agite et confortetur cor vestrum Quoniam illi qui debellabunt vos
timebunt et in deo facietis virtutem et ipse ad nichilum
deducet tribulantes vos

De Caritate

Predilecti mei diligite vos inuicem non enim cepi
hoc ab homine sed a saluatore hoc inquit est precep
tum meum vt diligatis inuicem In sola dilectione omnia vir
tutum bona consistunt Sicut enim ex vna radice multi exeunt
rami Sic ex caritate omnes generantur virtutes Si linguis
hominum dicit apostolus loquerer et angelorum si habuero omnem
prophetiam et nouerim misteria omnia et omnem scientiam et si ha
buero omnem fidem ita ut montes transferam caritatem autem
non habeam nichil sum Qui veram caritatem habet benig
nus est et patiens Ille veram habet caritatem qui non

(margin: nota quod in sola dilectione omnia bona procedunt)
(margin: nota si linguis hominum loquerer)

Nota diligere amicos et inimicos et quales et quomodo

tamen proximos diligit per affectum cognationis et carnis sic
herretici et publicani faciunt Sed ita diligit inimicum sicut
amicum In hoc uno potest homo agnoscere si manet in carita
te si ab eo diligitur qui ei aduersatur Certe hic quam plurimum aduerten
dum est sicut quam plurimi qui diligunt sed male Intantum enim aliqui
diligunt quod dilectionem dei perdunt Qui aliquid supra deum
diligunt deo non sunt digni

De temperancia et in amando proximum

Nota quod in omnibus virtutibus requiritur temperancia

In cunctis virtutibus requiritur
temperancia virtus semper vult medium Nimis diligere malum est
Sed ut ius exigit diligere bonum est Omnis dilectio que nocet vi
tanda est propter nimiam dilectionem aliqui in luxuriam cecide
runt aliqui in inuidiam deuenerunt orationes et obsequia dei
dimiserunt hoc quippe agit superfluus amor ut quem diligit
semper videre vellet Nimis et stultus amor ignorat siquidem
iusticiam et veritatem unde caret modum nescit neque aliud co
gitare potest quam quod diligit Amor iste non accipit de impossi
bilitate solacium neque ex difficultate remedium Impossibile est ho
minem qui talem habet amorem deo posse acceptabiles orationes
facere nec placere hic amor non est caritas sed stulticia Omnes
nostros debemus diligere fratres sicut nosmetipsos ita tamen quod vi
cia non diligantur

Nota quod punire malum caritas est

Punire malum caritas est plus meliorem
diligere iustum est Sic diligendi sunt homines ut bonitas ex
altetur et vicium deturpetur Vera caritas exigit ut deum diliga
mus ex toto corde et ex tota mente et ex totis viribus nostris
et ita singulariter quod cum deo nichil aliud diligamus et proxi
mum nostrum sicut nos In hiis duobus mandatis tota pendet lex
et prophete Qui sine caritate est sine deo est Quia deus caritas est
et Caritas est deus Qui manet in caritate in celo iam cepit ha
bitare In celo una est Caritas omnium beatorum ubi caritas vera
est ibi invidia nulla est ambicio nulla cognoscitur nec murmu
ratio nec detractio nec irrisio Sed est omnibus una et eadem
voluntas hoc scitote fratres quia si non habetis caritatem proximum

De temp[illegible]
De tempore breuissimo
De mendacio et fama

sub dyabolica potestate estis nec ultra nobiscum deus habitat
Et qui sine deo est in inferno est Ideirco predilectissimi mei
filij hortor vos dum tempus habetis ne in uacuum graciam dei
recipiatis Gracia dei omnibus data est per mortem filij eius De
tempore isto breuissimo viuimus seminemus quia postea
suo tempore metemus Breues dies hominis sunt Prouidiat ue-
lud attexente vita nostra tamquam fur mors venit Cum mortuus
fuerit homo non simul descendet cum eo gloria domus eius
Diuites in bonis [illegible] minimis ducunt dies suos et in puncto
ad inferna descendunt Opera cuiuslibet sequitur illum Perrarum
est ut hominis cuius mala semper fuit vita bona sit mors Siue
malum siue bonum tempore isto fecerimus illud idem post finem
mortis inueniemus Non expectetis quia tempus illud ac
ceptabile est Dum lucem habetis non ambuletis in tenebris
Qui ambulat in tenebris nescit quo vadat lux vera xpistus est
qui lucet in tenebris et illuminat omnem hominem venientem
in hunc mundum Vt ergo filij lucis sitis et tenebre uos non
comprehendant ad ipsum accedentes lapidem viuum ab homi-
bus quidem reprobatum a deo autem electum et ipsi tamquam lapi
des viui superedificamini et in omnibus exhibeatis vosmetipsos
tamquam eius ministros in multa paciencia in tribulacionibus
in necessitatibus in angustijs in plagis in carceribus in se
dicionibus in laboribus in vigilijs in ieiunijs in castitate
in sciencia longanimitate in suauitate in spiritu sancto in carita
te non ficta in verbo veritatis in virtute dei

De tempore isto breuissimo

Nota quod raro est quod cuius mala fuit possit bona mors

De mendacio et bona ac mala fama

Non sit inter vos mendacium omnis vir mendax abho
minabilis est deo Est enim deus veritas et veritati
obstat mendacium Omne verbum ociosum fugiatis De quolibet enim
verbo ocioso et vano reddemus deo racionem Silencia dili
gite vbi est multiloquium ibi frequenter mendacium Vbi men
dacium ibi peccatum Sermo indicat qualis est homo In ore sacer

Nota homo mendax abominabilis est deo

dotis uel monachi nullum umquam sit verbum in quo non
sonet xpi nomen semper diuinam ruminat legem. Erit enim
qui in lege domini meditatur die ac nocte non abiens in consilio
impiorum neque in uia peccatorum Erit tamquam lignum plantatum
secus decursus aquarum cuius folia non decident sed dabit
fructum in tempore suo et omnia quecumque fecerit semper pros
perabuntur Certe nil tam nocet homini quam mala societas Talis
enim efficitur homo qualium societate fruitur Numquam enim agno
lupus habitat vir castus luxoriosam societatem aufugit plus
quam impossibile puto virum diucius in bonis permanere
opibus qui malorum assidua conuersatione utitur Cum sancto
ut psalmista vociferat sanctus eris et cum viro innocente
innocens eris et cum electo electus eris et cum peruerso per
uerteris Sicut enim mala nocet conuersatio ita bona prodest
Nullus potest huic comparari thesauro Qui bonam inuenit
societatem vitam inuenit diuitijs affluit Certe vere dicam
prauus homo uel bonus uel malus efficitur nisi ob societatis
causam pueri cor tamquam tabula in qua nichil pictum est
fore dicatur Illud enim quod a societate recipit usque ad senec
tam retinet siue bonum siue malum sit Senex iuuenis cum
iuuene habitat nam ignis si apponatur igni calorem non
extinguit sed enutrit semper vir quem delectat sapientia
se maiori etate et sapientia socius existat Alioquin si sibi
simili societur assidua societate de stulticia in stulticiam dila
betur

Nota quod ille qui meditatur in lege domini

De societate

Nota quod valde nocet mala societas

Nota quod puer est tabula rasa

Nota quod iuuenes cum iuuenibus et senes cum senibus esse debent simul

De iuramento uitando et de ordine continua et eius effectu

Ante omnia filij mei nolite iurare omnino neque per celum
neque per terram neque per aliud quodcumque iuramentum
nisi maxima necessitas contingat Sit autem sermo vester
est est non non Cuius ore frequens sonat iuramentum
in ipso homine parua est dei cognitio et dilectio Si non
est quod iuro deum esse nego preceptum enim dei prohibet Non

Nota quod nullus debet iurare nisi ex necessitate

de penitencia / de prece / de oracione continua / de vita et morte

De oracionibus

assumatis nomen dei in vanum ¶ Oracionibus instate continue
Multum valet frequens oracio et devota Oracio hominem a
terra sublevat ad celestia vehit et facit hominem cum deo lo-
qui orans ab eodem obtinet dum sit devota et mixta lacri-
mis Multum valet oracio frequens conspersa lacrimis ad
movendum divinam clemenciam ad exaudicionis benefici-
um obtinuit Ezechias statim gratias a domino suis lacrimis et oraci-
bus ut mutaret sentenciam quam sibi dixerat liberavit deus su-
sannam a iudicio dire mortis propter oracionem et lacrimas ¶ Oraci-
onibus helye celum dedit pluviam quod clausum tribus annis et
sex mensibus fuerat Si quo egetis petatis a domino oracionibus
et lacrimis in fide nichil dubitantes Quoniam qui fidem veram
habet ut granum sinapis quicquid pecierit fiet statim Ille idem
deus est dives in omnibus qui tunc erat et nunc est Spes nostra
gaudium nostrum cogitacio nostra et omne desiderium nostrum sit semper
deus quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso omnia per quem movemur
et sumus et sine quo nichil penitus sumus

De vita et morte

Iam filii mei non multa loquar vobiscum venit enim
hora ad quam natus sum hac condicione huc veni ut
exirem Nunquam natus fuissem si mori non debuissem Suo
proprio non pepercit filio deus sed pro nobis omnibus fecit eum
mori in crucis stipite per cuius mortem mors nostra mortua
est Nemo enim nostrum sibi vivit vel moritur Sive enim vivimus
domino vivimus sive morimur domino morimur Sive ergo vivimus
domino vivimus sive morimur domino morimur sive ergo vivimus
sive non domini sumus In hoc enim vocatur xpus dominus vivorum et
mortuorum idcirco et nos moriemur Si enim resurrexit habemus
spem firmam quod et nos resurgemus et si xpus resurrexit
sic ut amplius non moriatur certe et nos post resurrectionem
nostram nunquam moriemur sed semper cum ipso in gloria stabimus
Cum enim mortuus fuit xpus homo mr simul mortuus est

nota quod terra iii annis et vi mensibus fuit sine pluvia

nota quod deus non pepercit filio suo

ut destrueret corpus ut fieremus unum corpus cum illo spiritu
si resurrexit et nos resurgemus cum illo quia sumus membra
eius Si autem et xpistus non plus moritur nec nos similiter Quo-
quidem dilectissimi filii mei si nunc morior credo quod redemptor
meus vivit et in novissimo die de terra surrecturus sum et rursum
circumdabor pelle mea et in ista propria carne videbo ipsum salvatorem
Quem visurus sum ego ipse qui nunc loquor quem nunc cernitis
morientem et non certe alius loco mei Et illi proprii mei oculi quibus
nos video eum conspecturi sunt Unde dilectissimi filii mei vide-
te quomodo caute ambuletis non quasi insipientes sed ut sapientes
Et nolite secundum carnem ambulare quia si secundum carnem ambulabitis
moriemini Sed spiritu ambulantes facta carnis mortificate Nunc
meum exultate cantate et psallite abiicite vestimenta luctus
et tristitie spargite cinerem de capite vestro Iubilate deo psalmum
dicite nomini eius date gloriam laudi eius quia hinc usque transivi
per ignem et aquam et ecce nunc induit me in refrigerium In-
troibo in domum domini ut reddam vota mea de die in diem O quam
lucrum est michi mori quia vivere de cetero meum xpistus erit Ecce
terrestris domus huius habitationis dissolvitur ut alia succedat
non manufacta habitatio eterna in celis Ecce quod mortale est
vestimentum exuor ut in eternum induar hucusque peregrinatus
sum iam redeo ad patriam Ecce bravium capio pro quo in agone
cucurri Ecce portum attingo quem tanto desideravi desiderio
Ecce de tenebris ad lucem de periculis ad securitatem de in-
opia ad divitias de prelio ad victoriam de tristicia ad gaudium
de servitute ad dominium de temporali ad eternum de fetore ad odorem
suavissimum vehor Hic cecus sum et illuminor undique vulne-
ratus et sanor hic semper contristatus sum et ecce iam letifi-
cor Vere hic vivens mortuus sum et iam vere vivificor

Nota quod bonum est lucrum mori maximum

De contemplatione huius vite et optatione mortis

O vita mundi non vita sed mors vita fallax vita onus-
ta tristitiis imbecillis et umbratica vita mendax

Eusebius ad Damasum — de contemplacione huius vite — de optacione mortis

nunc flores et statim arescis vita privans vitam tui mes vita fragilis vita momentanea et caduca que quanto magis crescis tanto magis decrescis Cum plus procedis plus ad mortem appropinquas O vita plena laqueis quot in mundo homines illaqueas quot per te iam sustinent tormenta infernalia Certe beatus qui tuas agnoscit fallacias Certe beatus qui de tuis non curat vanis blandiciis Certe beatissimus qui te bene privatus est Melior est negacio eius auro et argento proximi et purissimi fructus eius O mors dulcis et iocunda non recte mors que vitam veram largiris que fugas febres et vulnera famem extinguis et sitim O mors utilissima pia bonis et malis aspera humilians superbum divitem et potentem et exaltans humilem per te pauperes saciantur cum avarum prohibes Tu malis das supplicium et iustis eternum premium Veni soror mea sponsa mea dilecta mea indica michi quem diligit anima mea Ostende michi ubi pascat dominus meus ubi cubet Christus meus nec dimittas me amplius vagari per mundum huius incolatus mei Exurge gloria mea porrige michi manum Trahe me post te paratum est enim cor meum et exurgam et post te curram in odore unguentorum tuorum donec introduxeris me in cellaria domini mei ut exultem et gaudeam cum apparebo ante faciem suam et tunc cantabo et psalmum dicam domino Ecce tu pulcra es amica mea iam amplius noli morari Ecce omnes dies mei defecerunt et anni mei transierunt velud umbra Convertere aliquantulum super me quia te invenire exultavi et inde delectatus sum omnibus diebus vite mee Suscipe me Nam tu suscepisti dominum meum me salvasti me vivificasti Iam respice in me salvum me fac et libera me de aquis multis et de manu filiorum alienorum Erue de carcere animam meam et reduc eam per graciam quam operata fuisti suscipiendo dominum meum Unde exaltavit per culpam quam perpetravit meus genitor Adam veniam per te in ortum dilecti mei ut comedam fructum pomorum suorum

De optacione mortis

Nota quod mors bonis est dulcis

defecerunt ſicut fumus dies mei et caro mea iam ſicut
fenum aruit Ecce iam venit tempus miſerendi mei noli tar
dare accelera et eripias me quia amore langueo pro te bona
mors fructum recipimus bonorum que facimus cognoſcimus
premia que ſperamus antequam venias deum ex parte cognoſcimus
cum veneris perfecte videbimus eum ſicut eſt Nigra es ſed
formoſa pulcra es et decora fauus diſtillans labia tua
Terribilis es et quis reſiſtet tibi Terribilis certe apud re
ges terre auferens ſpiritum principum Notam facis humilibus
virtutem tuam Tu confringis cornua peccatorum et exaltas
cornua iuſtorum Illuxerunt coruſcationes tue orbi ter
re vidit et commota eſt terra Aperi michi dulcis ſoror et
amica mea ianuas vite quas aperire michi promiſiſti tu
fuiſti cum domino meo vt iam ſit in pace locus meus et ha
bitacio mea in ſyon Expolia me hac mortali tunica quam
fero ut induam me veſtimentis leticie Anima mea liquefacta
eſt ut invenire poſſim dilectum meum quem in mundo queſiui
et non inveni Invenerunt me in hac ſolitudine cuſtodes qui
circuierunt ciuitatem percuſſerunt et vulneraverunt me et
tulerunt pallium meum cuſtodes murorum percuſſus ſum et humili
atus a voce malorum et dolorum Tota die exprobrabant michi
inimici mei loquentes aduerſum me lingua doloſa et ſer
monibus odii circumdantes me et expugnantes me gratis
poſuerunt aduerſum me mala pro bonis et odium pro dilec
tione Ergo iam bona mors propera confringe cornu arcum
ſcutum gladium et bellum Si moraris iam deficiat paulisper ſpiritus
meus propter multitudinem dolorum meorum Iam conſolationes tue
letificent animam meam hodie vocem meam audiens noli ob
durare cor tuum quoniam veniam et apparebo ante faciem dei vt
inhabitem in domo ſua in longitudine dierum fuerunt michi
in miſeria huius vite lacrime mee die ac nocte laboris coti

Allocucio discipulorum ad ieronimum

Eusebius ad damasum

melie afflictiones erumpne fames sitis ieiunia vigilie temp
tationes et pestilencie audi gemitus vinculati solue colliga
tiones meas accipe filium hunc famelicum in regione aliena et
redde eum patri suo Suscipe ulceribus plenum et colloca in sinum
abrahe patriarche fac me intrare in vineam domini sabaoth
vt non stem hic ociosus Suscipe me de via iniquitatis et de
duc me in via eterna Educ me de tenebris et umbra mortis
Disrumpe vincula solue compeditum illumina cecum erige elisum
custodi aduenam et pupillum Sedenti in tenebris et habitanti
in regione mortis Ostende lumen tuum illumina nunc vt nunquam
amplius obdormiam in morte **Allocucio discipulorum ad sanctum ieronimum**

Nota quomodo desiderabat et volebat ieronymus mortem et sic petebat verba

Hec et hijs similia prosequente sanctissimo viro omnium
circumstancium creuit meror et tristicia nec quis nostrum
poterat se a lacrimis continere sed omnium erat vna vox plangen
cium Quid sine te faciemus pater Quo pergemus vineam istam
ex egipto transtulisti et plantasti eam vt quid auertis faciem
tuam ab ea In lumine vultus tui ambulabimus gloria virtus mea
tu eras heu quid sine te amplius faciemus Tu pater tu doc
tor et refugium Tu exemplar innocencie Vtinam nobis tecum
mori liceat Jam ad nichilum reducti erimus sicut oues erimus
sine pastore ad nichilum deuenimus velut aqua decurrens Non
erit qui consoletur nos fiant filij tui orphani et famem pati
entur vt canes circueuntes vndique non te inuenient heu quan
tus super nos cecidit ignis Non te deinceps videbimus solem
Congregacio quid faciet fidelium sine te Tu dispersio eras
hereticorum tu interfector eorum gladio oris tui Tu eorum malleus
et securis conterens eorum dentes in ore ipsorum molas leonum con
fringens et deducens eos in puteum in interitu Gaudebunt
nunc et exultabunt et humiliabunt populum tuum et hereditatem
tuam vexabunt Captabunt in animam iusti et sanguinem
innocentem condempnabunt Incendent igni sanctuarium

Nota quomodo discipuli lamentabantur de morte ieronimi

planctus discipulorum ieronimi

dei et veritatem fidei lacerabunt **Consolacio Jeronimi ad fratres**

Tunc ille motus hijs verbis aliquantulum lacrimatus est ut
totus semper in domino miris visceribus affluebat Conver
sus quoque ad eos et hac tamen flentibus voce respondit Eya boni mili
tes Christi confidentes in domino et in potencia virtutis eius Nolite
timere Consequemini a domino misericordiam si sperantes in eo Est enim ipse pius
et misericors et nullum deserit sperancium in se Quis confisus est
in domino et derelictus est Si autem nunc vos derelinquo dominus
nomine vos recipiet Ipse enim vobis legem constituet in via sua
diriget vos in semitam rectam et non tradet vos in animam per
sequencium vos Viriliter ergo agite et confortetur cor vestrum et sus
tinete dominum Est enim in celo deus pius et misericors qui suos
mille modis scit iuvare famulos Non turbetur cor vestrum neque for
midet Sperate in domino et effundite coram illo corda vestra quia
ipse erit adiutor vester Si enim abeo nunc iterum me videbitis
et gaudebimus insimul quia non multos post hos dies quo
ego vado et vos potentis venire Et ubi ego ero et vos eritis in
gaudio quod nemo tollet a vobis Memetote filij karissimi quomodo post
mortem moysi deus elegit Josue in ducem et protectorem
populo suo Et elevato helya per turbinem curru igneo in
celum fecit heliseum in populo esse prophetam in quo duplex re
quievit spiritus helie Numquid nunc examinata est manus
domini an oblitus est deus misereri aut continebit in ira misericordiam
suam Dominus erit pars hereditatis vestre et calicis vestri et ipse resti
tuet vobis alium pastorem cui dabit verbum evangelizandi
Et ille ingredietur sine macula et operabitur iusticiam Et rogo deum
meum qui eduxit et reduxit me secundum voluntatem suam ut si quid
in me fuit spiritus ad obediendum preceptis suis quod in isto
quem vobis mittit pacifico pastore fiat duplex En Eusebium
filium meum predilectissimum habebitis eum vobiscum et ipsum
tamquam me audietis Ipse enim erit vobis in patrem et vos ei

Nota quod deus elegit Josue post mortem moysi

Nota quod beatus Jeronimus dimisit in suo loco Eusebium

tamquam filij

tamquam filii obedientes in caritate cum omni humilitate et man
suetudine et cum omni patientia Si quid in vobis fuerit veritatis
referens ad eum Obsecro vos ut solliciti sitis servare unitatem
spiritus in vinculo pacis unum corpus et unus spiritus sitis sicut vo
cati estis in una spe vocationis vestre unus est deus et pater omnium
Ihesus xpistus Cui soli in una simul viventes trinitate placere
cupitis Ergo eius estote imitatores sicut filii karissimi et ambula
te in dilectione sicut et ipse dilexit nos et tradidit semetipsum
pro nobis ut nos redimeret et faceret vos sibi acceptabiles
sectatores bonorum operum Unicuique vestrum det ipse gratiam secundum me
suram donationis sue Det vobis de rore spiritus sancti habunde ut
habeatis cor ad colendum eum aperiat cor vestrum in lege sua et
in preceptis suis ut cognoscatis eum et faciatis eius voluntatem
nec vos umquam deserat

Exortatio Jeronimi ad Eusebium

Tu fili mi Eusebi consurge consurge induere fortitudi
nem semper subditus esto domino Ne emuleris eum in
nequiter facias Salus tua deus in sempiternum erit et iusti
tia non deficiet humilior sis omnibus leva in celum oculos tuos
lex dei semper sit in corde tuo Noli timere obprobrium hominum
et blasphemias eorum ne metuas Si sperabis in domino assumes
fortitudinem et venient tibi penne ut aquile et volabis et
non deficies Universa legis domini secure loqueris omnibus Ne
timeas a facie hominum quia cum illis semper est dominus cum qui
bus est veritas descenditque cum illis in foveam et in vincul
non derelinquit eos sed a seductoribus tutatur illos Et est
illis adiutor et protector in tempore tribulationis Certe fa
cile timet mortem hanc immo ut plus dicam odit hanc
vitam qui se bene agere tenuit Ecce constitui te super so
cietatem istam ut evellas et destruas dissipes disperdas
et edifices et plantes Oportet enim te esse irreprehensibilem
potest male alios corrigere cum potest quem corrigat dicere

Nota quod persecutiones non sunt timende sed semper in deo sperare

nota neminj violentiam facito
diligere omnes equaliter

nota quod predicatio ad multa
valet

De damaso Episcopi
portuensis

De Augustino

Et tu similiter facias Tibi amodo maior erit labor sed maius premium Esto sobrius prudens et pudicus hospitalis et doctor Neminj violentiam facito sed omnes equaliter dilige Et tanto plus quanto melior est Non sis persecutor sed modestus non litigiosus nec cupidus Tu enim predica oportune ubique dei Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum Acquire verba que predices orationibus valet enim huiusmodi predicatio est doctrina ad illuminandum ad arguendum ad corripiendum et ad erudiendum et in iustitia ut perfectus sit audiens in omni bono opere instructus Est enim xpistus sedens in celo ad dexteram virtutis dei revelans misteria et docens hominem scientiam In omnibus fili dilectissime te ipsum prebe exemplum bonorum operum in omni sanctitate et bonitate Nam capite patiente totum debilitatur corpus Ut ergo breuiter te doceam facies omnia bona si timueris deum Patri meo Reuerendissimo Damasio Episcopo portuensi scribens facies mei memoriam ut habeat me in orationibus suis Nec corrumpi dimittat opera que tanto tempore et labore contexui ab hominibus iniquis et dolosis a quibus sepe expugnatus sum a iuventute mea ecclesiam prudenter custodiat Sciens quoniam mali erigent se illaqueantes animas simplicium quas conatus sum reducere in viam rectam loquentes in ore suo et gladium habentes in labijs suis Quoniam obmutui et silui ab omnibus et proiectus sum in monumento dormiens Spero enim in domino quod benignus est et non derelinquet sanctos suos Gaudium enim habeo magnum et consolationem presumens de misericordia domini quia virum mirabilem et multe scientie et bonitatis Augustinum yponensem Episcopum omni perfectione et virtute redimitum post me relinquo propter quam multam fiduciam habeo in xpisto ihesu sublevandi fidem nostram cui de me scribens hoc primum rogato ut tamquam fidel

pugnet miles ne veniant quod absit mala genti nostre Theo
domo senatori et omnibus in xpo fratribus me recomendes

Jeronimus alloquitur et osculatur fratres suos

Finitis hijs verbis vir sanctissimus iocunda voce ver
sus ad fratres inquit accedite huc ut tangam vos filij
mei antequam a vobis recedam Ad quem appropinquantibus
illis singulum brachijs ut poterat melius poterat amplec
tens Cuilibet pacis osculum exhibuit Deinde vocem medi
ocriter elevans vultu placido et iocundo extensis in celum
manibus Confususque ad dominum oculis gaudij lacrimis in un
dantibus dixit Oratio Jeronimi qui cupit esse cum xpo

Ihesu ihesu virtus mea, refugium meum, susceptor meus, et
liberator meus, laus mea. In quem speravi. cui cre
didi. et dilexi. Summa dulcedo, turris fortitudinis, et spes
mea a iuventute mea. voca me, dux vite mee, et ego respon
debo tibi, Opera manuum tuarum, quod tu de limo terre creator omni
um formasti, quod ossibus, et nervis compegisti, cui vitam et
animam moriens tribuisti, tue clementie porrige dexteram
Jube domine ne moreris, quia tempus est, ut pulvis in pul
verem revertatur. et spiritus ad te redeat salvatorem. qui hunc
misisti. illum aperiasti januas vite Nam cum pro me in
ligno crucis tamquam latro pependisti. Tu promisisti michi quod
me reciperes. veni dilecte mi. teneam te. nec dimittam. in
troduc me in domum tuam. Tu susceptor meus es. et gloria
mea. et exaltabis caput meum. Salus mea, et benedictio mea,
Suscipe me misericors deus. secundum multitudinem misera
tionum tuarum. Nam latronem ad te currentem, in cruce mo
riens suscepisti. possideam te beatitudo sempiterna, Cecum ser
viam clamantem, ihesu fili david, miserere mei, lumine
tue visionis eterne illumina. O. lux invisibilis, qua ca
rens thobias clamabat. Quale michi gaudium, cum in tene
bris sedeo. et lumen celi non video, O. lux, sine qua non e

veritas. non est diſcrecio. non ſapiencia. neque bonitas. Illumina
oculos meos. ne vmquam obdormiam in morte. nequando dicat in-
imicus meus, preualui aduerſus eum. Tedet animam meam vite
mee. loquar in amaritudine anime mee. Egrotus ſum. infir-
mata eſt in paupertate uita mea. Oſſa mea ſicut infrixorio con-
frixa ſunt. Et ideo ad te curro, medicum. Sana me domine, et ſana-
bor. Saluum me fac. et ſaluus ero. Et quia in te confido, non eru-
beſcam. At quis ego ſum, piiſſime deus, ut tam audacter loquar
ad te. peccator ſum. in peccatis totus natus, genitus, et conceptus.
Cadauer putridum. vas fetidum. Eſca vermium. Heu michi
domine. heu michi. Que victoria ſi pugnando mecum vinceres me?
Qui ſum minus quam ſtipula, ante faciem venti. Dimitte omnia pec-
cata mea. et erige de ſtercore pauperem. Certe domine, ſi placet di-
cam, non debes me recurrentem ad te fugare. quia tu es deus
meus. Caro tua, de carne mea. et oſſa tua de oſſibus meis, propter
hoc namque non derelinquens deitatem, adheſiſti mee humani-
tati. factus homo. et deus. quod prius eras permanens in una
eademque perſona. Et hoc quare tam arduum et inopinabile pro-
traxiſti, niſi ut confidenter ad te recurrerem, tamquam ad fratrem. et ut
tuam michi miſericorditer condonares diuinitatem. Qua-
propter exurge. adiuua me domine. exurge. et ne repellas me in finem.
Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita ſitiens anima mea,
petit te fontem viuum, ut hauriat aquas, in gaudio de fontibus,
ſaluatoris. ne ſiciet amplius, quando veniet. et apparebit ante faciem
tuam. Domine mi quando reſpiciens reſtitues animam meam a maleficiis
eorum. et a leonibus unicam meam. Utinam appenderentur peccata
mea quibus iram merui et calamitas quam patior in ſtatera
quaſi arena maris hec grauior appareret. Unde et ſi amplius
expectas tribulacionem in venia et dolorem venturum gaudium ſpiritus
mei ut delecter in te. Reuela michi viam tuam leticia cordis mei
inueniam te deſiderium meum. Sicut ceruus deſiderat et preſ

tolat finem opis sui sic et ego te expecto intret postulatio mea
in conspectu tuo domine ut fiat manus tua ut saluum me faciat Ecce
virum descendentem a iericho qui captus a latronibus vulneratus
sum semiuiuus relictus sum tu pie samaritane recipe me pec-
caui nimis in vita mea et malum coram te feci non te cognoui ingra-
tus fui tot beneficiorum tuorum Non ut debebat te laudaui sed mul-
totiens veritatem tacui in corde meo Cum pulsabas ad hostium
cordis mei piger fui ut te reciperem reuerenter Corpus putri-
dum velut vmbra declinatum nimio dilexi affectu verbis va-
nis os inquinaui Manus meas ad proximi necessitatem mul-
totiens non extendi pedibus ad iniquitatem cucurri Quid plura
dicam a planta pedis usque ad verticem capitis non est in me sa-
nitas Certe nisi in ligno crucis moriens me ad iuuasses digna
erat in inferno habitare anima mea Ego pie ihesu sum pars tanti
precii pro me fudisti sanguinem tuum preciosum non me relinquas
Ego sum ouis que erraui require eam bone pastor et appone
eam ouili tuo ut iustificeris in sermonibus tuis Nam pro-
misisti michi quod quacumque hora peccator ingemuerit saluus erit do- ‖ Quod peccator quacumque hora ingemuerit saluus erit
lens factus sum iniquitates meas ego agnosco et delicta mea
coram me sunt Vere non sum dignus vocari filius tuus qm
peccaui in celum et coram te Auditui meo da gaudium et leticiam
auerte faciem tuam a peccatis meis iniquitates meas dele secundum
magnam misericordiam tuam Ne proicias me a facie tua Non
secundum peccata mea facies michi Neque secundum iniquitates meas ret-
buas michi Sed adiuua me deus salutaris meus propter hono-
rem nominis tui libera me Benigne fac in bona voluntate ut
habitem in domo tua omnibus diebus vite mee Ut in seculum
seculi cum habitantibus in ea laudem te Surge propera sponse
dulcissime anime mee vade a me et ne declines eam amor et noli consi-
derare quod fusca et nigra est peccatis Ostende illi faciem tuam So-
net vox tua in auribus suis vox tua dulcis et facies tua de

tota Ne auertas eam a me et ne declines eam in hac hora
a seruo tuo Ne tradas me in animas persequencium me Expec
to te domine Credo videre bona domini in terra viuencium Veni ergo
dilecte mi Egrediamur in agrum videamus si floruit vinea
Conuerte planctum meum in gaudium michi Inclina ad me aurem
tuam Accelera ut de hac lacrimarum et miseriarum valle eripi
as me

Ordo sepulture Jeronimi

Nota ubi fuit sepultus beatus Jeronimus

Hec ubi vir sanctissimus continuatis lacrimis et mani
bus in celum erectis dixit pater psallunt Deinde fratres in
tuens dixit precipio vobis filii mei dilectissimi per virtutem
et nomen domini ihesu ut corpus meum cum dissolutum fuerit in
terra prope presepe domini mei nudum sepeliatis ut illud ferat se
cum rediens quod veniens apportauit Nudus inde egressus
sum nudus reuertar illuc Sonet terra terre Non debet ter
ram sociari lapidibus appetit enim naturaliter sui simile quodlibet
Iterum rogo vos ut domini mei ihesu christi afferatis corpus quatenus in
suo lumine videam lumen ut firmans super me oculos suos
det michi intellectum et instruat me in via hac qua gradior

De eukaristia quam Jeronimus loquitur

Tunc quidam frater ad locum accedens Sacratissimum
corpus ihesu christi obtulit Quod ubi vir dei vidit prout potuit
nobis ei auxiliantibus prostrauit se in terram pronus
et voce et lacrimis quantum poterat clamans Domine quis ego
sum ut sim dignus quod sub tectum meum intres Meruit hoc
peccator homo Certe domine non sum dignus Numquid ego me
lior sum quam omnes patres mei Tu moysi noluisti uno ictu ocu
li te monstrare Cur nunc tantum te humilias ut peccatoris ad
hominem descendere publicanum et peccatorem Et non solum
cum illo manducare vis Sed teipsum manducari ab illo
iubes Cumque ipse illuc esset sacerdos erigens se vir glorio
sus genibus flexibus cum cunctis tenentibus magnis
lacrimis et suspiriis et quam plurimis percuciens pectus suum

 [illegible] ordo [illegible] allocutio [illegible] ad cultum [illegible]

dixit. Tu es deus meus et dominus meus qui pro me passus es. An forte alius? Certe tu es ille qui cum deus esses solus ante omnia tempora et sine principio genitus a deo patre eterna et investigabili generatione. Qui cum ipso patre et spiritu sancto unus deus permanens illud idem quod eras et es intra unius puelle corpusculum te clausisti. Factus homo sicut sum vere et deus et homo es. Sic enim in virginali utero hominem suscepisti quod nec sine homine deus es nec sine deo homo. Quamvis nec divinitas sit humanitas non sunt confuse nature quamvis sit una et eadem in te persona. Homo es caro et frater meus vere sic fame habuisti sitisti flevisti infirmitates meas habuisti ut ego. Sed tamen in te peccandi infirmitas et defectus non fuit ut in me. Non enim peccare potuisti ut ego. In te corporaliter fuit et est omnis plenitudo gratie. Non enim tibi fuit data gratia ad mensuram. Tua enim anima statim cum unita fuit inseparabiliter divinitati omnia perfecte scivit et potuit que ipsa potest divinitas quantum ad divinam naturam que in te est eterno patri deo equalis es. Sed ob illam quam pro nostra redemptione assumpsisti humanitatem minor es nec tamen eo aliquid maioris vituperii. Tu nempe es ille quem in iordanis alveo baptizante iohanne vox subito paterna celitus intonuit hic inquiens est filius meus dilectus in quo michi bene complacui ipsum audite et spiritus sanctus in te ut columba descendens te unum esse cum patre et eodem in spiritu sancto declaravit. Tu vero bone ihesu pro me crucis tam grande in tuo isto quod presens terno corpore subisti supplicium ut mortem quam meis meruerant flagitiis interimeres et animas antiquorum quas dudum dyabolica potestas miseras infernalibus mansionibus retinebat eriperes et totam humanam naturam que corruerat in morte perpetua tuo cum ipsa pacificato patre ad vitam interminabilem tuo

De deitate et humanitate xpi

Nota deus passus fuit fame siti infirmitate

Nota de anima xpi

De baptismo xpi

De morte xpi

De resurrectione xpi

quem pro ipsa fudisti precioso sanguine reuocares Cuiusque de
uite die resurgens tertia de illo in quo mortuus iacuisti bara
tro certitudine firmissima comprobasti Quo quidem nostra est
solidata fides et aucta spes ut sicut incorruptibilis impassibilis

De ascensione domini

et immortalis resurrexisti Ita similiter et nos resurgemus Tu certe
bone et pie domine post tuam mirabilem et singularem resurrec
tionem quadraginta diebus expletis quibus experimentis lucida
no Iudiciorum multiplicium te ab inferis uiuum resurrexisse declarasti
ut nulla dubitationis oriretur caligo ad celos cunctis cerne
tibus discipulis tua uirtute propria ascendens rutilique ianuas
reserans paradisi ad dei patris omnipotentis dexteram conse

De aduentu ad iudicium

disti ubi sine fine manes Tu insuper bone ihesu a deo constitu
tus iudex uiuorum et mortuorum sicut in illa die ascendisti ita
in tremendo et horribili uniuersalis iudicii die descendens
reddere singulis secundum opera que fecerunt Coram te certe tunc
procident reges omnis strata erit dominatio Te tunc omnes time
bunt qui te nunc contempnunt Quid tunc tibi infelices ho
mines qui nunc gloriantur cum malefecerint dicent Qui te omnia
scientem cernent quibus nullum amplius erit remedium misericordie
Quid in conspectu tuo potentis omnia cernentis omnia et solum
quod iustum est iudicantis facient miseri qui totum suum mundi
uanitatibus et flagitiis amiserunt tempus plus diuitiis
fallacibus quam tibi insistentes plus filios et filias et mundi
gloriam momentaneam quam te diligentes Cum tuum erga eos
iratum cernent uultum Cum tam seueram expectabunt
sententiam Cum eos de nimio quoque cogitamine et propria accusabit
conscientia et demonum caterua et simul quelibet creatura
quam te deum offendendo offenderunt cum uidebunt statim
cum fuerit sententia diuulgata se adepturos tormenta quibus
corpus et anima simul cruciabitur cum dyabolis sine fine nul
lum inde imperpetuum refrigerium expectantes Ueue miseris qui

Eusebius ad damasum

Comendatio eucharistie

te in isto tam breui tempore vilissimis bonis temporalibus
ebrij que non solum inopiam non aufert suis possessionibus
sed et ipsa suam facit indigenciam negligentes in bellias te
dignitus veve qui saltim tanto hoc timore peccare et tuam
prouocare iracundiam non desinunt si tuo nolunt amore
vt tenent

Comendacio eukaristie

Sed quomodo pie ihesu tu cuius tanta est magnifi
centia vt nulla queat explicare creatura quem celi
mare et omnia que eius ambitu continent capere non possunt
Quippe quidem totus vbique locorum presens es ne intus inclusus
nec extra exclusus idem in celo ad patris dexteram omnium supernorum
ciuium beatitudo et gloria qui tue celsitudinis speciem contempla
tur idem in terra pugillo ipsam continens et concludens idem
in mari et in abisso admirandum regens omnia et conseruans idem
in inferno potenter dominans sub tanta panis breuitate contine
ris non particulariter sed integre et perfecte ac inseparabiliter
O ineffabilis admiracio o omnium nouitatum nouitas oculi in
te vident albedinem saporem sentit gustus odorem olofactus
Tactusque subtilitatem reperit Sed auditus cordi reputat in
te illa non fore accidentia hinc certe per se existunt accidentia
sine subiecto quia non ut humanis videtur sensibus panis es
sed totus christus ihesus integer sicut in celo ad patris dexteram
residens deus et homo Aue panis vite qui de celo descendis
ti dans te sumentibus vitam dignam non sicut manna quod
in deserto nostris pluit patribus de quo omnes qui manducaue
runt mortui sunt Certe qui te digne sumit quamquam moriatur

De digne sumentibus corpus christi

corporali anima a corpore seperante non morietur inmerito quia non
illa separacio mors est sed de morte ad vitam transitus vbi
qui te digne manducat in mundo moriens terrenum eterne viuere
incipit O quam preciosa mors illa est antequam homines mor
tui sunt postquam viuere incipiunt Tu panis angelorum tua

viſione angelos reficis et glorificas Tu eſca es anime nõ
corporis impinguans mentem non ventrem Qui inte nõ
impinguat virtutibus nimis eger iacet in flagitijs Tu te
manducantem vt conderet inte tranſmutas ut tui pticipa
tione eſtimatur deus nec tamen in illum tu ſmutaris velut
De indigne ſume tibus — alia corporea facit eſca Sed ve te indigne ſumentibus certe
ad ſui penam et reatum Te iterum crucifigunt non quia te di
iudicet illa manducatio quia impaſſibilis et inmortalis omno
Con malos ſacerdotes — es Heu dñe mi quid dicam Quot hodie ſacerdotes te com
medunt in altari vt carnes volucrum et peccorum ymo pe
ius Nocte mulier fruitur actu turpiſſimo et te mane
maſticando comedunt Vbi dñe latitas dormis ne an vigi
las Est tibi hoc acceptum ſacrificium Est hec oblatio quam elegiſ
ti Exaudies preces eorum de celo et de ſede maieſtatis tue Ve
ſi hoc velles ſacrificium et libamen Mendax fieres et pravorum
ſocius Certe dñe ſi vera ſunt que per os locutus es prophetarum
Si iuſtis ſolum ſupplicacionibus placatus es et ſi tibi placet
equitas hoc tale impediendum est ſacrificium ne fiat quamquam
in ſe et natura ſui ſacrificium bonum ſit nec poſſit violari
malis ſacerdotibus quia malicia non diiudicat ſacrificium
vnde huiusmodi ſacrificium fit ad ſacerdotis preiudicium et damp
nacionem nec pro quibus fit prodeſt ymo ut veriſſime
dicam qui vitium ſacerdotis agnoſcit eum pro ſe celebra
re facit fit in euiſdem peccato conſcius necnon et pene par
Comendacio eukariſtie — ticeps O magnum et inſcrutabile miſterium panis accidencia
franguntur per partes et tamen in qualibet permanes
particula totus et integer xpus ſicut eras antea O huma
norum illuſio ſenſuum franguntur illa que humanis ſenſi
bus inte vident accidencia et tamen nec frangeris nec
corrumperis Te dentes vident maſticare veluti mate
rialem panem et tamen numquam maſticaris O nobile co

Eusebius ad damasum
Comēdacio eukaristie

uiuū in quo sub panis et vini specie totus xpus deus et
homo sumitur et ita totus in panis specie et in qualibet e-
iusdem particula et in vini specie et in qualibet gutta si-
cut in panis totius et in vini specie simul Nam totus per-
fectus et integer sub panis specie et sub qualibet quātitūque
minima continentur particula et idem totus Et idem totus in
vini specie et in qualitūque gutta permanet O esca sacratis-
sima quam vere cōmedens deus efficitur iuxta illud ego — No.
dixi dij estis et filij excelsi omēs / liberatur a malis et imple-
tur bonis et immortalis indubitanter efficitur O sacrum
nostre peregrinacionis viaticum quo de hoc nequam seculo per-
uenitur ad celestis iherusalem consorcium Patres nostri in deserto ma-
na comedentes non peruenerunt ad terram promissio-
nis Qui vero te comedit in tui fortitudine ambulabit
ad montē oreb O comestio delicatissima in qua omis sa-
poris et odoris est suauitas omē delectamentū omis me-
dicina omis sustentacio et omis requies a labore necnon
et omē quod desiderari potest Tu certe vita es qua omis vi-
uit creatura et sine qua moritur Tu es vita vitalis dul-
cis et amabilis atque iocunda odoris tui suauitas egros — No. quod infirmi recreantur in sumēdo corpus xpi
recreat et debiles quos tuus facit sapor salubres et for-
tissimos Tu lux illa incomprehensibilis que omēm illu-
minans hominem venientem in hūc mūdum Tu a mi dn̄e
est omis potencia omē regnū ante te curuabitur omē genu
omiā quecumque vis facis in celo et in terra in mari et
in abissis Tue nil est quod possit resistere volūtati In te
ex te et per te sunt omia et sine te nichil Eya ergo fidelis
anima gaude epulare Ne moreris hijs pasci delicijs ne
pigriteris hoc frui conuiuio in quo non carnes hyrcorum
aut thaurorum ut olim in lege sed saluatoris tui corpus sū-
mendū proponitur O signū dilectionis inopinabile ut idem

no de ostia [h]ostia consecrata

sit dator qd' datum et donatũ est ipm̃ domi Qm̃ magna dul
cedo tua dñe quam abscondisti timentibus te et perfecisti ea
sperantibus in te O sacculum excellentissimũ venerandũ cole[n]d[um]
adorandum glorificandũ et amplectandũ omibus extollen
tibus laudibus exultand[um] cunctis sermonibus firmit' in cordis
visceribus retinendum et perpetuis temporibus aio alligand[um] Ceci

no homo cecidit per lab[ium] et r[eleuatur]

dit homo per cibum ligni vetiti ad miseriam per te reuelatur [et releuatur]
ad etiam gloriam Tu certe in rectis et eruditis habitas cogi
tationibus Tu miserrimũ arrogantem et superbũ detesta

no de divite arrogante

ris divitem cum dimittis inanem et vacuũ ac de te famelicum
Tu pauperem iustum piũ et humilem omibus eos implens di
uitijs tue domus ubertate satias In te et per te est rectũ iudi
ciũ et equitas Tecum prudentia et fortitudo et oĩs victo
ria per te sancti regnant in celestibus per te doctores predicat
per te iustus contra hostes viriliter dimicat Tu superbũ pote
tem deponis de sede exaltando humilem Tecum sunt omnes
diuitie et glorie te diligentes diligis Qui ad te puro corde
vigilant te inueniũt qm̃ cum simplicibus et rectis corde
graderis Tu solus ante oĩm principiũ oĩm eras et finis et prin
cipiũ Tu solus sine tempore eterno a deo patre genitus Qm̃ beati
qui te diligunt qui aliud quam te non desiderant qui de te assi
due cogitant qui te digne comedũt qui tecum manentes vi
as tuas oĩ tempore custodiũt Certe qui te inueniũt et hau
riunt salutem interminabilem O esca mirabilis ac stupenda

no quod ubi dicitur de hostia consecrata

delectabilis ac iocunda tutissima ac super oĩa poptanda in
qua tot innouata signa et mirabilia immutata in qua omĩe
habetur delectamentũ et ad oĩm generum proficiam[us] incrementũ
Qm̃ singularis et inaudita tui liberalitas quam super habunda
tissima ac prodiga largitas ut tui neminem exortem facias
nisi ad te venire contempnat Si quis ergo paruulus est se
cure ad te veniat et te comedens fiat magnus et relinques

senitas infirmitate per vias ambulabit prudentie Si quis de
bilis est ad te declinet et protinus fiet fortis Si quis infir
mus sanabitur Si quis mortuus est si audire voluerit vitam in
terminabilem apprehendet Sed qui magnus est et fortis
nec hic te deserat Nam semper habundantius in te inveniet
quo pascatur Nemo certe sine te potest vivere admonentium
Tu solus vitam das omnibus creaturis Defecit cor meum oro ieronimi
et caro mea deus cordis mei et pars mea deus in secula In te
solum delectatur cor meum in te exultat anima mea Tibi soli
adherere cupit mens mea quoniam qui elongant se a te peribunt
Tu autem domine ne longe facias auxilium tuum a me sed citam
ad me inclina aurem tuam te edat pauper et inops et sanetur
et tunc vivens cor laudabit te O lux invisibilis inexting-
uibilis et omnia vere illuminans Ceco huic secus michi miserere
filij david clamanti visum tribue quo te videat propicius quoque
domine huic esto peccatori ut sis michi in adiutorium et in locum re
fugij salvum me facies Et tunc si ambulem in medio umbre
mortis non timebo mala quoniam tu mecum es Mortuus heu pie
ihesu iaceo exurge resuscita me et confitebor tibi Eger et in
firmus sum cum nulla est amplius in carne mea sanitas me
dicus es sana me Nudus affligor frigore dives es indue me
fame in hac solitudine pereo cibus es satia me Sitio salubre
poculum es inebria me Infixus sum in limo profundi et non
est substantia Veni in altitudinem maris et tempestas dimersit
me laboravi clamans Facte sunt rauce fauces mee Jam in
traverunt aque usque ad animam meam Educ me de laqueo
iste protector meus gubernator meus rex meus et deus meus
in tuas commendo manibus spiritum meum quem in crucis stipite
redemisti cui vitam et misericordiam tribuisti Respice domine humilitatem
meam nec concludas me in manus inimici hodie certe ingre
diar in locum tabernaculi admirabilis ut inhabitem in

De morte bti Jeronimi p9 acceptum corpus xpi

domo tua in longitudine dierū et in seculū seculi
His finitis vir dn̄i gloriosus sacrum dn̄i corpus susti
piens ad terram supinus redijt deinde manus in mo
dum crucis supra pectus tenens Symeonis ꝓphē vatici
niū decantauit Quo finito subito cunctis qui aderant cernē
tibus tanta in loco in quo iacebat diuinitus lux effulsit ut
instar solis radij splendor quorlibet vibraret oculos ne
possent morientem virū gloriosum aliqualiter intueri Qua
quidem luce ad horam permanente circumastanciū agmē
quid angelicū ibidem viderunt vndiqꝫ discurrenciū uti
scintille in arundineto solent Quidam vero angelos non
viderunt sed vocem lapsam celitus audierūt sic dicentem
Veni dilecte mi Tempus est enī ut mercedem accipias pro
laboribus quos mei causa viriliter supportasti Quidā tamē
non viderunt angelos nec hanc audierūt vocem sed tñ cū
hijs a beato Jeronimo illa finita voce hec audierūt verba
Ecce ad te venio pie ihū suscipe quem tuo precioso sang
wine Tunc subito illa lux disparuit et illa anima sanc
tissima tamqꝫ sidus omnibus virtutibus radians carnis ne
soluta sereno celorum regna adijt gloriosa In quibus tamquam
tamqꝫ luminare conspicuū renitet et splendore infinite bea
titudinis et multorum coruscatione prodigiorum Cū nō pot
abscondi ciuitas supra montem posita nec voluit deus
quod in morte ipsius lateret sanctitas cuius vita sanctitatis causa
fuerat totius ecclie militantis Cunctus denique illa recedente
sanctissima anima odor subsecutus est per dies nō mo
dicos ut nulla forte talis recordetur etas Sed certe dig
nū erat ut illius merita odoris precipue clarerent indi
cio qui ad vnitatem fidei intemerate mēbra fetida suo
verborum odore euocauerat

Nota q deus vocauit btm Jeronimum

Mirabilia In morte sci Jeronimi Et visio Cirilli epi de transitu eius

Hora namqꝫ beati prīs et dn̄i huius transitus gloriosi

Eusebius de damaso
de morte Ieronimi
Mirabilia in morte Ieronimi

dici erat ultima In quaquidem ut sui athlete pius dominus gloriam de
monstraret et omnibus qui in ecclesie domo habitant proferret cla
rum lumen hoc modo Cirillo episcopo transitum gloriosi Jeronimi
ipse dominus reuelauit Cumque iam dicta hora Cirillus deuotis in
sua cellula orationibus inhereret sursum in spiritu raptus velut in
extasi factus subito a monasterio in quo vir sanctissimus
migrauerat usque ad celum mirabile et preciosissimum vidit iter
Cuius tanta erat pulcritudo et admiratio Vt sicut eodem post
modum attestante cognouimus stupore velut amens effectus
huc illucque admirans sui paulisper credebat obliuisci In hac
siquidem mentis positus anxietate eleuauit oculos Et ecce ange
lorum maxima a monasterio societas veniebat alternatim me
lodiarum et mellifluarum cantuum vocibus continentium quorum vi
debatur vocibus celum et terram et omnia que eorum continentur
ambitu undique resonare Ferebant etiam singuli angelorum
singulos manibus accensos cereos quorum claritas solis repel
lebat lumen Sed quid addit admirationi admiratio ad
celos vertens Cirillus oculos non minorem angelorum cer
nit numerum modo simili illis obuiam venientium qui rei huius
anxius expectat euentum Interrogasset quid quid hoc esset Sed
ita eum stupor oppresserat quod quid diceret nesciebat At illo
diutius expectante gloriosam vidit Jeronimi animam preeuntibus
qui ibant angelis et sequebantur mira pulcritudine deco
ratam venientem ad cuius erat dexteram saluator cum illa pa
riter veniendo Que quidem in loco quo Cirillus degebat
gradum figens et stans ei taliter est locuta Agnoscis ne
me Ad quam ille Minime quidem Quis enim es qui tanto ce
teris honore emines Et illa De Jeronimo umquam fuit aliqua
tibi noticia At ille Certe quem nominas singulari affectu
diligo caritatis Set queso ille es et illa eius sum anima
que gloriam iam obtineo quam sperabam ad meos p

de visione anime Ieronimi a Cirillo

porrigito filios et que vidisti nuncia vt a luctu desinant et meo
statui congaudeant quem elegi Quibus omnibus finitis omnis
illa beata visio ab eis euanuit oculis et fuit in semetipso reuersus
protinus Cirillus in effabili gaudio perhabundans ita tamen
quod per totam noctem illam non se a lacrimis potuit continere
pre mentis leticia Quam ergo mirabilis est dominus in sanctis suis
mirabilis in maiestate faciens prodigia dextra domini fecit virtutem
dextra domini exaltauit eum notam faciens in populis virtutem eius
O diuini amoris immensitas diuine largitatis affluencia Quid
enim ultra suo potuit facere filio honoris et glorie et non fecit cum
tam copiosa et in vita et in morte erga eum fuerit munifi
cencia Dedit enim eis dominus claritatem eternam et nomine eterno here
ditauit illum et fecit illum heredem gaudiorum superiorum in quibus
permanebit in secula Quam singularis honor et admiranda
gloria excedens pene aliorum gloriam sanctorum et honorem vbi non
illa sola felicissima anima omni celesti comitatur cohorte sed et ipso
proprio saluatore Nec enim sola in celo fulget insigniis dignitatum
illa beata anima sed etiam corpus suum sanctissimum non cessat
radiare in terris miraculis ad quorum narrationem congruum est
redire De quamplurimis miraculis in morte sancti Jeronimi ipse eius sepulture

Defuncto namque viro sanctissimo ut dictum est hora com
pletorii corpus illud tantis flagrans aromatibus custodien
tes totam illam insompnem noctem circa eum in magnis signi
dein pro dampno quod cunctis euenerat fletibus et pro sua quam
iam obtinuerat gloria gaudiis vigilauimus Mane autem facto
diuinis peractis ut condecebat misteriis debitisque obsequiis ho
nore debito consummatis in bethleem iuxta presepe in quo pro
nobis xpistus de intemerata ibidem natus virgine infans vagiit
corpus illud sacratissimum sacco tamen cooptum lineo in terra
ut ordinauerat sepeliuimus Quantis autem ipso die et exinde ad presens
miraculis gloriosis mirificauit dominus sanctum suum Jeronimum certe

non foret enarrare sufficiens lingua carnis Sed tamen aliqua de multis ne nimis prolongetur sermo referam

De quodam ceco a nativitate illuminato

Quidam a nativitate cecus in ipso sepulture sue die videndi beneficium corpus tangens sancti obtinuit. Cuidam etiam

De quodam iuvene surdo et muto liberato

iuveni surdo et muto sanctissimum corpus deosculanti soluto auris et lingue ligamen et loquendi et audiendi gratia est concessa. Et recte ut dignum erat ut qui cecitate veri luminis quod xpus est tenebris obcecatos suis sanctissimis doctrinis et exemplis illuminaverat surdis quoque et mutis in divinis operibus veram exercuerat medelam ut et divina intelligerent documenta et catholice fidei confiterentur rationes quas spernebant in die sui obitus gloriosi et cecis lumen tribueret corporale ac surdis ac mutis concederet sanitatem. Quam plurima ut asserunt

De quibusdam demoniatis liberatis

qui viderunt a nephandis spiritibus obumbrati in loco in quo sanctum quiescit corpus clamantibus diris vocibus demonibus Sancte Ieronime cur nos tam insequeris tu nimium semper flagellum fuisti et vivus et nunc mortuus sunt mirabiliter liberati

De quodam heretico

Hereticus quidam dum predictum beatum Ieronimum blasphemaret et eius fore dignum corpus incendio diceret ultione divina ad aliorum hereticorum formidinem in ligni speciem est mutatus. Et subito cunctis qui aderant videntibus ignis celitus eum invasit ac eum taliter combussit quod totus in cinerem est conversus. Ad hec magna hereticorum multitudo cum tanta sue sanctitatis advertisset experientiam et ad veritatem sacre fidei tantis et tot apertis signorum indiciis tamquam quibusdam clamantibus preconibus vocarentur ad ipsius sacratissime et intemerate fidei lumen redierunt. Quid plura dicam Certe in generatione et generationem vix annuntiarem que per illum deus ostendere voluit ut significaret eum et colendum exhiberet universis. Quam magnus certe est iste tot faciens mirabilia de hoc per mundum resonent universa

Sui gloriosi exiliat triumphi fama in omnem terram et ad
extrema terrarum spacia rutilent sua lucida signa sanitatum
miraculorum multitudine corroborent intemerata fides quod
enim infirmus in integram sanitatem concesserit peroptatam
enarrare crederet in immensum Et tempus et vita et omnis humanus
deficeret sensus si vellet omnia indagare que operatus est in die
bus nostris que auribus audivimus nec sunt occulta a filiis hominum
letetur itaque totus fidelium cetus et canticum leticie et exultationis
deo concrepent alta voce Quia ex eis prosiliit stella micans in
celi firmamento Cuius fulgentes lucis radii eos dirigunt
celestem patriam ad eundum Istius certe vita sanctissima est omnibus
disciplina mores sui sicut omnium fidelium instituta Assint hodie
sacre matri ecclesie et pro tanti filii recessu pie lacrime et pro tan
ta eius victoria inestimabile gaudium liceat ergo instar pie
matris et pias lamentationes impendere cum tanto se cernit
privatam filio viduatam viro destitutam pupilli et capita
neo incisam palmite quem in agro fidei et coluit Non michi
imputetur filio tanto orbato patre si pre dolore dampni tam in
estimabilis ea referam que non decent Sepe namque nimia
cordis habundantia plura homo loquitur que non vellet
Quid heu karissimi patres et domini nunc vobis referam Cumque quaque
prospiciendo pergens ut si forte meum quem dira mors abstulit
patrem Ieronimum invenirem et non invenio quem diligit
anima mea cuius amore langueo Decet animam vite mee quoniam
ablata est a me vita mea et excussus sum sicut locusta et
exaruit virtus mea et lumen oculorum meorum extinctum est Quale
amplius erit michi gaudium in mundo cum lumen meum
videre non possim obscuratus est enim sol meus et luna non
stat in ordine suo Quis cum lupis quid faciet pastoris pri
vata munimine Quomodo viget arbor radice detruncata
Quid heu fecisti dira mors cur patrem recipiens filium tam

nota sepe homo ex nimia cor
dis abundantia plura
loquitur

mendicum et omnibus bonis exulem dimisisti o mors cru
delis non illi sed michi et pene toti ecclesie quem surripuisti
athletam Cur non distulisti eum recipere Quare aliquantulum
non avertisti faciem tuam ab eo Scis quid fecisti Numquid
non considerasti quem tam velociter a nobis surripuisti quod
non sit in mundo ei similis in virtute doctrina et sanctitate hic
certe princeps pacis dux iustitie doctor veritatis et equitatis
armiger intemerate fidei contra hereticos bellator fortis
cuius sagitta numquam abiit retrorsum nec declinavit clipeus eius
in bello et eius numquam hasta est aversa Inclite christianorum ple
bes flete quoniam cecidit dux vester Vox in Roma sonet tanti filii
recessum pie ploret ecclesia Iam circumdabunt eam canes multi
et consilium malignantium obsedit eam quoniam longe factus est ab
ea auxiliator eius Iam ad suam non aspicit defensionem Iam
tribulatio proxima est et non est qui adiuvet Iam in sepul
cro iacet protector solitus Non certe surget adversus malig
nantes in eam Sacro clama in cilicio et planctu pia mater
induere te viduitatis vestes tanto viduata filio heu vati
cinabuntur pseudoprophete et prophetabunt visiones mendaces
et seductiones fraudulentas sui cordis in nobis et certe non
erit qui resistat eis Siccatus est enim fons vite et vena dis
paruit aquarum viventium Sed et tu quid dicis karissime pater
Damase ubi quem plusquam te diligebas Ieronimum ubi
tua norma itineris doctor consiliator et ductor quo a
biit tuus Quem queso scribes ei Sine tuo sum Ieronime ka
rissime consilio veluti abscisum a corpore membrum Scribe
scribe queso ne pigriteris ut si tua locorum distantia pro parte
careo visione saltem tua michi assit memoria frequens
tuis litteris graciosis Teste deo in nullo viventium ut in te mee
spei firmam anchoram plora igitur plora deducant oculi
tui lacrimas per diem et noctem quoniam defecit anchora tue

ſpei arrit ſcribentis manus tamque flos feni Jam non erit
tibi amplius memoria vox certe ſua dulcis et iocunda que
infidelium auribus erat mel dulciſſimum ſiluit heu qualem
amiſiſti conſiliatorem et adiutorem Certe iam in multitu
dine conſiliorum tuorum defeciſti Non erit qui panem tibi frangat
vite Extincta est lucerna in medio eccleſie micans vt non
nobis ſed ſibi luceat non mundo ſed celo ſplendeat Quid ergo
dicam Cui conquerar vnde in hoc michi veniet auxilium vt
conſoler Certe ut intueor a domino factum eſt iſtud Et ideo ſibi
dicam Cur pie iheſu tam velociter a tua ſponſa quam in cruce
moriens deſponſaſti tantum abſtuliſti filium protectorem et con
eius hoſtes belligerum forte voluiſti eum tecum Certe domine non
eo egebas vt ipſa Benequidem ei ſubueniſti ſed nos orphanos
reliquiſti Non conqueror quod alium quam iuſtum et equum feceris quia
certe iam ipſe merebatur finem imponere huius vite laboribus et
tecum eſſe Sed doleo quod tantum incurrit dampnum eccleſia eo ab
eunte breviam eum redderes vt tuam regeret ſtabiliret et
defenderet eccleſiam velud prius Quid bone domine eius denique
facient filij iacentes eſurientes circuientes familia civitatem
vt canes non habentes qui eis panem frangat Sunt oves
errantes non habentes paſtorem diſcipuli ſine doctore ceci
ſine ductore heu pater pie Jeronime noſtre ſuſtentationis bacu
lus vbi es Quid tuus faciet currus ſine te dulcis auriga vel
cubas indica nobis Cur es nunc terre ſocius qui mente nil vo
luiſti fore terrenum Bethleem civitas Juda que non minor es
de principibus eccleſie retines quid feciſti Redde nobis quem reti
nes patrem Sed et tu terra quare audes retinere hominem non
tuum qui nil geſſit terrenum nil carnale Certe ſua redoluit caro
Suſpende et piiſſime Theodore tua in ſalicibus organa non
prius ceſſet fletus cum tui dilecti Jeronimi recordaris quem
amiſiſti Tanta denique tibi inſit doloris affectio quanta extitit

dilectio
Tanta

Eusebius ad damasum

miraculis de quo hic retro

dilectio Tanta lamentatio quantum dampnum Sed quis posset
mortalium lingua explicare quanta ea superstite aderat toti ecclesie
utilitas Quanta xpianorum singulis salubritas quantum certamen
quantaque hereticis destructio ac dispersio hic certe omnibus xpi
colis amabilis erat et decorus in vita sua et ideo eius recessu
singulis flere licet Nec est qui se abscondere vel excusare possit
Ne igitur noster nimis protrahatur sermo ut breviter concludam quod
pro nostro dampno dolorem attinent ut que ex illo provenie
bat utilitas et exultatio explicari non potest Ita dolor et lamen
tatio Cesset igitur dolor abeat tristicia quibus tamen attingere
non possimus que vellemus que non solum nullum adhibet reme
dium dolori sed auget Si patrem nostrum diligimus eius leticia gau
deamus Non vere diligit qui sua tantum utilitate diligit Idcirco
et si pro ea que nobis evenerunt inutilitatis dolemus et pro eis
que recepit gaudia colletemur Assit ergo nobis hodie causa
magne leticie Cantet quilibet nostrum novum domini canticum
Sonoris iubilet vocibus mater ecclesia In ympnis et confes
sionibus plaudet hodie plebs catholica undique iocundetur
xpiana concio hodie et certe obtinuit Jeronimus quod tanto
estuabat desiderio hodie devictis hostibus securum obtinet tri
umphum Certe omnibus expletis laboribus requiem possidet
sine fine Jam non esuriet neque sitiet amplius neque cadet su
per illum sol vel ullus estus ablata est ab oculis eius omnis lacri
ma abiit eius luctus iam certe sibi dolor deinceps non erit
Jam certe habet mercedem pro qua toto vite sue tempore
laboravit Consolemur ergo demus magnificentiam deo nostro
quoniam dei perfecta sunt opera et omnes vie eius iudicia Confite
amur domino et collaudemus deum salvatorem nostrum quoniam non
dereliquit sanctum suum sine adiutorio et tribulationibus que
in agone huius vite miserrime circumdederunt illum Sed ad
iutor et protector suus factus liberavit corpus suum a per-

Nota non vere diligit qui sua tantum utilitate diligit

diacione a laqueo lingue inique et a labijs operancium me
dacium et eum sublimius collocauit infra proprias mansiones
vbi omne est gaudium omnis suauitas omne quod desiderari potest
vbi felix et gloriosa est refectio animarum post labores et erup
nas vbi dulcis solempnitas angelorum vbi vna societas et ca
ritas omnium ciuium supernorum Ibi certe nemini timor et do
lor contingit Ibi nulla agnoscit penitus angustia tribula
cio aut aduersitas Nulla enim ibi infirmitas notatur Nec
enim de suo fraudatur desiderio procul ibi distat mors nulla
ibi prorsus presentis glorie expectatur minoratio sed augmentum
Cum omnium vniuersalis erit resurrectio mortuorum Vbi tunc
corpus cuiuslibet beatorum simul cum anima predictam
gloriam quam nunc sola possidet anima sine interminabili
possidebit Quis autem angelorum vel hominum quanta sit mi
nor particula gaudiorum et glorie que ibi sunt esset sufficiens
enarrare Quis esset intellectus ad intelligendum ydoneus
que nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis
ascendit Certe si hec quanta sunt gaudia considerarent
terrena omnia vilioria omni stercore apperebunt Si hec temporalis
vita illi compararetur tam quilibet hominum extingueretur quamcicius
poterit ardesceret ut illius capax efficiatur hec vita caduca
et momentanea respectu illius mors pocius est dicenda
Omnis mundi fallax et vana leticia pondus amarissimum
et grauis sarcina hanc quippe sarcinam deponens sere
nissimus sanctissimus optimam illam elegit partem que ab
eo nullo tempore auferetur Rogo gaudete exultate cantate
et psallite quia pater noster gloriosus nauim plenam celesti
bus diuicijs eternisque mercibus iam concupito in littore
collocauit anchoram spei tranquilla iam in statione firma
uit Iam certe brauium obtinet pro quo in agone huius secu
li ab omnibus se illicitis abstinendo certauit Iam victor

Eusebius ad Damasum

in p[ro]cul[?] de hor[?]

de hostibus suis triumphauit cum quibus scuto timoris dñi
munitus viriliter dimicauit Jam denariũ acceperat al' accepit
pro quo tanto labore in vinea eccłie laborauit Jam talentum
dño reddit duplicatũ promiss⁹ mercede in gaudiũ dñi sui me
ruit introire propter hoc gaudens gaudebo et cantabo dilec
to pr̃i meo canticũ nouũ vt sit laus eius in eccłia scõr Ecce
dilectus pr̃ meus abijt in ortũ dñi dei sui vt comedat fructũ
pomorũ suorũ Ecce dilectus pr̃ meus candidus speciosissimus
electus ex milibus in quo nulla est macula pascit' int' lilia
in vinea dñi sabaoth Ecce flos campi et rosa nimio flagrãs
odore de orto nuper eccłie in viridariũ est dñi transplan
tatus Ecce cipressus in celi altitudine se extollit ad insulas
longe diuulget' nomen suũ vt sit inextinctum eius memoria
in benedictione Exultate igit' Cariss[imi] fr̃es et dñi letamini et lau
date quia decet laudare dñm qui mirabilem se in suis de
clarat fr̃s letetur om̃s orbis Erubescant fallaces heretici et
iam se noscant ad nichilũ deuenisse Certe non est mortuus
ut estimant sui hostes sed certe victor regnat in terra viuen
tiũ Jam certe eius refulget claritas per eterna palacia Jam
veteribus depositis armis fragilibus noua induit ac ppetua
hodie vndiq[ue] facta est in pplõ xpiano leticia Exultet precipue
sancta mater eccłia cui⁹ hodie gloriosus filius et cultor ama
tor et ppugnator precipuus om̃ibus extirpat' heretic' dog
matibus cum suis fallacibus auctoribus de agro fidei ca
tholice et doctrinis sanctissimis et pfulgidis signis ac pro
digijs ut sol relucet int' agmina beatorũ Vale igit' Jeroni
me glõse nr̃i semper faciens apud deũ memoriã vt tua ba
leamus pijssima intercessione et in pñti ab om̃ibus ptegi
noxiis et in futuro gaudia que iam tu possides adipisci

Explicit ep̃la Eusebij de morte Jeronimi

de Jeronymo nõ mortuo

Incipit ep'la sancti augustini ad Cirillum ep'm Ierosolimitanum de laudibus b'ti Ieronimi

Gloriosissimi xp'iane fidei athlete sancte matris ec
clesie lapidis angularis in quo admodum confir
mata consistit Nunc vero in celesti gloria syde
ris radiantis olim Ieronimi p'bri laudes venerabilis pater
Cirille silendum ne putas aut lingua balbucientis pueri ut
vir pollutus labiis me fore locuturum teris Celi enarrant gl'iam
dei et om'a que fecit d'ns eum in sanctis suis laudant Silere
debet rationabilis creatura a laude dei irrationabili non silente
taceam aut loquar cum si taceam lapidibus iubet' clamare
Certe loquar et non tacebo totis viribus eximium laudare
Ieronimum Qui quamvis et indignus et insufficiens laudator
existam Cum non sit pulcra in ore peccatoris laus tamen ab
eiusdem laudibus minime cessabo firmet' itaque manus n'ra
et lingua n'ra palato non inhereat q'm certe magnus est
iste vir sanctissimus mirabilis et metuendus super omnes
qui in circuitu sunt n'o Magnus certe in vite excellentis
sime sanctitate Magnus in sanctitate in sapi'e ineffabilis
profunditate Magnus in maioris m'c quantitate glorie
mirabilis in prodigiis insuet' Metuendus ob sibi a d'no
traditam potestatem Quam magnus itaque sit iste glorio
sus Ieronimus in sue vite excellentissime sanctitate pate
faceret mea lingua cum pene auctorum non sufficerent mor
talium lingue ut eius excellentiam explicarent liceat ergo dici
alter hic helyas alter hic samuel alt' hic Iohannes baptis
ta excellentissime vite sanctitate helyas et Iohannes here
mite magnis ciborum et vestium asperitatibus carnem macera
verunt non minoris vite Ieronimus gloriosus heremita
Idem per quadriennium in heremo ferarum tantum socius persistit

Nota quod laus pulcra est in ore peccatoris

De commendatione Ieronimi

Ieronimus comparatur helie et Iohanni baptiste samueli

De vita et modo vivendi Ieronimi

klaudi' ...

Quinquaginta annis ut venerabil' Eusebij eiusdē ꝓdilectis
simi discipuli littere quas pridie recepi plenius et melius
fatebant'. Et ut me certius tu idem nosti vinū et sicram
aliqualit' non gustauit ab omī carniū esu et piscium se absti
nuit quod vix ea nominare volebat Coctum quid non nisi
in ultima egritudine bis comedit Cilicino sacco carnem velu
ti ethiopis macerans desuper pānū vilissimū se tegebat Stra
tum aliū nisi terram nisi terram nūqꝫ sensit Non nisi solis
fructibus aut herbaꝝ folijs sine radicibus pastus in die
semel post vespas se orōnibus prebens deinceps usqꝫ ad ho
ram secundam noctis cottidie violabat postmodū sopno
fessus in terra dormiens usqꝫ ad noctem mediam quiesce
bat Quaquidē continue surgens hora lectionib' et scriptur
sacris quibus tota radiat ecclia ut lapidibus preciosis in
tentus usqꝫ ad esus horam perdurabit Ita leuissima fle
bat venialia pcta ut quis eum extimasset homicem in
terenisse ter in die continue carnē duris verberibus
flagellabat ita ut eius corpore riuuli sanguīs effluebāt
Omū verbum ociosū aliquot ut pestem maximā fugiebt
Sibi ociū nullū erat semper aut sacris lectionib' aut scri
bendo aut docendo cunctos exercitabat' Quid plura lo
quar si sanctoꝝ singuloꝝ vitam perquirerem eo ut pu
to maiorem neminem inuenirem Sed quia samuelem
nominauimus supius fuisse hunc samuelem ostenda'
hic certe ille samuel qui de vanis litteraꝝ studijs verbe
ribus euocatus sacre scripture ministerio deputat' in cui'
vultu lumine diuina grā influente utriusqꝫ testamenti lu
men vidim' in cui' brachijs fortitudine hereticoꝝ pars
non maxima est dispersa hec certe gloria virtutis nostre
transferens utrūqꝫ testamentū ex hebreoꝝ lingua in grecam
parit' et latinam disponensqꝫ ipm posteris inetiū declarās

enigmata et obſcura dubia et nodoſa preparans officio
ſcriem cunctis eccliẽ nullis totam pene eccliam edificauit
vnde bene magnus apparet in ſapiẽ ineffabilis profundita
te liberales autẽ ſciencias ita perfecte ſciuit q relaxione om̃i
nullus ſibi adhuc ſimilis apparet de ſcripturis vero ſatis
vero ſatis uti multarum eplãrum ſuarum quas ad me direxit ex
pientia didici equalem ſibi neminẽ vnq̃ noui hebreorum
grecorum caldeorum perſarum et medorum arabicorum et pene om̃i
nationũ linguas et litteras tanq̃ ſi fuiſſet in eiſdẽ natus
et educatus ſciuit Quid plura dicam que Jeronimus igno
rauit nullus homĩ unq̃ ſciuit Non me iſta venerabilis
pater extimes dicẽ vt putem te Jeronimi vitam et virtutes
penitus me ſcire cum ſibi ſocius extiteris multo tempore Sed
teſtor deum q̃m ob tam ineffabilis viri ſanctitatem ſi vo
luiſſem tacere non potuiſſem Confitentur mirabilia et
ſuam ſanctitatem et ipſi celi in quibus magnus maioris
eccliẽ ꝗ̄ titate quam multorum ſanctorum habitat ſine fine nulli
ita dubiũ eſt inter patris mãſiones ipm̃ vnam ex maiorib;
et ſublimioribus ſedibus obtinẽ Cum enĩ homo ibidem
ſcdm̃ opera premietur et iſte perfectionis pene vite extiterit
clare patet ipm̃ vnũ de maioribus et ſublimioribus ce
leſtis Jerlm̃ ciuibus fore Quod vt a nobis plenius et certius
credatur in mũdo pie cunctis quorum nr̃a recordatur etas ual
de mirabilis apparet prodigijs inſuetis et miraculis infi
nitis Quorum michi aliqua venerabilis Euſebius ſuis litteris
declarauit De ceteris vero prodigijs que cottidie ibidem
mirabiliter fiũt vt continue intelligo relatibus plĩmorum
auidus per audire tibi pater Cariſſime ſupplico ut michi
in breui volumiẽ quecũq; poteris vera et utilia miracula
collecta quam citius facultas aderit euiſdem Jeronimi ſanc
tiſſimi deuocione tranſmittere non deneges Sed ut multa

Jeronimi sanctissimi non lateant quid erga me divina ani-
cute clementia in ipso obitus sui die acciderit enarrabo. Eodem
namque die et hora quo ex huius putredinis et inmunditie car-
nis toga Jeronimus sanctissimus vestimentum perpetue inmorta-
litatis et inextimabilis letitie et glorie induit dum ipse more
in cellula mea quiescens avide cogitans quales inessent ani-
bus beatorum qui cum xpo gaudent glorie et letitiarum quantitas
cupiens inde ex hac materia breve componere tractatum precibus
impulsus Severi quondam venerabilis Martini episcopi turonensis
discipuli Carta calamo pugillarique in manibus susceptis bre-
vem vellem scribere epistolam sanctissimo Jeronimo destinandam
ut quicquid ex hoc sentiret responderet Sciveram enim tam diffi-
cile questione a nullo alio vivente me posse edoceri evidentius
Cumque iam scribens salutationis exordium Jeronimo prenotare
inefabile subito lumen nostris invisum temporibus nostris que minime
linguis declarandum cum inefabili inauditaque odorum omni
flagrantia cellulam in qua stabimus introivit hora iam com-
pletorii Quo a me viso stupore admiratione que commotus sum et
membrorum virtutes repente amisi Nesciebam enim tunc quod dex-
tera mirabilis dei exaltasset servum suum notam faciens in po-
pulis virtutes suas Nesciebam etenim quod deus antique misera-
tionis servum suum fidelem a carnis inmunditijs dissolvisset et
tam sublime et in celo sedem preparasset Nesciebam certe in-
vestigabiles vias domini Nesciebam thesauros infinite dei sapien-
tie et scientie secreta et occulta dei iudicia non agnoscebam
quoniam quos vult facit sua inefabili sapientia ad suam agnitionem
venire quos autem vocat predestinat iustificat et beatificat
prout decernit convenit Itaque quia talem mei oculi numquam lu-
cem prospexerant talem olfactus meus odorem non senserant
tam novis tam inauditis miris obstupebam Inter hec autem
meis in me perstrepentibus cogitationibus quid hoc esset de

Visio augustini de Jeronimo

no hic et volue carta

dicit quod iudicia dei non agnoscebat

luce hec dicens verba emisit Auguſtine Auguſtine quid
queris putas ne brevi immittere vaſculo mare totum brevi in
cludere pugillo terrarum orbem Celum firmare ne uſitatos exerceat
motus Quod oculus nullus homini videre potuit tuus videbit
Que auris nulla perſonum auſit audire audiet tua Que cor hu
manum nullatenus intellexit nec etiam cogitavit te extimas
intelligere poſſe Infinite rei quis erit finis Immensa qua men
ſura metieris potius totum mare in artiſſimo clauderetur vaſculo
Terrarum orbem parvulus teneret pugillus potius a motu continuo
celum deſiſteret quam gaudiorum et glorie quibus beatorum anime
ſine fine minorem intelligeres particulam niſi uti ego experien
tia doceris Deſiste adhuc brevis temporis ſpacium Impoſſibi
lia facere ne coneris donec tuus impleatur vite curſus hic non
queras que non alibi niſi quo tam feliciter inveniri poſſunt
hic ſatage exercere talia opera ut poſtmodum ibi que hic aliqualiter
intelligere cupis totaliter merearis habere Inde qui intrant nullatenus
exeunt Ad hec ego pavore ſtupens ammiratione tanti in viſa pene
amens omni quaſi vigore carens hijs verbis aliqualem aſſumens
audaciam tremebunda voce dixi Fas utinam michi foret quis tu
felix es tam glorioſus tam honorifice ad illa properans gaudia
qui tam dulcia eloquia gutturi meo faris non ambigere At
ille nomen inquid meum queris Ieronimi illius presbiteri cui tu iſ
mittendam epiſtolam iam ſcribens incepiſti ſum anima que hac in
hora in bethleem iuda carnis honere depoſito xpo omnique celeſti
comitata cohorte omni decorata pulcritudine omni illuſtrata ſplen
dore illo induta immortalitatis de aurato veſtimento circumamic
ta omni bonorum et gaudiorum varietate terrenorum omni triumphatis
omni dyademate coronata et omni beatitudine et felicitate valla
ta tam glorioſe ineffabiliter pergo ad regna celorum ſine fine man
ſura Nullum etenim expecto glorie defectum ſed augmentum quando
iterum corpori iungar glorificato et non morituro ſed gloriam

quam sola nunc habeo habituro in illa scilicet vniuerse carnis
resurrectionis die Cum ego amplius animi in me collectis vi
ribus pre gaudio non cessans a lacrimis sic respondi Vtinam vi
rorum eximie tui mererer fieri pedisecus Sed queso tu humili corde
quem vilissimi quem dilexisti in mundo nimia caritatis affectione
recorderis ut tuis intuencionibus a peccatis emender gubernatione
tua recto calle inoffenso pede procedam defensionibus assiduis
ab inimicis michi continue insidiantibus protegar tuo sancto duc
tu salutis attingam portum placeret vtinam voluntati tue ali
qua michi interroganti respondere At illa quod optas dic cito
me omni voluntati tue responsuram sciens Vellem inquam intel
ligere vtrum beatorum anime quedam velle possint que obtinere
nequeant At illa vnum augustine noueris quod sanctorum anime
ita in illa eterna gloria in deo sunt solidate et firmate quod nulla
sibi inest alia voluntas nisi dei Quare nil aliud velle possunt
nisi quod deus vult ideoque voluit obtinere possunt Et omnia que
cumque voluit deus et vult et adimplet Nemo quippe nostrum
suis fraudatur desiderijs quia nil preter deum aliquis nostrum
optat quem vero semper ut volumus deum habemus nostra semper
desideria sunt adimpleta plenissime longa quidem prolixitate verborum
borum texeretur series si omnia que michi gloriosa illa anima per
scrutanti patefecit Scriberem in hanc breuitatis epistolam Spero
enim ad bethleem ad tantas reliquias visitandum permittente
deo veniam non post multos annorum curriculos Vbi tunc que au
diui et in scriptis tradidi videbis perspicaciter pluribus itaque
horis gloriosissima illa anima ibidem mecum manens trinitatem
sanctissime vnitatis et vnitatis trinitatem filij a patre generationem
spiritus sancti a patre et filio processionem angelicas gerarchias
et ordines et eorundem beatorum spirituum ministeria beatarum etiam animarum
felicia et alia utilia et grauia humanis intellectibus quam sub
tiliter quam euidenter quam mirabiliter et delectabiliter michi patefecit

De animabus beatorum

terit audio ſi omni homini linguis loquerer non explicare
ſermonem deinde a meis oculis lux illa diſparuit ſed mul
tis poſtmodum diebus ineffabilis odor ſuavitas remanſit
Quam mirabilis ergo iſte eſt faciens tot mirabilia tot et tan
ta hominibus inſueta prodigia ad ipſum ergo ore nostro clame
mus et exultemus deinus qz gloriam laudi eius qui vere dig
nus eſt omni laude nec ſumus ſufficientes eum laudare In
tonuit enim in domo domini candidus et pulcherrimus ubi ſine
dubio de ſublimis lumen pateat pluribus teſtibus quod uno

Viſio ſeveri de Jeronimo

cenſui ¶ Quid ſupradictus noster ſeverus vir doctrina et ſapi
encia pollens cum tribus alijs in ipſo die et hora obitus
Jeronimi in Turonensi Civitate viderit nec addere viſioni de
quo quidem michi ſolummodo ipſemet pridie ad me veniens
fuit teſtis Volens itaque deus ut ſublimis Jeronimi gloria
mundo non lateret velud ſanctitas ſublimis et pene cunc
torum viventium excellentiſſima non latebat ne illi quos ſanc
titatis illius delectabat ſequi veſtigia habiturum premium
ignorantes aliquando a ſanctitatis deviarent tramite Et ut etiam
alij ſibi tot et tanta elargiri cernentes premia illius ſancti
tatis et virtutis inhererent veſtigijs oſtendit enim laborum
ponderis premiorum ſpes die et hora qua idem glorioſus Jero
nimus feliciter expiravit elargiendam ſibi gloriam ſevero
et tribus alijs viris catholicis cum eo ſtantibus taliter decla
ravit hora completorij die illa in domo ſua Severus cum
tribus alijs viris catholicis quorum duo monaſterij quondam
venerabilis martini erant monachi in divinis degens loca
tionibus in celo in ethere terraque cantuum ſuaviſſimorum modu
latorum ineffabilium et incredibilium infinitas repente audi
vit voces et organorum timpanorum et pſalteriorum et totius ſim
phonie et inſtrumentorum ſonos quibus celum et terra et omnia
ut ſibi videbatur undique reſonabant Quorum ſuavitatibus cor

Viſio pueri de Ier^mo

anime pene a corporibus exalabant Stupefacti illico omnes
illi elevantes oculos celum totum ether et omnia que eorum conti
nentur ambitu quandam viderunt lucem ſepties ſolis lu
ce preclarior clareſcere ex qua omnium odor aromata erumpebat
Hec illi tam miranda cernentes deum exorarunt precibus ut
eos cur talia fierent non lateret Quibus vox de celo veniens
iſta dixit Nulla nos maneat admiratio nil nobis videatur
mirabile ſi talia videtis et auditis hodie enim rex regum et
dominus dominantium xpiſtus dominus exeunti de hoc nequam ſeculo anime
glorioſi Ieronimi in bethleem inde commorantis totus feſ
tivus obviam venit et eam preceteris tanto honorificentius
tanto excellentius et ſublimius ad ſua introduxit regna
quanto pre ceteris ſublimioris et ſanctioris vite meritis
fulget hodie omnium angelorum ordines exultantes et talibus vo
cibus alternatim continentes ſinum ſonant dominum hodie enim pri
archarum et prophetarum cetus hodie apoſtolorum et diſcipulorum chorus
hodie omnes ſancti martires hodie confeſſores hodie glo
rioſa dei genitrix ſanctis omnibus comitata virginibus ho
die enim beatorum anime letabunde et feſtive ſuo occurrerunt
compatrioto et civi His auditis vox ſiluit ſed tamen lux et
cantus et odor per horam poſtmodum perdurantes ceſſa
verunt Itaque liquide patet ipſum de ſublimioribus et maio
ribus fore Quo et magnus et mirabilis eſt et etiam me
tuendus ſuper omnes pene ſanctos ob ſibi traditam a domino
poteſtatem Nulli ſit quidem dubium ita preceteris que vult poſſe
ipſum allequi ſicut preceteris voluntas ſua divine magis co
heret Nullus vero me tante audacie putet ut fatear ipſum
Johannem baptiſtam quo teſtante ipſo ſalvatore nullus ma
ior ſurrexit petro et paulo ceteris xij apoſtolorum qui ab ipſo xpiſto
electi et ſanctificati ſunt preſtare gloria Sed tamen ſi probi
beat ratio ipſum illis maiorem obtinere gloriam in celi regno

audere dici tamen nullas video rationes Cur sit nephas
dicere equalem illis in gloria Jeronimum fore dummodo illis
in vite sanctitate dissors non fuerit cum non sit personarum

quod deus non est personarum acceptor — nota

acceptor deus sed singulorum merita discernens et reddens
unicuique secundum quod meruit Ast si cui videatur minorem Joha
ne et apostolis Jeronimum gloriam obtinere par videatur ipsum ob
tinere cum et si illius sanctitatis merita illius laboris gra
nia illius scripture et verissime translationis utriusque testa
menti officiorumque ordinationis fructus non solum presentibus
sed et futuris prospitiant paulominus cernat fore nil ipsum ab eis
dem in gloria discordem ut verum testor deum iudicauit

Secunda visio augustini

puto Porro ne aliquibus deidendi laqueum ministrare vi
dear dum Johanni et apostolis in sanctitate et gloria equalem
esse Jeronimum sanctissimum fateor unum quod expletis non
dum quatuor diebus in visione vidi enarrabo ut ve
ritas non lateat ne quis me has laudes retexere credat
uel amore carnali quo homo a veritatis cognitione maxime
deviat vel vesane mentis impetu vel aliqua quacumque causa
velint Set me hec non ambigat ab homine intellexisse
minime sed per revelationem quam deus omnipotens qui
suos exaltat sanctos et exaltando magnificat Quarta pre
eunte nocte michi anxie cogitanti quid laudis quid ve de
bite reverentie et magnificentie Jeronimi in brevi retex
erem epistola demonstrat hoc modo Dum itaque ut dixi dis
ponens hanc tibi epistolam scribere cogitarem apta laudis
materiam invenire hora iam adveniente noctis media
me sompnus oppressit Et ecce maxima michi affuit ange
lorum multitudo inter quos fulgentes plus infinito sole
duo erant viri ita similes et uniformes ut nulla meis
viderentur differentia qua alter ab altero differre posset
nisi quod tria serta ferebat alter in capite ex auro et lapi

dibus preciosis alter vero duo hiis candidissimus induti colobiis undique auro et gemmis contextis tante erant pulcritudinis ut non valeret quispiam imaginari. Accedentes ita quod illi ambo prope me sub silencio paulisper steterunt. Deinde ille qui tria ferebat certa hiis me verbis sic allocutus. Cogitas Augustine quid debeas laudis de Jeronimo veritate proferre et certe dum cogitas nondum nosti. Sed huc ambo venimus ut eius tibi gloriam indicemus. hic certe meus socius quem vides Jeronimus ipse est qui sicut equalis in vita et sanctitate fuit per omnia in gloria equalis est et que possum et ipse potest et que volo ipse vult et sicut deum video et ipse videt et cognoscit et intelligit in quo omnis nostra et sanctorum omnium consistit beatitudo et gloria nec habet maiorem vel minorem gloriam alter altero sanctorum nisi in quantum magis et minus divinam contemplatur speciem sive cognoscit. Sed tamen tercium quod plus illo fero aureola martirii est quo vitam finivi corporis. Qui et si in mundo ob labores penitencias erumpnas afflictiones verbera contumelias et hominum obprobria et derisiones et cetera valde gravia que ita paciencie pertulit ita gaudenter propter deum ut in infirmitatibus exultaret verus martir extiterit et premia martirii non amiserit tamen quia gladio vitam non finivit aureolam que in signum datur martirii talis non habet. Sed tamen duo alia que habemus aureole sunt que solis virginibus et doctoribus dantur ut ab eis discernantur. Ad hec ut michi videbatur respondi. Quis enim es domine mi. Et ille iohannes inquit baptista sum qui huc ad te descendi ut nunciare tibi Jeronimi gloriam quam ipsam gentibus nuncies. hoc enim noveris quia honor et reverencia que singulis sanctorum exhibetur ceteris omnibus exhibetur nec putes ut in celo sit aliqua invidia ut in mundo. Sicut enim in mundo quilibet homo ceteris preesse magis vellet quam subesse ita in celo propter caritatem

nota hic de gloria beati Johannis baptiste et Jeronimi que una et equalis est

nota honor et gloria quod exhibetur uni sancto omnibus exhibetur

nota quod quilibet alteri vellet subesse alteri propter caritatem

ineffabilem qua se invicem diligunt beate anime quilibet sicut de
sua alterius gloria gaudet sicut sua quin etiam vellet quisque
maior ut quisque minor sibi esset equalis et pene maior quam
eius gloria esset sua ita minor maioris gloria gaudet sicut
eam habet ymmo potius de sua si phas esset impertiret unde glo
ria singulorum gloria cunctorum et gloria singulorum hiis dictis
societas omnis illa discessit Expergefactus itaque omnino a sompno
tantos in me subito sensi caritatis ardores quantos in me numquam
senseram nam deinceps hactenus aliqualis in me uel invidie
uel superbie sive arrogantie fuit appetitus uel cogitatio Testis enim
est deus qui omnia novit antequam fiant quod alieno bono gau
deo quam meo plus affecto omnibus subesse hec idcirco dixerim
non ut laudis acquiram famam sed ut hec quis non putet va
na sompnia fuisse quibus sepe diluditur mens nostra Sepe etenim
deus abscondita et maxima per sompnia reserat magnificetur

magnificatio beati Jeronimi

ergo opera tua qui perfecta sunt nec est in eis iniquitas Sanctum
dominum Jeronimum propter deum cum quo regnat secure magnificemus
qui in vita sua magnifice fecit in morte sua magnifice rece
pit Qua propter magnus est in medio nostri et sanctus et ex
celsus vite excellentissime sanctitate magnus sanctus et
excelsus in sapientie ineffabilis profunditate Magnus sanctus
et preexcelsus in maioris nunc glorie quantitate mirabilis
laudabilis et gloriosus in prodigiis universis inauditis et
insuetis metuendus et colendus et venerandus ob sibi tra
ditam a domino potestatem honorem et gloriam sempiternam
Magnificemus ergo obsecro eum nec taceamus qui maior
est omni laude Notas faciamus in populis glorie sue laudes non
miretur homo si eum quem dominus magnificavit et exaltavit
laudamus non hominem pigeat venerari et coli quem deus
colit et veneratus est non putet quispiam Johannem et apostolis
in gloria et sanctitate equando Jeronimum Johanni et apostolis

exercere iniuriam quam ipsum illis prestare et gloria et sancti
tate si possent optarent gloria enim et beatitudo eius eorum est
gloria et beatitudo et eorum est sua honor laus et reverentia a
nobis exhibita Ieronimo eorum singulis exhibetur et que illis
singillatim exhibetur Ieronimo exhibetur Si ergo tu ipsis
Johannem baptistam et apostolos venerari simul venerare illum
quoniam ipsis per omnia est equalis Sentire igitur omni depulsa formi
dine Johannis baptiste Ieronimum equalem et non maiorem quoniam
nullus surrexit maior omni devotione et reverentia fateamur
Quoniam si minorem facimus glorie Johannis derogamus et magis
iniurias exercemus quam laudes huius mei imperiti sermonis
quamquam insufficienter quamquam vilissime quamquam nichil tamen
devote et reverenter expletam epistolam ad te venerabilis pater
puro corde et magna animi devotionis affectione dirigo supplicans
ne in gremioli mei verbula que de mee imperitie paupertie
in laudes eximii Ieronimi obtuli non deridendo sed cari
tate debita equanimiter tolerando legas et que minus de
bito dixi ad tanti viri laudes et mee imputes imperitie et
epistole brevitati et eius laudum immense immensitati Quoniam certe
si omnium mortalium lingue solum eius laudes promerent mi
nus debito satis esset Mei peccatoris venerabilis pater esto
memor ut dum in illo steteris loco quo illud sacrum eximii
Ieronimi cadaver quiescit eius me intercessionibus recommendes
Quoniam nulli dubium est quod ea que optat idem Ieronimus continuo
potest obtinere non enim suo aliqualiter defraudatur desiderio

Explicit epistola Augustini de laudibus beati Ieronimi

Epl'a Cirilli Jerosolomitani pontific' ad Augustinu' yponen' presulem

Venerabili viro Epor' eximio Augustino yponen' presidi Cirillus Jerosolimitanus pontifex et om'i sacerdotu' infimus illius sequi vestigia cui' interius sanctitas radiare non cessat Illius sc' Jeronimi gloriosi cuius memoria erit in benedictione in se culu' seculi Qui q'ntus sit et tu simili'r bene nosti eius vsus: maxime et colloquijs et doctrinis de quo me uelle disserere cu' sim in toto reprobus et indignus quasi reputo audaciam S' tamen sua me cogit dilectio ut tibi aliqua scribam de prodigijs hominibus insuetis que per illum in diebus n'ris fecit d'nus ut cum celebrem in mu'do faceret et cunctis ho'ibus gloriosum tamen tuis confisus orationibus opus aggrediar vt tua possit deuotio et breuiloquio perstringam de multis pauca Glorio sum hui' viri obitu' visioneq' meam necnon et mirifica tunc temporis peracta te nosse non ambigo Nam vir utiq' reuen dus et memorie obliuioni non dande Eusebius nobilis Cre monen' eius discipulus in quo magr'i refulsit sanctitas et doc trina cui' sapienciam probitate' et excellenciam non ignoras qui post bienniu' a n're mortalitat' miseria ereptus suu' predilec tissimu' magr'm Jeronimu' in celi patria est secutus vt nobis ma nifestant eius crebra miracula de quib' et inferius aliqualit' pertractabo Reuerendo patri Damasio portuen' Epo et Theodoro Romanor' Senatori eius fr'i Seuero probissimo viro Eustochio sanctissime mulieri et tibi et multis alijs quos singula'r noia ri non eget tunc temporis per suas l'ras tocius eius obitus seri em intimauit vnde amplius ea que nosti reiterare foret sup fluu' et dicendor' impedime'tu' hijs ergo omissis ad eius terminu'

Cirillus ad augustinum de secta grecorum

non cessant continue clarere miraculis nunc stilus se vertat ut tua possit devocio et primo ab eusebio viro sanctissimo eiusdem Jeronimi discipulo sumat inicium **De tristi secta grecorum**

Post obitum gloriosi Jeronimi quedam heresis inter grecos secta surrexit que ad latinos usque devenit Que suis nephandis nitebatur racionibus probare quod anime beatorum usque ad universalis iudicii diem illum in quo corporibus erant iterum coniungende visione et cognicione divina in quo tota consistit beatitudo sanctorum privabuntur Et dampnatorum anime similiter ad diem illum nullis cruciabuntur penis Quorum racio erat Sicut anima cum corpore meruit vel peccavit ita cum corpore premia recipit sive penas Asserebant etiam illius secte nequissimi nullum fore purgatorii locum in quo anime que non dum de suis peccatis in mundo plenam egissent penitenciam purgarentur Qua quidem secta pestifera crescente in nobis tantus dolor irruit ut nos amplius pigeret vivere Quo meis cunctis suffraganeis episcopis et aliis viris catholicis convocatis eis ieiunia et oraciones indixi ut suam sic agitari fidem divina non promitteret bonitas mira res Et forte huic similis nunquam visa tribus expletis diebus ieiuniorum et oracionum subsequenti nocte gloriosus Jeronimus suo predilectissimo filio Eusebio oracionibus incumbenti manifeste apparens benignaque allocucione eum confortans ei dixit In hac secta pestifera noli formidare cum sibi finis iam impositus erat Que Eusebius nimio fulgentem splendore ita ut eum oculus humanus aspicere non auderet intuitus quasi de gravi sompno evigilans pre gaudio dulces per oculos fundens lacrimas ita ut pene vocem formidare posset Quanto tamen poterat clamare cepit pater meus Jeronimus es quare meam societatem spernis Certe tenebo te nec dimittam nec sine tuo gradieris filio Ad quem gloriosus Jeronimus Non te fili dilectissime deseram con fortare vicesimo die me sequeris et simul in gaudio perma

de animabus beatorum

nec magnus error erat iste

Apparicio Jeronimi ad eusebium

nebimus sine fine Sed Cirillo cunctis fratribus nuncia ut die cras
tina iuxta presepe dñi ubi meum quiescit corpus omes in unu
conueniant tam Catholici quam et illius secte viri Et tu trium
homi qui insunt urbe hac nocte defuncti cadauera inhuma
ta in loco in quo meum est humatum corpus facies deportari
super quibus saccum quo utebar ponens statim vite pristine
redditi hanc radicitus heresim extirpabunt Cui uale dicens
gloriosus Jeronimus disparuit mane autem facto ad me
qui bethleem tunc eram venerabilis Eusebius veniens cuncta
que viderat enarrauit Quo imensas grãs creatori agens et
Jeronimo glõso omnibus in predicto loco in quo pro nobis de
intemerata virgine saluator natus est Et ubi eius sacratis
simum Jeronimi requiescit cadauer humatum congregatis pre
dictorum defunctorum cadauera deferri fecit O mira ergo dei mi
seratio et dispensatio quot modis in se sperantes sat iuuare
Quantis et quot honoribus suos exaltat sanctos fiebat interea
ab illius secte cultoribus derisio Credentibus quod foret exina
nita manus dñi letetur itaque omnis fidelium cetus et deo in
voce exultationis psallant quia suscepimus miam dñi in me
dio templi sui Attendens namque vir venerabilis Eusebius
ad singulorum cadauera flexis genibus manibusque in celis ex
Oro Eusebij super tria cadauera homi tensis cunctis audientibus sic orauit Deus cui nichil impos
sibile nichil graue in uicte fortitudinis et virtutis qui fac
mirabilia magna solus et nullum inte sperantium spernis nunc
preces tuorum exaudi fidelium et ut tua quam dedisti fides inte
merata inuiolataque per secula maneat ac etiam ut eorum error
appareat per merita et intercessione glõsi dilecti tui Jeronimi
introduc in hec cadauera animas quas de ipsis egredi vo
De tribus mortuis resuscitatis per btm Jeronimum pro quadam heresi extirpanda luisti Qua quidem oratione finita singulum sacco quo sup
carnem glõsus Jeronimus utebatur tangens cadauer protinus
in eum vite spiritus introduxit Qui homines appertis oculis

Cirillus ad augustinum
myracula ieronimi

omnibusque vite signis ostensis sic perfecti sunt resuscitati Et ceperunt animarum beatarum gloriam et peccatorum penas tam purgatorij quam inferni clara voce omnibus intimare Nam michi postmodum interroganti dixerunt quod beatus Jeronimus conduxerat eos in paradisum purgatorium et infernum ut que ibi agebantur patefaceret universis Sibique dixerat quod ad corpora redirent et de perpetratis peccatis penitentiam agerent quia eo die et hora quo venerabilis Eusebius migraturus erat et ipsi migraturi erant ac etiam si bene agerent cum eo gloriam accepturi Quod et factum est ut inferius declarabo Hijs igitur peractis multitudo maxima populorum tam fidelium quam etiam illius secte defensorum qui ad tam grande convenerant spectaculum tam tertium errorum iudicium et veritatis necnon beati Jeronimi merita egregia cernens magnis vocibus laudes inmensas referunt creatori qui suos sperantes in se non deserit Et sic Augustine carissime pius dominus naviculam sue fidei sacratissime in huius mundi eructantibus malorum hominum fluctibus agitari permittit sed minime naufragari Quoquidem forti questo esto animo viriliter age ne formides cum fidei persecutores magnanimus dimicare sub umbra alarum tanti pij patris qui suorum preces fidelium inefficaces non sunt dummodo tota spe et pio fiant animo Non enim aliter nequeunt nostre exaudiri preces nisi cum in deo nostra non perfecte spes consistit vel quia petimus non petenda Ad ipsum ergo dominum non tamen ore sed toto corde clamemus dum affligimur et ipse qui dominatur in virtute sua et nos cottidie oculo respiciat pietatis non permittet nos temptari supra id quod possumus Sed ne nimis devius a proposito meo gradiar redeam Et venerabilis Eusebij obitum explens primo et virorum illorum trium similiter quos resuscitatos nostri migracione scribens quia eadem sunt hora et die quo Eusebius de huius mundi valle miserie ex

nota quod deus naviculam fidei permittit agitari sed non naufragari

nota quare preces exaudite non sunt

De obitu Eusebii et de aliorum trium qui a mortuis resurrexerunt meritis gloriosi Jeronimi

cupti aliqua Jeronimi miracula introducam

Adveniente autem die quo venerabilis Eusebius a bt̄o
Jeronimo in visione qua supra fatus sum se migrari so̅c
rat die tertio ꝑveniente langore febriū continuis valide se sup
terram magr̄i non inmemor nudum deferri fecit a fr̄ibus &
singulum osculans fr̄m benigna eos consolatōe confortavit
et ut in sc̄o ꝓposito manerent admonuit deinde quo glorio
sus induebat᷒ Jeronimus saccū deferri fecit et supra se iussit
poni Ordinavit q; se nudum instar glo̅si magr̄i in ecclesia
in qua jacebat sancti Jeronimi cadaver sepiliri post hec co̅
munione sacratissimi corporis ihū xp̄i se muniens se dn̄o
et beato Jeronimo commendavit et sic per triduū locutione cor
porali q; visione privatus circumstantibus alternatim fra
tribus psaltium passiones dn̄i et alia sacra continue legen
tibus iacuit durum quippe et cunctis ratione mūdo degenti
bus formidabile hoc quod narro die autem quo mortuus
erat per duas horas ante beate anime exitū venerabilis Euse
bius tam terribiles cepit actus ꝑagere quod circumstantes
monachi pavore perterriti velut amentes in terra iacebant
Nam quandoq; transversus oculis manibus iunctis facie ter
ribili voceq; dira quasi sedens clamabat Non faciā nō fac
iam mentiris mentiris post hec ad terram rediens faciem
firmabat in terrā quantum poterat clamans adiuvate me
fr̄es ne peream quod monachi videntes lacrimantes et treme
tes eum interrogaverūt Quid habes pater ad quos ille nō vi
detis demonum agmina qui me debellare volunt Et illi quid
te facturum volebant tum dicebas non faciam Et ille conatē. nā
q; ut divini nomīs blasphemus inveniar et ideo hoc me nō
facturum acclamabam tunc illi quare pater faciem abscondē
bas in terram et ille ne eorum aspectum cernerem qui tam tur
pis et horribilis est quod omēs pene que in mūdo sunt cru

visio demonū ab eusebio

Cirillus ad augustinum
visio demonum
visio Jer. et de penis
purgatorii

pectu eius nichil sunt Inter hec verba actus priores recitte-
rans sic ad extremam horam usque devenit Fratres autem qui astabant
pavore et dolore perterriti velut mortui stabant quid facere
nescientes Gloriosus deus in sanctis suis mirabilis in maiestate — Deus gloriosus deus in sanctis suis etc
sua benignus et se timentibus misericors sanctos suos non
derelinquit In tempore necessitatis Ad extremam namque horam — De apparicione Jeronimi
venerabili Eusebio pervenienti gloriosus Jeronimus apparuit eum
benigne confortans Cuius adventu omnis illa demonum turba
quasi infinita eius timore perterrita ab eo velud fumus evanuit
ut plures testantur monachi qui propriis oculis dispensatione
divina se hoc vidisse dicunt Sed hoc magis approbatur nam omnes
circumstantes has audierunt ab Eusebio voces unde venis pater
quare tantum moratus es queso filium tuum non relinquas Cui
subito cunctis audientibus alia vox respondit Expecta fili ne for-
mides quia te non deseram quem tantum diligo Qua audita vo-
ce brevi inde decursa morula venerabilis Eusebius expiravit
Qua quidem hora et illi tres qui resuscitati sunt migraverunt
et ut puto cum Eusebio ad eterna gaudia pervenerunt Nam
per illos omnes viginti dies quibus postquam nobis resuscitati sunt
se in tanta pena nequaquam puto que ab eisdem tribus veris
per illos dies quibus vixerint didici Continue toto hoc tempore
cum aliqua eorum secreta vite illius quam post hanc brevem et mo-
mentaneam expectamus rimari cupiens a tercia die ducebam
ad vesperam Sed quamvis multa ab eisdem didicerim tamen
ad presens brevitatis causa quedam solum referam cetera
vero alias eo dicturus omittam Quadam vice ad unum — De penis purgatorii
eorum me ivisse contingit quem dire lacrimantem nec meis
verbis aliqualem consolacionem admittentem cupiens tanti
fletus causam ab eo cepi inquirere Qui pluries a me de hoc inter-
rogatus sic respondit Si que per diem ignorares non sum ex-
pertus tibi semper inesset causa fletus Ad quem ego de inceptis

que vera potest proferri sima ut enim puto nris quibus affli
gimur penis equari non possint Ad quod ille Si omnes que
in mundo cogitari possent pene tormenta et afflictiones minori
que illic habent' pene compararent' omnes que hic vident' pene
et tormenta solacia erunt Mallet enim quilibet vivens cum si illas
experiencias nosceret penas usque ad finem mundi omnibus hijs sil'
sine medio cruciari penis quas omnes homines ab adam huc
usque sigillatim pertulerint quam uno die in inferno siue pur
gatorio minori que illic haberet' pena torqueri Et ideo si
causam mei interrogas fletus timor penarum est que peccatorib'
iuste dant' Scio namque me erga deum meum peccasse et ipsum
iustum fore non dubito Quid de te miraris si plango cum pociu'
si non plangerem vehement' admirari deberes sed potius
admirare quare homines qui se mori non dubitant saltem
aliorum experimento tanta hic securitate vivunt nec tantis co
gitant euadere penas Ad hec dolore tactus intrinseco ita ut
De diuersitate penarum purgatorij et inferni — vix verba formare possem dixi heu quid audio Sed quero
in quo tormenta differunt infernalia ab hijs que sunt in pur
gatorio dicas Et ille nichil inter se differunt qui eadem sunt
magnitudine pene purgatorij et inferni Sed unum est quo
differre possunt quia infernales finem non expectant sed
augmentum scilicet in iudicij uniuersalis die quando corpora ibidem
cruciabunt' cum animabus Et purgatorij sunt cum fine Nam
post expletam penam inde exempti gaudijs beatissimis per
De diuersitate penarum purgatorij — fruent' Ad hec ergo Sunt omnibus in purgatorio existentibus
equalia tormenta uel diuersa Ad hec ille diuersa quidem
in aliquibus maiora aliquibus uel leuiora iuxta magnitu
dinem peccatorum Nam in patria etiam beatorum omnes anime gloriose di
uinam contemplant' speciem in quo omnis consistit gloria
Que quamuis singule tanta habeant gaudia quanta velle uel
cogitari possint tamen gaudijs non sunt pares quia maiora

Cirillus ad augustinum
de penis purgatorii

possiderent hec minora illa iuxta opera que fecerunt. Sed tibi si *de diversitate gau*
aliqua oritur admiratio ut sanctis possit in omni diversitas *diorum in celesti patria*
gaudiorum quorum causa est solum ipse dominus deus in qua nulla po
tuit unquam fore diversitas solucio patet satis. Nam cum divina contem
placio et cognicio sive intelligencia sit merces et gloria in a
liquo potest esse sanctorum minor in aliquo vero maior. Quarto
enim omnes anime deum sicuti est videant et cognoscant aliqua
minus videt et intelligit et sic maiorem possidet gloriam. Sic
etiam de illorum miserorum dampnatorum penis dici potest. Nam cum *de diversitate penarum*
omnes anime dampnatorum in uno consistant dampnatorum loco *in inferno*
tamen diversis cruciantur penis iuxta viciorum qualitates. Tantum
siquidem differt inter xpianorum qui ibi torquentur penas et paga
norum ut paganorum cruciamenta respectu eorum que falsi xpiani
et peccatores sustinent sint quasi nulla quamquam ineffabilia sint
nec a viventibus cogitabilia. Et dignum est nam illi graciam dei
in vacuum receperunt nec voluerunt a peccatis corrigi dum vixerunt
sacris continue vociferantibus scripturis quas pro nichilo pu
taverunt. Cum ego horribile inquam quod dicis et utinam sedulo mor
talium insisteret mentibus ut vel tantarum penarum terrore a pec
catis cessarent si nollent amore glorie. Sed queso quid erga te
pro die exeunte anima peracti est breviter innotesce. Ad quod ille. Ad *de demonibus acce*
veniente inquit mortis mee hora tanta in loco in quo egro *dentibus ad morientem*
tus iacebam nephandorum spirituum multitudo affuit quod pre
multitudine dinumerari omnino non possent quorum species tal *nota quod species diabolorum*
erat quod eo nil penosius nil nec horribilius excogitari potest. *est horribilis*
Potius enim quilibet hominum flammis ardentibus ardentibus ar
suros se exponerent quam eorum formam ictu oculi visione
potiri. Qui ad me venientes omnia quecumque perpetravi opera
contra deum ad meam memoriam revocabant suadentes michi
ut amplius divina misericordia quem tam graviter offenderam non spe
rarem. Et certe noveris quod nisi me divina miseracio adiuvasset

eis resistere non valebam Nam dum omni vigore spiritus destitutus
eorum verbis paulominus assentirem gloriosus affuit Jeronimus magno
vallatus agmine angelorum septies sole splendidior me con
fortans Qui ubi illos spiritus nephandos fuit intuitus me tam di
re acerbantes valde commotus ergo eos voce terribili eis dixit
Quid adhuc nequicie et omnis maledictionis spiritus venistis Nesciebat
tis hunc meum fore fovendum auxiliis protinus hunc relinquentes
abite et vires ab eo elongate nequicias quantum distat oriens ab
occasu Hiis illa maledictorum spirituum societas perterrita diris ullu
latibus et clamoribus lumine loci in quo latebant excessit tunc
gloriosus Jeronimus aliquibus imperans angelis ne a me disce
derent sed quousque reverteretur expectarent cum ceteris angelis fes
tinanter abscessit eodem quoque abeunte angeli qui me custodiendum
remanserant ad me confortare ceperunt blanda et dulcia pro
mittentes si forti animo perdurarem Inter hec autem consola
tionis colloquia hora quasi decursa secundo beatus Jeronimus
veniensque stans in limine velociter inquit venite tunc subito a
nima corpus relinquens tam graves et acerbe quod certe quante
fuerint pressure et angustie intellectu non capit mens huma
na nisi ut ego experiencia didicissem Si enim omnis humanorum intel
ligencia quas vellet angustias et dolores extimaret respectu
anime dissolutionis a corpore tamen illa pro nichilo reputaret hec
et alia non minus ardua et valde mortalibus formidanda que pro
longitudine penitus operi non inserebam eo loquente incipiebat
claudi dies occasu solis que necesse fuit quod ei post mortem
contigerit non explere Sed quia id pre ceteris affectabam sequenti
die a duobus aliis cum eo insimul convocatis ad narrationis illius
seriem redeo hoc cupiens ab illis etiam duobus aliis cum eo in
simul convocatis peraudire ut trium testimonio solidius crederet
Itaque cum hiis iam dicta recepent sic respondit Quamquam hec uti
lia sint nec cederet in vacuum sepius ipsa fari tam hiis que au

De pena anime exalantis a corpore

Cirillus ad augustinum

de potestate et claritate corporum

de anima que ducitur ad iudicium

diu obmissis queso ut quid nobis post dissolucionem corporis euenerit meo hianti animo detegatis Ad hec ille qui michi me audienti tunc sancto narrauerat die O Cirille inquit interrogas non est possibile plene fari quia spiritualia nostris minime sensibus comprehenduntur Scis namque non te exanime fore etsi quid aut qualis sit anima non agnoscas Deum certe scis omnium esse principium et finem a quo incipiunt omnia atque tendunt et tamen quid sit deus aut qualis dum carnis huius grauissime corruptibiles portas onus non intelligis nisi per speculum in enigmate Sic est de angelis et ceteris incorporeis idem liquet Cum enim multa que sunt notissima in natura nostra praue intelligentie defectu intelligere non possimus super spiritualia et celestia omnino aliena a natura cognicione quomodo intelligemus Ut dicas inquam sicut uti potes queso dicas At ille curabo loquar inquit id quod optas et dicam paulominus quod non possum At hii qui mecum ea que ego pridie sunt experti si ita est testificabuntur

De animabus ductis ad presenciam iudicis

Mea pridie anima a corpore tot ut supra fatus sum pressuris et doloribus dissoluta subito ictu oculi ineffabiliter fuit ante dei diuini iudicantis presenciam deportata Sed quibus et quomodo non agnosco Nec certe mirum Nam nunc carnis mole aggrauor tunc autem erat anima sine carne fuerunt et ibidem aliorum anime terroribus incogitabilibus quod iudex ageret formidantes Heu cur nesciunt mortales quibus hec eueniet quod tunc nobis Certe si illius non foret ignorancia tociens non peccarent nullumque toto tempore gestorum nostrorum iudicem latere potuit ymmo cuncta que fecimus tamquam si forent presencia cunctis astantibus clara erant ita ut minimum nostrorum cogitamentum sicuti fuerat apparebat Considera namque quibus et quot agitabantur terroribus hinc multitudo demonum stabant mala testificantes que fecimus loca modum et tempora declarantes hinc nosmetipsi que obiciebant nullatenus contradicere poteramus tum quia iudice cuncta sciente tum quia ipsum quilibet verum iustissimum

nota quod ante tribunal christi maximus terror

nota quod omnia male facta sunt nota omnibus ante tribunal

cognoscebat Heu quid dicam quam sn̄iam prestolabamur
ob eius memoriam nūc formido hinc mala undiqꝫ vindictā
iudicii acclamabant nec ullū apparebat bonū quo quid mi
sericordie sperarem⁹ hinc nos dignos supplicio omēs qui ade
rant exclamabant Cumqꝫ iam nichil deesset nisi sn̄iam pub
licari que peccatoribus digna dat*r* Ecce gloriosus Jeronim⁹
cunctis splendidior astris a beato Johanne baptista sūmo
qꝫ aplōꝝ principe petro necnon et angloꝝ ingenti mul
titudine comitat⁹ ad presidentis iudicis tronū veniens
nr̄am sn̄iam suspendi modico temporis nosqꝫ sibi dari ob
reuerenciā et deuocionē quam sibi contuleramus et ꝓpt
erroris destruendi necessitatem ut voluit impetrauit De

inde nos ducens secum omīs illa vallatus beata societate
ubi fidelium anime inextimabili glīa ꝑpetuo ꝑfruunt*r* que ibi
gerebant ut redderemus testimoniū declarauit post hec ad
purgatoriū et infernū nos deducens non solum que ibi
erant indicauit s*ed* voluit ut penaꝝ expientia probarem⁹
hijs igit*r* omnibus sic peractis hora qua nr̄a cadauera sacco
quo beatus fuit visus Jeronimus tetigit venerabilis Eise
bius idem gloriosus Jeronimus nobis imperauit ut ad
corpora rediremus mandans ut de hijs que vidimus tes
tarem*r* promittensqꝫ nobis vicesimo die si de ꝑpetratis pec
catis nos contigeret debitā pn̄iam exercere cum beato Eu
sebio qui tunc erat ex hoc seculo migratur⁹ gl*or*iam finis
nesciam adipisci Sic corporibus nr̄e anime sunt coniuncte
Multa siquidem Augustine Carissime formidanda que mo
taliū impressa mentibus ab eisdem latenciū omni terrore
amorem et curam peruigilem quatot abherant homīes
ut puto funditus extirparent patent dici quod si hijs
cartis imprimere plus cogitato opus procederet nec esse
compos subscribere iam promissa Itaqꝫ cum de proximo

nō q*uod* [illegible] resuscitate ... [illegible]

Cirillus ad augustinum
Epistola [illegible]

te expectem visitature gloriosi Jeronimi reliquias ut tue
quas pridie recepi litte fatebant̃ hec omnia hoc fine claudã
tangens venerabilis Eusebij sepulturam ut ad miracula re
deam enarranda que supius sum pollicitus enarrare Obitus
namq; Eusebij venerabilis et triũ hoim predictoꝝ serie
in precedentibus quam brevi⁹ potui inserui quedam tibi
ut puto affectuosa interponens Sed predictoꝝ sepulture se
ries ita patet Mortuo namq; venerabili Eusebio hora ter
cia plura miracula sunt cunctis visa que precedent' mire sãc
titatem testarunt Quoꝝ ad presens solum duo dicam Mo
nachus quidam eiusdem cenobij pre lacrimis et vigilijs
privatus corporali lumĩe oculoꝝ statim ut Eusebij corpus
venerandũ facie tetigit pristine luis grãm est adeptus De
moniacus autem quidem dum sacrũ corpus ad ecclesiam
ducẽemus eidem obvians protinus est liberatus Juxta ecclãz
in qua gloriosi Jeronimi cadaver sanctissimũ huatũ est ve
nerabilis Eusebij corpus honore debito magn̄ instar sepe
livimus In cui⁹ etiam eccl'ie cimiterio hoim illoꝝ triũ qui in
eadem sunt hora mortui fuerũt corpora tumulata hijs er
go venerabilis Eusebij cuncta sileant ut pregrandia et in
effabilia locum teneant prodigia eximij Jeronimi iam pmissa

Duo miracula Eusebij pm de mõcho ceco illũiato

2m de demoniaco

In ameno et iocundissimo siquidem mirabiliũ gestoꝝ
sanctissimi Jeronimi prato positus uti secturum faties
precipuas et decoros miraculoꝝ flores ad hui⁹ opusculi ve
nustatem et nr̃e posteroꝝ ne saluti utiles pro posse legã
quoꝝ omĩ quid pridie erga sabinianũ heresiarcham pesti
ferum quem agnoscis peractum est pmo dicam Sabinian⁹
autem hereticoꝝ fautor duas in xp̃o asserens volũtates et qđ
peius est inter se quoq; discordes Ad cui⁹ tam inopinabilis fal
sitatis probationem introducebat illud qđ in ewang. xp̃us di
cebat pater si fieri potest transeat a me calix iste eliciens

Incipiũt quedã miracla bti Jeronimi

ex hoc racones grauissimas et pene inextricabiles quod passio
nem voluerit vna fugere voluntate et altera eadem coacte sub
ire oportuerat passionem Et ex hijs dicebat q°d multa xpus voluit
que optinere non potuit tanti in nos exercuit doloris quod
magnitudine explicare nequimus peruertebat namq; itempes
tiuer anguis et lupus rapax se uestimento ouiū induens nobis
cōmissum gregem Et ut seuiciam diri pectoris efficacius exerce[ret]
opusculum q°ddam compilauerat falsis probans racionib; hec sic
esse Quodquid opusculū ut fidem ei daremus glorioso Jeroni
mo tocius veritatis speculo imputabat Cui⁹ falsitatis noticiā
compiens sciens tibi gloriosum Jeronimū Epliu super hui⁹ er
roris destructione non multū ante sui obitū quedam dnīco
die in ecclām Jerosolimitanā inuitaui eddidisse p̄dictum heresiar
cham cum suis discipulis et eiusdem nequicie ministris inuita
ui ad disputandum et suū errorem nequissimū comprobād
Quo namq; die vniuersis meis suffraganeis ep̄is et alijs
q̄m pluribus ortodoxis Necnon et ipse heresiarcha cum suis ne
phandis discipulis in predicta ecclā ad vnatis disputacio a no
na incepta ad vesperam usq; extendit dum autem idem heresi
archa contra nos opusculum falso compositum quo glorioso Je
ronimo intitulabat allegaret has tantas beati Jeronimi iniu
rias ferre non valens bte memorie Siluanus sancte nazareth
ecclie archiepūs qui tanta beati Jeronimū affectione animi et
deuocione colebat vt si quid faceret diuinū nomen et beati
Jeronimi premittebat vnde quasi ab omībus Jeronimus di
cebat predicto heresiarche protinus assurrexit dicens cum incre
pans quot tot et tantas exercuisset nequicias dum ante inter
eos longa oriret contencio et vterq; obprobria sibi inuicem p
posse diceret in fine ambo parit sic statuerūt q si vsq; in
subseqūti diei hora nona Jeronim⁹ beatus hoc opus falso cō
positum euidenter ostenderet predictus heresiarcha capite puniret

sin autem archiepiscopus Quibus finitis singuli ad propria remea
verunt per totam autem noctem quisque nostrum orationibus vacans
ut nobis inopportunitatibus auxilium eveniret a domino qui neminem
umquam sperantium in se sprevit Magnus dominus et laudabilis nimis
cuius certe sapientie non est numerus Statuto autem die et hora letus
heresiarcha in ecclesiam cum suis nequitie filiis veniens huc illuc
discurrens querebat dei servum tamquam leo devorare cupiens ve
luti si foret deus non intelligens nec suorum servorum preces exau
diens Sed tamen cum solidius stare fatuus crederet misera
bilis cecidit Stat autem omnis fidelis contio in ecclesia quilibet sancti
Jeronimi clamans nomen Clauserat siquidem Jeronimus glo
riosus aures fingens se dormire orationes supplicantium non in
tendens ut mirabilior appareret At ego totus profusus lacri
mis stupens et admirans cur Jeronimus sic abesset Quid
deinceps accideret expectabam Denique cum nulli miraculi ap
pareret sevire cepit heresiarcha canina rabie ut Silvanus
quod promiserat iam expleret Ad locum autem quo decollan
dus erat Silvanus sanctissimus gaudens et intrepidus tamquam
ad nuptias veniens Episcopos et alios omnes catholicos qui ad hec
convenerant hiis confortabit verbis Exultate mecum Carissimi
gaudete et nolite contristari quoniam non derelinquit dominus speran
tes in se Si non exaudiat plus meis iam perpetratis peccatis
merui post hec genua flectens Sancte inquit Jeronimi ad
esto michi si placet quamquam hec et maiori dignus sim suppli
cio tamen ne falsitas locum teneat veritatis Succurre Quod si
phas non est ut adiuvet propicius esto in hora mortis ut glorie
finis nescie non sim expers hec dicens spiculatori collum
prebens ut feriat ipsum rogat Elevat autem spiculator ensem
antistitis venerandi caput uno ictu cupiens amputari Ad
est subito Jeronimus gloriosus cunctis cernentibus manum extensa
sa tenet ensem Silvano imperans ut exurgat Deinde heresiar

cham in arpatris scripturas falso compositas inveniens eiq;
nimes ab omībus euanuit oculis quod huic eius similib;
utinā eueniret Confestim ut gloriosus Jeronimus dispa
ruit heresiarche capud terram petijt a corpore detruncatū
tamqȝ si ense spiculatoris manus eum amputavit ictu
uno Quod tam mirabile cuncti videntes qui aderant illi
co stupefacti deo grās egerūt et Jeronimo glorioso et ad ve
ritatis tramitem heresiarche discipuli redire Erat igitur
venerabilis antistitis fiducia in dn̄o et beato Jeronimo
fuit efficax qui pro veritate mori nīme formidavit Exem
plar certe hic factus est venerandus antistes ceteris xpia
nis non enī ille qui pro veritate mori timet xpianus est
Si enī xpūs animā suam pro nobis posuit ut ab omī redi
meret servitute et nos pro ipso cum tempus est animas
ponere minime timeamus quia nemo nisi legittime certas
poterit gloriam corone obtinē

De fama et spē siluani archiepī nazarem q̄ dyabolus suscepit ut siluanū infamē redderet q̄ miraculose ab eo Jer^mo liberatus est

Verum quia de siluano aliquid dictū nostri q̄dam
non minus ut puto mirabile erga eum factum
narro cui⁹ tot forent testes q̄ nazareth urbis et bethleem
tenet qui ꝓprijs oculis hoc viderūt Serpens ille antiquus
dyabolus ob suam deiectus superbiam in inferni profūdū
venerandi antistitis Siluani nimis invidens sanctitati i
eum dolis ut calidior cunctis animantib; gravius est com
motus Qui ut virū dei infamē redderet quatēs qui suo sā
titatis exemplo relevabant ad recte cōuersationis semitas
suo casu decideret ad peiora Nocte quadam formā sancti
viri sumens cuidam mulieri nobilissime in stratu iā qui
escente apparuit et se ad eadem illicite accedere fingens con
sensum sui corporis inquirebat ad q̄d terrore ꝑterrita mu
lier viri ignorans speciem dum se cum homīe sola in thala
mo cerneret ne quid faceret statim altas cepit voces emit

terreta ut clamoribus assiduis omnes excitarentur dormientes et non solum de illa domo sed etiam convicini Qui omnes ad predicte mulieris thalamum accurrentes quid hoc esset interrogavere pavidam mulierem Interea callidus serpens sub thoro se ponens cepit latere Qui autem accurrerant hoc audientes quis hic homo fuerit ubique perquirere inceperunt verum illi perscrutantes tandem ad locum venientes ubi pestifer latebat anguis aliena specie occultatum hominem invenerunt qui eundem accensis candelis intuentes Silvanum archiepiscopum crediderunt ad quod omnes qui aderant stupefacti et veluti amentes effecti qui quid agerent quid ne dicerent ignorabant scientes eiusdem sanctitatis nomen At quia hoc tam detestabile inopinabileque cernebant eum interrogaverunt cur tantas nequitias perpetrasset At ille Quid inquid mali feci si mulier hec ad huiusmodi negotium invitavit Quod mulier audiens eum fore mendacem lacrimans respondit Tunc ille ut homines illos ad maius odium incitaret qui illum citius diffamarent cepit tam abhorrenda verba fari quod nullus pre turbatione auribus poterat sustinere Quo eum contumeliis et obprobriis exacerbantes coacte illum extra domicilium expulerunt Mane autem facto que gesta fuerant enarrantes Silvanum archiepiscopum ypocritam et dignum incendio acclamabant Qua de re quasi tota est nazareth commota versus archiepiscopum ita ut audiendo eius nomen quilibet blasphemaret Mira huius viri patientia et magne sanctitatis indicium volat ad noxii antistitis aures tanti fama discriminis os tamen non movet ad iniurias inter tot adversa cor manet immobile ad nullam se vertens impatientiam gratias semper divino agens nomini sua hec confitetur noxia meruisse heu quid dicam Augustine non solum iniurias et obprobria ferre non possum fugio sed etiam quibuscumque verbulis frangor premia opto nec de laboribus curo quamquam scia ad

celorum regna non aliter quempiam nisi laborum et afflictionum
tramite pervenire Quid enim aliud debeo iudicare cum me a
sanctis in moribus et vitam discordem invenio nisi et discordem
in morte in premio reperiri flebilia et gravia michi ad sunt si
sanctorum vitam et meam recor(dor) amiror quippe quia auditis sanctorum
gesta revolvunt homines uti ego et tu nil ut ipsi volunt pagere
porro hec ad meam detegendam insipientiam est quod dicam
pluries me ab eiusdem Silvani ore audisse scio numquam tantum
felicem fore quantum cum se ab hominibus despici et conculcari
cernebat Crevit in tantum eius infamia quod eius opinio usque ad
allexandriam cyprum et per civitates affines pene ore omni est
delata At qui lime domus innoxii antistitis calx tangere non au
debat Manens vero in supernis dominus spectator omnium suos sinit
labi sanctos in tribulationum erumpnas ut tunc fideles pacientia
eos reddat sed eos exigente necessitate in pressuris minime de
relinquit Revoluto itaque anno quo dyaboli astutia talia erga
dei hominem perpetraverat civitate Nazareth ut illarum gentium aliqua
liter scandalum mitigaret vir dei occulte deserans ad ecclesiam in
qua gloriosi Jeronimi humatum quiescat corpus tamquam ad refu
gii portum veniens se in sepulture loco posuit oraturus Quo per
duarum horarum spatio sic manente vir quidem nequam spiritu infla
matus in predictam ecclesiam intrans sanctumque virum repiens super se
pultura in oratione positum ad eum velut drago cucurrit ei in
properans qui mulierum mentes ad libidinosas suas voluptates
continue incitaret Cui agnus ignorens silvanus se despicagau
dens humilitate solita ut ista ei sepe diceret blandiis colloquiis
invitabat Quod pessimus ille latro audiens gladium ex vagina
pendentem suo latere impudica trahens dextera ipsum in silvam
antistitis guttur in mergeret elevavit Cui cum hoc verbum
sucurre Jeronime gloriose venerandus antistes opponeret in
guttur proprium elevatum gladium inmersit illius viri dextera re

conuersa Et sic ut decebat se ipsum vir nequissimus interemit ut in lacum caderet quem effodit admirabile hoc sed non nimis est mirabile id quod restat Casu itaque superueniens alius vir nequissimus hoc quod ultione diuina perpetratum fuerat ut vidit protinus gladium arripiens a dei viro hominem illum extimens interemptum Siluanum interficere conabatur ne nimia verba loquar id quod primo acciderat huic euenit Cum nundum vir ille sceleris in terram tetigerat quod duo viri alij ecclesiam intrauerunt quod videntes diuini ignorantes iudicij hoc tantum fuisse pactum scelus a dei homine putauerunt Quorum vnus id pro alio graue ferens furia uesanie vndique inflammatus latro cepit quantum poterat exclamare Usquequo tua viget malicia tu mulieres ad tuas libidinosas cogis voluptates et homines interficis in occulto Certe hodie tue nequitie finis erit et subito pro posse cucurrit ut eum extingueret uibrato et denudato ense At ut Siluanus more solito sucurrere gloriose Jeronime exclamauit vir ille ut duo primi se manu propria et ense interemit vir autem alius qui cum ipso venerat hoc intuens tremebundus ob visionem ad ecclesie fores cucurrit Quod hoc maleficijs factum putans quantum poterat clamare cepit huc omnes accurrite ecce maleficus Siluanus archiepiscopus non solum mulieres vituperat sed etiam incantacionibus suis necat homines toto posse fit hijs nimius virorum et mulierum concursus verberant aera voces combustione dignum Siluanum archiepiscopum nequissimum acclamantes hec ad meas sonant aures tunc ego et lacrimans ad tantum pergo monstrum Stabat agnus inter lupos atrocissimos seuientes ut canes famelici rabie non minima mitissimus et letus tamquam fingens prosperum nil dicens aliud nisi hoc iuste patior quia in deum meum peccaui grauiter verberatur vinculo tenus capitur ab omnibus ut ad supplicia tanto leuior quanto pene grauiori deducatur At dum ego manu silentium populo eius optans furorem nimium mitigare insinuo eo amplius iracundia et furore populus inflammatur Cumque tam captus Siluanus ext Apparicio beati Jeronimi

eccleſiam ducetur ſubito glorioſus Jeronimus ut viſum eſt de
loco in quo iacebat tanto circumfuſus lumine quod radijs in eum
intuentium oculi vibrarent cunctis apparuit ſuo devotiſſimo
antiſtiti auxilia donaturus Qui ſui dextra Siluanum venerandi
capiens dexteram hijs qui eundem capitulum retinebant antiſtite
voce terribili ut eundem dimitterent imperavit Tante ſiqui
dem fuit virtutis hec viſio ut antequam finiret vox talis omnes
repente tantus timor invaſit quod omni vigore corporis deſti
tuti in terra velut mortui ceciderunt Preterea hec mulier quedam
a nephando ſpiritu obumbrata cathenis iuncta compedibus
manicisque ferreis alligata plurium hominum manibus liberati
onis obtinende cauſam ad eccleſiam deportatur At ubi mulie
ris pes tangit limen ululatus et terribiles voces miſerere
miſerere glorioſe Jeronime Nam per te crucior ante tempus
diabolus emittere non ceſſabat Cui Jeronimus glorioſus Ne
phande inquit ſpiritus ab hac exi dei famula et tuas dete
ge quas erga Siluanum egiſti fallacias in forma Siluani omni
bus te demonſtrans Tunc dyabolus ut glorioſus Jeronimus
iuſſerat ut ab omnibus Siluanus archiepiſcopus putaretur apparuit
et rem quam fecerat ut inſanum redderet dei famulum enar
ravit hijs dictis diris clamoribus et ululatibus nephandis
ſpiritus de templo diſparuit Quod ubi tam mirabile eſt per
actum glorioſus Jeronimus ſui antiſtitis dexteram non relinquens
quid inquit optas voce leni Siluane cariſſime tibi placitum
me facturum At ille mi domine inquit ut me amplius hic non
relinquas Ad quem glorioſus Jeronimus correſpondit Quod
poſtulas ita fiat poſt me ergo veni velociter Intervallo autem
hore unius facto Siluanus archiepiſcopus expiravit Fit ob hoc cunc
tis ſtupor et admiratio inaudita Undique mulierum et virorum
necnon et puerorum confluit multitudo lacrimarum effuſione
terra madet voces lamentationes ululatus gemitus et

Cirillus ad augustinum
capitula 16

suspiria in Rama sonant quilibet se reum eo quod in silua non commisisset veniam petens clamat per totam autem septem noctem gentium multitudo ab ecclesia non recedit Itaque mane facto clero ad antistitis funera preparato corpus eiusdem ad nazareth ecclesiam honore congruo deportatur tam illius ciuitatis quam istius scilicet bethleem populi multitudine comitatum in qua quidem ecclesia nazareth corpus illud venerandum humanimus ut decebat longum esset verba vix admiranda Siluani venerandi presulis modo mira plene exprimerent Sed quia dicendorum pregrandis patet area eiusdem venerandi presulis actus finiam quedam alia non minus grandia breui verborum stemate narraturus

Qualiter beatus Jeronimus duos alexandrinos mercatores liberauit qui pergebant ad uisitandum corpus beatissimi Jeronimi

Annarrandum puto quoddam satis mirabile quod partim relatione veridicorum testium partim oculorum visu didici Duo viri nobilissimi et transitoriis locupletes licet catholici fidei veritatis insignes tamen ut ingentilium ritu geniti satis boni gloriosi Jeronimi mirabilia audientes ex Ciuitate allexandria multis adunatis opibus deuotione eiusdem fecundi ceperunt iter ut eiusdem gloriosi Jeronimi reliquias visitarent Cumque iam incepto itinere quoddam a tramite deuij introissent nemus ubi nulla hominum aut equorum vestigia videbantur beati Jeronimi inuocantes nomen eiusdem se custodie tradiderunt In eodem siquidem nemore quidam latronilus habitabat princeps habens sub se plures quingentis latronibus hos et alios ad aliquod destinans iter ut transeuntes interficerent et ad eundem et ceteros spolia deportarent his itaque princeps hos transeuntes intuens tribus connotatis latronibus ut ad eos interficiendum accederent imperauit Qui sui principis implere iussa cupientes assumptis armis illorum in qua gradiebantur alexandrini conato cursu tendunt Magna siquidem gloriosi Jeronimi merita magna et

prodigia forte ut puto a sanctis modiis nūqm̄ visa talia Accelerant latrones ut mactent transeuntes sed dum prope fuunt
quos prius solus cernebat duos paulominus innumerabiles ēē
vident Inter quos vir quidem preibat tanto lumīe circūlustrās
ut intuendi in eum aliqualit᷑ fas non esset apprehendit timor
stupor et admiracio hos latrones quid aliud possint facere nesciunt nisi ad latrones alios remeare At ubi forent a longe
redeuntes retroversi solum duos ut prius homīes viderūt
mirant᷑ nimis latrones et se illusos arbitrantes ceperūt ad
transeuntes homīes retrogredi At ubi appinquarūt uti prius
viderant nūc viderunt magis ac magis stupefcī latrones se
cernentes in vacuū redisse Terga verterūt et velociter ad suum
quid hij fecissent principem devenerūt eos increpat princeps
qui tam diu pegissent Sed cum rem gestam audit eos insipientes et fatuos existimans duodecim alijs latronib᷑ convocatis cū
eisdem versus trāseuntes homīes incedit cursum A longe duos
cernūt Et appinqui uti primi viderunt sic et illi Eorudem protinus tremuēt bases trepidat cor fiūt velut amentes om̄i vigore animi destituti Tandem in se redeuntes eos latent᷑ secunt᷑
cupientes quid deinceps accidit edoceri Trepidant vero huius
nescij transeuntes hos videntes homīes et inter se qui hij sint
avide percunctant᷑ Denique iam occasu solis inclinata dietū
quid in nocte faciant nesciant illos duodecim latrones viatores existimantes ad eosdem consulendū statuūt declinare
At ubi ad latrones veniendi iter capiūt eosdem latrones solūmodo duos cernūt Quo vigorem latrones adepti transeūtibus et ipsi protinus obviaverūt qui omēs simul iuncti
se invicem salutarūt Interim interrogant latrones qui sint
unde veniant et quo pergant At illi inquiunt sumus de
allexandria venientes bethleem petimus ut gloriosi Jeronimi reliquias visitemus Ad hec latronū princeps Qui

inquit fuerunt viri qui huc usque tantummodo veniebant cogi
rant nimis hos talia fari viatores et se postquam nemus intraue
runt neminem ipsos et tres alios vidisse vel audiuisse dicunt Que
gesta fuerant tunc latronum narrans princeps illos obsecrans
ut ipsis ob quam causam acciderit si nouerint debeant indicare
Quibus ob aliam causam nisi quia gloriosi Jeronimi custo
die se dederint hoc euenisse se nescire dicunt Ad hoc latrones
spiritu sancto qui ubi vult spirat subito inspirante omni qua prius
habebant ferocitate deposita in terram eorum pedibus prouoluti pro
excogitatis flagitijs veniam postulantes illos ad latrones alios
perduxerunt Sed quid dicam non minus patet ad continendum
hora prima noctis ad latrones expectantes deueniunt post hec
quid acciderat declarauerunt eosdem suppliciter exorantes ut fla
gitijs hijs solitis iam expulsis ad gloriosi Jeronimi visitandum
cadauer secum ueniant fit hijs verbis ceteris latronibus irrisio per
mittunt siquidem suo principi et illis alijs necem dirissimam
si audiunt amplius ista fari non cessantibus illis porro iterum
loqui verba latronum quasi plurimi canis rabie furibundi mox in
eos insurgunt ensibus denudatis potuerunt nempe rumpheas
eleuare sed ipsis gloriosi Jeronimi auxilia postulantibus enses
deponere donec illi qui fuerant occidendi a Jeronimo postu
larunt nullatenus valuerunt O ineffabilis nostri clementia sal
uatoris quot modis quos vult facit ad agnitionem sui nominis
deuenire Repente hec tam insueta omnes illa latronum videntes co
no alias deo et glorioso Jeronimo vocibus debitas agunt
laudes eiusdem se vouentes reliquias visitare facto igitur
mane plures ceteris hominibus qui tunc temporis ibi erant ta
lia perpetrantes cum eisdem Allexandrinis ex illo exeuntes ne
more ad gloriosi Jeronimi tumulum deuenerunt cunctis tam
insueta prodigia enarrantes Baptizantur itaque gentiles Allex
andrini et cunctis mundi vanitatibus derelictis et conculcatis

religiosam in quodam Cenobio vitam ducunt latrones autem illi similiter ad lucem veritatis sancteque et laudabilis vite divina gratia et gloriosi Jeronimi peruenerunt

Qualiter beatus Jeronimus liberauit duos juuenes Romanos a multis periculis

Sicuti Constantinopolitanis litteris ac de re michi specialiter directis translacto non longo dierum spacio intellexi simile pene miraculum illi quo superius sum duobus accidit Romanis juuenibus a Romana vrbe bethleem venientibus pro gloriosi Jeronimi corpore visitando Quod tractabo sicuti breuius potero Cum igitur illi duo Juuenes cuidam appropinquarent ruri a constantinopoli per duodecim forte distanti miliarium spacium antequam rurem duobus miliaribus introirent forte eadem fere hora in locum quorsum iuuenes veniebant duos contigerat homines interimi Quorum mortis rumore predicto resonanti ruri loci eiusdem viri insimul congregati circumquaque quis horum fuerit interfector ceperunt inquirere vehementer Cumque diligenter perquirerent adesse circum nemiem nisi predictos juuenes qui iam prope venerant rapientes eosdem protinus tenuerunt ab eisdem credentes fore homines interfectos Jurant itaque hijs ignara iuuenes horum se nil scire totis uiribus coniurabant At illi eorum pro nichilo computantes verba captos eosdem ad Jus conantur ire festinanter post hec de iure quia ad eosdem viros Justicia non spectabat cum accusationibus ad Constantinopolitanum dominum capti Juuenes destinantur Quid ne nimis longus fiam verbis quod non fecerant tormentorum rigore Juuenibus Jam confessis adiudicatur more solito sententia decollandi heu quale cor audiendo tot lamenta inocentum quos et juuentutis et pulcritudinis maxima venustas et ortus nobilissimus decorabat posset se a lacrimis sustinere flentes itaque iuuenes grauibus palidas fauces lacrimis rigantes vlulatibus gemitus et suspiria promere non ces

Cirillus ad aug

ſancte glorioſe dicebant Jeronime hec tale ne eſt premium
quod obſequtibus tibi preſtas Eſt tale quod labore tui meritus
itineris heu Romana urbs nostri preſtita ortus non ſic tecum
debamus neſciam nostri finis ad locum namque tanti ſupplicii ibi
dem gencium multitudine maxima expectante innoxii iuve
nes conducunt O ineffabilis mia dei nostri qua celum redimi
dat et terra nec ad ſe currenti obliviſcitur miſereri flexis in
loco quo plectendi erant genibus in celum utrique iuvenes
manibus elevatis glorioſe voce magna inquit Jeronime me
ſalutis et auxilii portus meeque ſpei anchora ſaluberrima et vi
talis hac inclina hora nostris indignis ſupplicacionibus pias
aures ut ſi hoc quo punimur ſcelus non geſſimus tuas libera
cionis opes pietate ſolita ſenciamus Quod ſi fecimus exigen
te iuſticia condempnemur hec ubi dixerunt colla extendunt
carnificibus ferienda nil dicentes aliud quam Succurre
ſuccurre Jeronime glorioſe Quot mirum ſi tot lacrimis ac
torum ad ſe currencium miſericors opifex Jeronimus ſe a
miſerando non potuit abſtinere cum circumſtancium omnium et car
nificum corda etiam ad compaſſionem undique movebantur
Elevatis ſiquidem enſibus iuvenum carnifices colla feriunt
at colla percuſſionum ſigna uti porfiritici lapides forent reci
piunt mirantur carnifices credentes ſe ictus fefelliſſe denuo
elevant ut plus poſſint enſes et feriunt ſed tunc uti prius
inſenſibilia colla iuvenum manent At illi atque iterum feriunt
ſed enſes uti eſſent palee iuvenes ſenciunt Oritur ex hoc in
ter aſtantes admiracio et ſtupor vehementiſſimus omnes ca
pit hinc inde gencium ad tam inſuetam viſionem confluit
multitudo audit hec et ipſe ſumme lator et currit iubetque car
nificibus ut ſe vidente denuo feriant et tamen omnimode
illeſa ab iniuria colla manent ſtupens magis ac magis iudex
tanti ignarus miraculi Nil ſcit aliud cur hec fiant quam

veneficia cogitare precepit itaque ministris omni mora post
posita nudos tradi arsuros iuvenes regis flammis Circa illos
mox copiosus ignis ascendit lignis infunditur oleum et pix ut
eorum uita citius destruatur Quid mirandum si compos protegen
di ab ensibus gloriosus Jeronimus a flammis suos se inuo
cantes secundis uocibus iuvenes potuit liberare Sursum ig
nium flamen in immensam scandunt at iuvenes sub alas
constituentes sancti Jeronimi gloriosi salubriter permanent
velud in ameno si quiescerent viridario et Jocundo post hec
iudex utrum hec ad scribendum miraculis an veneficijs cuius
cupiens experiri ut si hij diebus octo suspensi viverent quo
vellent abirent soluti et liberi sensiunt Suspensisque illis mox
Jeronimi gloriosi presentia minime defuit Qui plantas manibus
tenens pedum illesos statutis diebus mirabiliter conserua
uit Currunt igitur octavo die totius civitatis et circumiacentium
villarum viri Currit et iudex cernunt clare gloriosum Jero
nimum miraculum patefacientibus que viderunt qui ad custo
diendos iuvenes fuerunt deputati Currunt omnes et vocibus
in excelsis laudes peragunt creatori et Jeronimo glorioso mox
de eculeo innoxij iuvenes deponuntur et maximis honoribus exe
quijs ab omni populo venerantur Veri ceu in urbem Constanti
nopolitanam capti et dolori vehementissimo intraverunt hono
rifice liberi et cum gaudio ineffabili exiguerunt Et cum
annuente deo a multis Constantinopolitani populi comitatu
bethleem attingentibus veneratione debita gloriosi Jeroni
mi reliquias visitarunt Statimque deposita secularium omni cu
ra cenobium in quo vixit gloriosus Jeronimus intraverunt
Et vacantes die noctuque presentie et orationibus celebri uita sanc
titatis perspicue in predicto cenobio adhuc manent

De quodam monasterio dominarum siue monialium per symoniacam prauitatem miraculose submerso quod b. Jeronimus per unam a monialibus ter prohibuit

Magne admirationis gaudij deuotionisque causa huic
nunc miraculum extitit Sed multe formidinis constat

sequens in

No Cirillus ad augustin
Miracula Jer.

ſequens in ſacris ordinibus maxime conſtitutis apud ſuperiorem Thebaidem quoddam dominarum fuiſſe ante duos annos dicitur eximium edictum monaſterium omni pulcritudine et excellentia decoratum in quo pene ducente domine vita honeſte religionis recluſione continua decoriſque moribus permanebant Ad hec qui inſunt figant aures nec quod una hauſerit auricula effundat altera Nauis quantumcumque ſana ſit et integra modicum ymo quaſi nichil prodeſt ſi alta volens ſecure maria ꝑuncꝫ fundo ineſt foramen relinquat ut dira naufragia non amittat Cur hec fatus ſim preſentis hiſtoria narrationis reſerabit Multis itaque pollens predictum monaſterium virtutibus unum peſſimum corruit ſymonie vicium retinebat Nam inſtruente dyabolo in eiuſdem dominabus hec obſeruabatur abuſio ut ſi quam volent in monialem accipere nomen tantum intentum caritatis et miſericordie recipiendeque bonitate quantum recipiebant pecunie Nulla enim in monaſterium intrare menſura poterat niſi certa pecunie quantitas ſecum iret In hoc ſiquidem monaſterio erat ſanctimonialis quedam domina etate grandeua que ab infantia ſua ieiuniis et orationibus omni terreno reſoluta ceno deo vixerat que vicium illud quam plurimum abhorrebat Cui nocte quadam ut erat ſolita in oratione poſita glorioſus Jeronimus apparens locum illum immenſo lumine luſtrans eidem precepit ut ab abbatiſſa ceteraſque illius cenobii moniales mane pergeret nuncians quod niſi a peccato inueterato manum extraherent ultionem diuinam ſubito expectarent Hiis dictis diſparuit Perterrita viſione inſueta ſanctimonialis domina quis hic fuerit iubens nunciantem talia in ſe ipſa anxie pertractans totam illam noctem peregit inſompnem Crepuſculo diei adueniente omnes in capitulo moniales pulſato tintinabulo congregauit Quibus admirantibus ad que tanta forent feſtinatione in capitulo congregate Sanc

No ꝗ nob

timonialis domina ex earum aſſurgens medio que viderat
et audierat omnibus pateferit fit illico monialibus nimis
deriſio hanc exclamant fatuam multiſque garriunt deriſi
onibus hanc forte illa nimia ſompniaſſe Illa vero accepta
contumelia paciencie ſe ſcuto muniens de earum ſiquidem
privacione nimium dolens ſed de ſua deſpexione gaudens
ad ſolitas rediit oraciones ſupplicans continuo ne ſuis mo
nialibus quod audierat eveniret Tranſactis igitur die
bus decem media nocte predicte ſanctimoniali domine hac
pro re devocius orationibus incumbenti glorioſus Jeronimus
apparuit eidem ut que prius nunciaverat monialibus
denuo intrepide nunciaret allocucione mandavit benig
na Ad quem illa Quis inquit es domine talia michi mandans
Jeronimus inquiens ſum ab eiuſdem evanuit oculis Illa
vero ſciens earum duriciam quid ageret quid ve diceret neſciens
tamen malens a monialibus inſana et inebria reputari
quam divinis contraire preceptis Congregatis igitur monialibus
que viderat et audierat voluit intimare Aſt ut eam aſſur
gere moniales peſtifere conſpexerunt divini neſcie iudi
cij ſibi approximo de futuri antequam verba inciperet e ca
pitulo cum magnis cachinnacionibus exierunt Quam tranſactis igitur
diebus tribus dormiente predicte ſanctimoniali domine glo
rioſus Jeronimus ineffabili quaſi ſocietate vallatus an
gelorum nocte apparens media eam excitavit eique iuſſit ut
protinus de illo exiret monaſterio ne ſubito futuram ſen
tenciam expectaret Cum illa vero multis lacrimis ſup
plicaret ne hoc fieret glorioſus inquit Jeronimus ad abbatiſſam
et ceteras pergito omni mora poſtpoſita eiſdem nuncians
quod niſi peniteant hac nocte divinam ſentient ulcionem
ſi autem in ſua permanebunt duricia ſtatim exiens am
plius in monaſterio non moreris hijs finitis abſceſſit

Cirillus ad aug
miracula ...

Hec igitur audiens sanctimonialis dn̄a anxia plena q̄ȝ
tristicijs capl̄m adijt et campanam cepit vehementer ut
ad capl̄m moniales accederent resonare Quo abbatissa de
sompno evigilans cognoscens q̄ȝ ab hac fore pulsatam cam
panam secunda ad capl̄m ꝑperavit at ubi illam vidit durā
eam nimis increpans nullū voluit audire verbum pro
mittens q̄d nisi cessaret hoc agere secum in monasterio ā
plius non maneret Cui sanctimoniali dn̄a Ne tardes inqt
queso agere q̄d promittis profecto me noscas hoc in loco ā
plius non mansurā gloriosus equidē Jeronimus apparens
michi tantūmodo hoc statim in monasterio futurū iudiciū
patefecit Hec audiens abbatissa deridere cepit existimās
hanc vesano capite ista fari et hostiariā convocans iussit
ut hanc de monasterio protinus effugaret mandans eidē
ut aliquali hora sic ex dimissam postmodū faceret introīre
ut sic ab inceptis operibus iam cessaret Hac derelicta sancta
dn̄a quā citius potuit e monasterio est egressa lacrimis cir
fusa doloribusq̄ȝ repleta pro hijs que monasterio noverat
evenire Terribilis siquidē deus fortis atq̄ȝ potens et quis re
sistit ei Heu tur eum homines non formidant scientes nul
latenus posse ab eius fugere manibus ut eos magnū et in
enarrabile iudiciū non comp̄hendat Saltem hijs miseri te
reant exemplis audiant qui in suis confidūt divitijs qui
q̄ȝ in ira contitant excelsum dn̄m sue avaricie scitate Ce
le huic monasterio a deo ꝑpter peccuniam faciem avertenti
de celo est iudiciū iaculatum pene limen hostij sanctimoni
alis dn̄a excesserat q̄d subito totū corruit monasteriū omes
opprimens moniales ita ut ex eis una aliqua non remansit
Sanctimonialis vero illa in quodam venerabili dnarū
monasterio quod apud inferiorē tebaidem hactenus
sanctitate ꝑpua viva manet Sequit̄ qm̄ plima miracula sil' 2

Dignum censui premissis miraculis aliqua alia diuini tamen optantes manifesta iudicij declaratiua iungere ut si forte preiudiciorum multitudine peccatorum corda tenacia et plus quam lapidea in carnea verteret. Quatenus tunc se ob peccata cernerent beluas rationem et cognitionem sui conarent ut fierent homines adipisci. Abiecta etenim ratione qua sunt homines infra bruta animalia rediguntur.

De quodam heretico qui dixit beatum Jeronimum mentitum fuisse et statim perdidit linguam

Grecorum quidem hereticus die quodam cum sacerdote quodam in Jerosolimitana ecclesia publice disputabat. Cumque sacerdos ob sue partis defensionem auctoritatem quandam gloriosi Jeronimi allegaret ut greci destrueret rationes temerario pestifer grecus ore gloriosum Jeronimum fuisse totius veritatis lumine mentitum non erubuit voce fari. Atque quia voce talem nequitiam perpetrarat vocem deinceps nullatenus non formauit.

De alio heretico quasi simile superiori

Quidam insuper alius hereticus pestifer Arrianorum in quadam disputacione quandam Jeronimi gloriosi auctoritatem cum inducenti ut mentitur sua temeritate respondit subita fuit diuina ultione percussus. Nam non dum verbum voce finiens clamare per totum diem sine aliqua cessacione non desijt conserere(?) Miserere Jeronime gloriose quia a te penis durissimis torqueor et hoc per totam illam diem quantis vocibus poterat clamans hora completorij miserabiliter cunctis qui ad hoc concurrerant cernentibus expirauit.

De alio heretico Arrianorum qui gladium fixit in gutture ymaginis sancti Jeronimi et ibi tentus est

Hereticus quidam alius pestifere heresis Arriane cui ante meum obitum finem prius dominus imponat in ecclesia Syon gloriosi Jeronimi ymaginem cernens utinam inquit sicut te tunc viuebas meis manibus tenuissem quia te in eo gladio iugulassem. Hec ut dicta dedit gladium euaginans tota in ipsum ymaginis illius gutturi infixit quam magnus iste Jeronimus tot faciens mirabilia inaudita cui secundum sua opera filijs

non apparet potuit equidem in beatis ymaginis gutture gla
diū figere dextra sed de ymagine gladiū et a gladio manū
quousque res innotuit extrahere nullatenus fuit compos Mox
quoque ex percussionis loco tamquam ex hominis corpore humi sag
wimis unda fluxit que usque modo pro miraculo nunquam cessat
Eadem insuper hora qua res sic acta ē iudici in atrio existe
nti idem gloriosus Ieronimus cum gladio gutturi infixo appa
rens ꝙ offensione huiꝰ vindictam fieri postulavit narrans
equidem sibi factā Et hec dicens abiit Stupefactus itaque iudex
cum ceteris qui astabant ad ecclesiam properans heretici manu
gladiū infixū tenentem repit Qui protinus ut hij vide
runt manū fuit compos a gladio removendi captus itaque
hereticus in sua permanens duricia ob aliud non se dolere
nisi quia vivū non tenerit Ieronimū garriēs a populi multi
tudine lapidibꝰ ignis ensibus et lanceis iugulatur

De Iohāne nepote Cirilli de carc[ere] Persarū reportato Ierosolimā

Nepos meus Iohannes quem agnoscis omnī fulgens
pulcritudine quem mī in locum filij adoptivi ut puto
to tibi pridie quid ei evenerit enarravit Sed tamen ut pres
tancius memorie commendat[ur] silencio non transibo captus
itaque idem Iohannes ante duos annos a persis et persarum
regis ministris venditus propter eminentem suam pulcritudi
nem ad Regis exercenda obsequia deputatur Cumque per ā
num in Curia Regis non parvo dolore et tedio permansisset
eodem revolucionis ānī die prandenti regi serviens pre tri
ticia a lacrimis non potuit continēre hoc Rex intuens lacrimā
rum ab eo avide querit causam Qua comperta in quodā eum
castro precepit quibusdam militibus custodire Sequenti nā
que nocte eodem in castro exultente diris lacrimis undique ma
defacto in sompnis eidem gloriosus Ieronimꝰ veniens manūque
eius ut sibi videbatur capiens ad civitatem Iherusalem secū duxit
expergefactus mane putans se in castro a militibus retineri

in domo in qua manec se inueñit Quo admiratione ve
lut amens quasi vtrum in castro uel indomocilio meo sta
ret nullatenus discernebat In se postremo rediens emissa
voce dormientem familiam excitauit Currũt igitr ad me
famuli adesse Johannem ineffabili gaudio nũtiantes Qua
re dubius accurrens a persis iunctũ putabam presentem
cerno quoquidem quid ei acciderat ennarrante deo glo͞so Je
ronimo laudes maxime persoluĩt Ōli· cenio fuit religatus tu scẽdo ad figurã bri Jeronimi depictã in hostio

Sanctimonialis quidã dña oĩm pene pulcherrima femina⁊ etate iuuencula sed aĩ sapiencia valde
cara beati Jeronimi deuotissima in quo cenobio dña⁊
multa sanctitate vt opinor adhuc viuit Cui qđ audies
dicatr contigisse Sit similitr hec alijs in exemplũ que illuc
q̃ per plateas et vicos discurrẽ non cessant sua stultorũ
homĩ illaqueantes aĩas visione Nullo tot dyabolus aĩas
reti capit quot pessimo mulier⁊ Sanctimonialis hec ut
oĩm dña⁊ testimonio comprobatr nunq̃ nisi maxima ea
compellat necessitas extra suã cellam gradũ figit Neq̃
enĩ aliud egit opus qm̃ aũt oronib⁹ uacat aut lectonibus
et meditacionibus implicatr aut corpus reficit dormien
do aut aliqua manibus exercet opa semper tamen diui
nam scripturam ruminando hijs diuus serpens antiquus
dyabolus opibus inuidens ut eam a sancto ꝓposito reuoca
ret Eiusdem nobilissimi Juuenis aĩm in tantũ excitauit
concupiscenciã qđ nil poterãt die noctuq̃ aliud nisi quo
eã posset attingere cogitare Circa monasterij veri lumĩs
obcecatus continue pergens nullũ remediũ aliud repire
quibat Namq̃ tanta infine nube caligatus exstitit vt nil
ociens se suis perniciosis turbatũ affectibus voluerit se
aquis tradẽ suffocandũ Stulti amoris stultũ Juuenẽ ca
thena de die in diem stringit vt hec ad sancti monialis

aures resonant ob suam non audet pudiciciam Qua de
re omni ad hoc auxilio destitutus quendam inueniens ma
gum venefica et demonum inuocatores nephandis arti
bus excedentem magnam promittit si quod optat expertus
fuerit pecunie quantitatem Tunc veneficiorum magus suis car
minibus conuocatum demonem decipiendi ea nocte media fes
tiue ad sanctam destinat monialem Ad cellulam itaque acce
dens demon transire vltra cellule gloriosi Jeronimi ymaginis
in cella picte timore nimio nequit hinc contra res angustie
ut multiplicibus patet exemplis Tantus gloriosi Jeronimi
timor dyabolo in est ut etiam sue picture non audeat appa
rere Nam sicuti ab eodem obcesso corpori preciosa imago
demonstratur ab eodem eo timore dyabolus effugatur Igitur com
missum explendi opus neque spes desperis admittente re
uertitur sibique denegari ad monialem introitum pandit ob
gloriosi Jeronimi ymaginem celle pictam Que deridens
magus dimisit eo exque uocatum alium demonem quem potuit
mittit ocius ad huiusmodi opera finienda sitque secundo id
quod primo At secundus per horam forte manens coactus
excelsas cepit voces emittere Si me Jeronime hinc sinis re
cedere huc ulterius non reuertar Ad hec stupefacta mulier
que orationibus in cellula inherebat quis illas fundit vo
ces nimio pauore percunctatur non cessante dyabolo sic
clamante excitate illius Cenobii moniales timore per se
grandi tremule ad illam occurrerunt cellam cruce domini pre
eunte At ut illum nequam spiritum fore sciunt eundem coniurant
vt debeat qua de causa venerit intimare Narrans equidem
dyabolus rei seriem seque gemitibus et vlulatibus pandens
et cathenis igneis vinctum a Jeronimo retineri rogat eas
vt suis mereatur precibus abeundi graciam inuenire At vbi
hec moniales audiunt deo et glorioso Jeronimo laudes red

dunt suppliciter postulantes ut demonem hunc nullatenus
reversurum de eodem cenobio effugaret vix oronum finitis ver
bis dyabolus magnis stridoribus ex eodem loco recedens ma
gum adiit eumque capiens tantis verberibus et cruciatibus fla
gellavit ut per multarum horarum spacia in eo aliquod vitale sig
num paulominus appareret diris clamans vocibus cruciatus
mei causa fuisti ad illam destinans monialem Certe in te eisdem
verberibus vindicabor Inter autem verbera tam horrida
magus pene periculi promptum cerneret suas videns artes
nullum sibi auxilium adhibere ad totius refugii portum Jeronimum
gloriosum iam naufragiis se rediens gloriose inquit Jeroni
me hinc ad clemenciam tuam subveni misero accurrente ei
solita nunc dona pregrandia non denegans promitto namque
si tuis hac hora intus auxiliis periculo tam horribili non suc
cumbam deinceps cunctis exutis fallaciis a tuis obsequiis
non recedam hiis finitis velut fumus ab eodem nequam spiritus
evanuit per annum autem idem iacuit verberibus magnis in
tantum sui corporis impos quod nisi alieno auxilio potuit se
movere Mox idem accepta penitencia magus antequam de lecto sur
geret cunctis combustis codicibus quibus artes illas nequis
simas exercebat venditisque omnibus que habebat et pauperi
bus erogatis completo anno in illa se ob penitenciam peragendam
in quadam spelunca claudens in heremo in qua per quadr
ennium stetit Jeronimo multa sanctitate et penitencie asperitate pol
let huc queso iuvenes omnes currant et insani iuvenis exem
plo discant ne quod illi contigit sibi postmodum doleat con
tigisse Insanus itaque iuvenis tantis arcum ligatus luxurie la
queis se videns omnimode sue miserrime voluptatis desiderio
nephandissimo defraudari quadam nocte laqueo se suspen
dit Et sic se infelix temporali vita potius et perpetua privavit
Ecce quod malorum causam turpissimum luxurie vicium fore liquet

nota vicium turpissimum luxurie

Nil tam ruine anime pariter et corporis preemptiuum quantum
istud nequissimum arbitror scelus Ex ipso namque homicida ebri
etates contentiones et pene vniuersa oriuntur mala vt veteris
et noui testamenti infinitis patet exemplis necnon continu
is manifestisque experientijs declaratur Ad hoc autem ut maior iuue
nibus datur astutia se tuendi Nam status illius periculosior
non est insipientis iuuentutis Aliud sensi exemplum mei ne
potis ruffi etatis forte decem et octo annorum quamquam dolore ni
mio subrogare || De ruffo nepote Cirilli qualiter propter ludum damp
natus fuit et Cirillo apparuit

Non est ambiguum ista que incipio ennarrare magnis
tribulationibus mee memorie reuocari Sed tamen
ut premissum est ut omnibus et maxime iuuenibus proueniat
in exemplum silentio illa nequeo preterire Nepos quidem meus
Ruffus nomine vtroque orbatus parente amiculus ad meas
deuenit manus Qui vtinam ex maternis uisceribus non exijs
set ne illi quod sustinet contigisset quem tanta diligentia sine
infortunio enutriui vt a pluribus amice genitus putaretur
Crescens itaque idem puer infelix etate sed non sapientia in
genti pulcritudine corporis sed non anime decorisque et pro
bis moribus honestate et bonitate et multe sapientie elegan
tia quamquam nunc decoratus a cunctis dilectione superflua coleba
tur Is itaque in decimo octauo etatis sue anno imbecillis et mi
serrimus expirauit propter quem tantus ab omnibus insonu
it luctus ut vix per mensem finem potuerint inuenire Sed cer
te luctus pro eo quod euenerat non sufficit At ego nimie inui
bans dilectioni pluries gloriosum rogaui Jeronimum ut michi
quid nepoti meo acciderat reuelaret Igitur meis annuens Jero
nimus gloriosus precibus obtinuit quod gliscebam Oranti enim
michi die quadam hora nona tantus euenit fetor quod naribus
nullatenus poteram tollerare hec dum mecum tacitus reputarem
vnde hic tantus fetor adesset admiratum supramodum supra meum

verticem elevatis oculis infelicem nepotem vidi terribilis
visionis ita quod in eum visum imprimere non audebam Nam
cathenis igneis circumligatus fornacis instar flammas feti
dissimas erumpebat ad hanc itaque visionem subito me tam
vehemens timor irripuit ut dum pluries loqui vellem
formandi vocem nullatenus compos eram Postremo ali
quantulum in me rediens si erat meus nepos voce cepi per
quirere tremebunda At hec ille ululatibus et suspiriis Uti
nam inquit non fuissem ut tam diris essem cruciatibus
deputatus Nam scias me tartaris mansionibus perpe
tuis temporibus permansurum Heu quid dicam hijs dictis
tantus dolor michi affuit ut sim pluries admiratus
quo vita protinus non discessit longis autem expletis collo
quiis ab eodem sciscitatus fui cur dampnatus fuisset nunc sic ex
ortem cum in mundo tot virtutibus sic poleret pro nulla
inquit me scias causa fore dampnatum nisi quia in ludis
maxime delectabar At quia in morte accepta penitentia quasi
stulta ignorancia post preceptum confiteri diuinam non me
rui adipisci et hec dicens a meis disparuit oculis Ta
lis autem eo abeunte remansit fetor ut in locum illum
hactenus nullus audeat introire Ecce quantum turpissi
mi ludi scelus diuine abhorrent maiestatis oculis Timea
mus ergo ne nos bonorum rapiat inhermes tam repentinus
interitus penitere non contingat viatorum dum tempus
inest quia postmodum penitentia fore frustra ut igitur a xpia
nis tante ruine ludi predictum effugiat nephas immo ut
omni memoria deleatur exempla alia quedam quam bre
uius potero subrogabo De lusore blasphemante beatum Ieronimum per fulmen occisus fuit

In samaria quindecim nondum expletis diebus
miser quidam ludens quasi omnia que habere po
terat consumpsisset gloriosi cepit Jeronimi nomen ausu

temerario blaſphemare. Quem nephanda verba blaſphemie
vix finientem videntibus et ſtupentibus cunctis mox celo
fulmen veniens interemit. De tribus luſoribus quos terra abſorbuit

Tribus alijs in tiro ludentibus hoc accidit quod en
arro. Cum enim illi ſimul vellent incipere ludum ut
hij qui ſe hoc ab eiſdem audiuiſſe et totam rei ſeriem etiam ſe
vidiſſe fatentur referunt ſic dixerunt. Quantumcumque vis exercere nunc
Ieronime quia te inuito ludum iſtum alacriter finiemus.
Hijs ita dictis ſimul inceperunt ludum. Quo quidem primo
dato quaſi vno elapſo inſtanti ſe terra aperiens illos ſo
lum abſorbuit ita ut nil ex eis amplius fuerit viſum.

Quod niſi noſcatur veriſſimo teſtimonio comprobatur
ſocarro que dico quamquam multis poſſem comprobare
teſtibus tamen ipſo teſte qui ea viſione propria vidit com
probabo. Iuxta meam in qua in ihrl habito eodem nobiliſ
ſimus quidam fuit miles tranſitorijs nimium locuplex qui
vnicum habens filium eiuſdem ſtultiſſimi amoris cecitate per
cuſſus non ſolum a prauis non eum corrigere ſed etiam eum
ipſemet praua inſtruere conabatur. Parentes fatui et iſti
ſimiles queſo oculos huic inclinent ut quis finis eueniat
non ignorent. Multi enim homines magnas anime et corporis
inciderunt ruinas ob prauorum parentum inſipienciam. Creſcens
namque illius militis filius cunctis bonis moribus deſtitu
tus de die in diem peiorando totum ſuum tempus amittens
in ludis et blaſphemijs cunctiſque immundicijs patre cunc
tante annum attigit duodecimum. Cum quodam ad veſperaſcente
die ſolitis cum patre ludis inſiſtens ludum eodem ut gliſce
bat non habente primo prorupit in hec verba. Si quid ille
poteſt Ieronimus qui ludos prohibet nunc exerceat. Nam
ſe inuito huic non niſi victor exurgam. Vero hec dumtaxat
ipſo proſequente nequam ſpiritus in teterrimi hominis ſpe

Nota mirabile miraculum

Capitulum neque ſpiritus pro ludum et blaſphemiam beati Ieronimi videtur quendam iuuenem xij annorum demon feros deportauit cui pater ſuum filium male caſtigauit

Nota quomodo puer xij annorum fuit raptus etc.

timentis videntibus locum in quo ludebant veloci gradu adi
ens eundem puerum infelicem rapuit et quo eum detulit nulli
hactenus est compertum Vel ut puto eum detulit in infernum
Eadem namque hora casu ad quandam mee domus fenestram
que loco in quo degentes ludebant pater et filius ex opposito
sita est me posueram quo meo videre fuit necesse veritate
perspicua seriem tam formidande rei geste Discant ergo iu
uenes in iuuentutis tempore quod ceteris est prestancius exper
tandis moribus se fulcire ne vilibus caducisque moribus iu
uenilis animus informatus statum in canitie nequeant permu
tare Quod enim noue carte scribitur de facili non deletur Discant
etiam parentes fatui filios correctionibus et verberibus eru
dire ne viciorum sinant vel veteris vepres radices figere non faciliter euel
lendas ne flendi et hic et in futuro succedat euentus Nam
nisi fallor ad eternorum gaudiorum patriam deueniendi artissima
et sine ambiguitate aliqua a paucissimis certe cognita extat
via Eundi ad perdicionem iter latissimum et multis pene infi
nitis limitibus plenum fore constat Quodlibet enim mortalium
pravorum ad perdicionem suum tramitem struit Quo dum hominum
non solum paganorum sed etiam illorum quos sacri baptismatis
vnda lauit Nam de paganis nulla oritur questio quin dap
nentur maiorem fore liquet numerum multiplicibus insistencium fla
giciis quorum nulla pene vnquam cognoscitur emendatio quam primo
respectiue quidem dico pariter bonis et malis hominibus con
sideratis non est qui faciat bonum non est usque ad vnum sed omnis
post suas improbas et pessimas ambulant voluntates Conse
quenter concludi debet quod ad eterne beatitudinis gaudia ra
rissimi gradiantur Infinite quin Omnes pene sacre scripture
auctoritates hoc testantur Infinita siquidem et exempla posse
mus perspicaciter intueri ad huiusmodi veritatem sufficiencius
demonstrandum hoc ex omnibus vnum censeri debet ne ab hoc

Nota quod parentes debent filios paruos bene nutrire ut bonos habeant

discarpari potest nullū scilicet ad eterna modo aliquo puenire
posse gaudia nisi omībus non particulariť sed totaliť vicijs
extirpatis virtutū studeat itinere festinare hijs iam fine dato
exempla et prodigia modica iam hui⁹ opis finis propinqu⁹
breuiter introducam Et duo precipue admiranda que a vene
rabili viro nicolao Cretensis insule Archiepō referente didici
primo dicam

De sacerdote nicolai archiepi candiciē qui sp in ebrietate et inpudicitia vixit q̄ p̄ b. ier̄oni reuelatū ē coburi corp⁹ eius

Venerabilis idem Archiepūs pridie gloriosi Jeronimi
deuocione nimia bethleem veniens vt eiusdem cunctis
honoribus tollendas reliquias visitaret vt totus caritate fer
uidus redire voluit donec me sua gratissima visitacione exi
mijs leticijs adimpleret Cui vti donoꝝ precipuus vt gratis
sima michi donaria super habundantissime more solito imp
tiret me visitare minime contentus mecum dignatus est iam di
ebus pluribus commorari et etiam adhuc manet qđ vtinā tem
pore longo duret In xp̄o namq̄ Augustine Carissime vene
rabilis idem pontifex salutat te quā plus sibi michi suoꝝ v
borum auido venerabilis idem pontifex enarrauit hoc tale
in ciuitate Candia contigisse Sacerdos quid⁹ sui⁹ sine maioꝝ
ecclesie custos impudicicie luxurie et ebrietati deditus nondū
completo anno miserrime de hoc seculo emigrauit Cui⁹ cor
pus in eccīe sepulto barathro sacerdotū ut eius punicō mel
innotesceret ad exemplū subsequenti nocte tantus in ecclia eius
q̄ Cimiterio fuit strepitus quod rumore nimio in vrbe illa
commorantes excitati pauore ingenti velud amentes ad eccle
siam cucurrerūt Stant itaq̄ omnes circa ecclīam strepitus
vehementes campanarūq̄ sonitus audientes dn̄ā quidē exo
rant clemenciā qr̄e cur ista fiant debeat reuelare sed nullū
exaudicionis senciūt adiuuamen hoc diluculo cessante cuncta
que fuerant in ecclia repiūt reuoluta et quasi flammis ignū
violata Ad hec memoratus pontifex oraciones indicens pplo

quid ſequenti eueniat nocte precepit expectari Ne nimis ſuc
cumbam verbis ſequenti nocte duplex ſtrepitus et pauoris tri
bulatio eſt ſecuta Qua terre repletus populus amaritudine
et dolore cernens nullū ſibi a dn̄o adiutorem euenire ſicut
vulnerati qui in monumentis proiecti dormiūt exiſtebant die
autē elucescente omnibus in eccliā orationibus congregatis glorio
ſus Jeronimus ſubito ſepties ſole ſplendidior in eccleſia veni
ens ad altareqꝫ gradiens cunctis videntibus et mirantibus
per horam forte ſub ſilentio manens obſtupenti populo hec
propter ſacerdotis illius miſerrimi cadauer ſacris indigne locis
conditū ad terrorem peccantiū contigiſſe intimauit eidemqꝫ
mandans vt cadauer miſerrimi tartareis poſt reſurrectionē
omni manſionibus deputandū ſepultum flammis traderet
protinus concremandū alioquin incepta peſtilentia non
abiret Et ſic ab intuentiū oculis eſt viſus quod vt ordinaue
rat letabundus ꝑplūs protinus adimplevit deo et beato Jero
nimo laudes precipuas perſoluendo Et ſic peſtis illa ceſ
ſauit Quod deinceps beatiſſimū Jeronimū omēs vnani
miter deuotione maxima colere inceperūt

Quō b. Jeō miraclōſe et mirabilr̄ q̄dā iuuenē cui noīe libeāt ſ fau ab⁹ orali ꝑſoli noluit in ſpē meator ſibi appa ruit et cū eo multos ꝯs ꝯduxit ad deum

In eadem inſuper ciuitate quidem pulcerrim⁹ extitit
Juuenis Titus nomīe honeſtis moribus luculentus
car-nali non ignobiliori natus progenie predines valde
totam pene deuotionē et fiduciam habens in beato Jeroni
mo hic ſiquidem Juuenis virgineo nitens candore ī eiuſdē
ſancte virginitatis ꝓpoſito uſqꝫ ad viceſimū annū probis
uite moribus ꝑdurauit Quo itaqꝫ tempore cuiuſdam
ſui fr̄is nephando conſilio incitatus nobiliſſimis virgi
nitatis gēmis auri precioſiſſimū metallū calcans ad
carnis ſpurcitias et lutum ac fetorem vehementē de
clinans puellam quandam omni pulcritudine corporis
renitentem ſibi in matrimonio copulauit In cui⁹ amore

retibus ita se capiens quod aliud preter ipsam poterat mi
nime cogitare de die in diem cepit diuina obsequia obliuis
ci at quia miser dereliquit iusticiam oblitus fuit deum ale
tem se oblitus fuit sibi deus misereri Completo namque an
no quo cum puella Juuenis insensatus steterat non in ma
trimonio sed causa explende libidinis copulatus suggeren
te diabolica astucia iuuenis frater puelle illaqueatus amore
auide diu querens eius amplexibus frui tandem que opta
uerat est adeptus hucusque fuerant Juuenes et exemplo Juue
nis sunt experti fiunt nota iuueni puelle viro iam pacta
Tacens idem cogitat auide quo valeat modo certitudine
experiri Expectat diebus aliquot se simulans hec nescire Ali
die quodam ordinat urbem deserens peregre proficisci
et latens per diem in ciuitate nocte media domum veniens
reseratis seris a puella seruitrice clam ut prius ordinaue
rant simul ambo ut thalamum in quo eius frater et uxor
in lecto stabant procedens sibi postulat aperiri Mirantur
et illi timore perterriti vehementi pulsanti hostium negli
gant reserare Tandem confractis seris thalamum Juuenis
ira et furore nimio fornacis ardentis instar vndique in
flammatus vxorem primo euaginato gladio interfecit de
inde sub thoro proprium latitantem fratrem inueniens interfecit
hijs itaque gestis ex ciuitate exiens multo tempore per mundum
hinc illincque errans cum quibusdam alijs cepit quosdam tran
euntes itinere depredari ac etiam iugulare Permanenti itaque
eidem ceto per decem annos talibus negotijs implicato glo
riosissimus Jeronimus salubre consilium et refugium uitale
die quodam iam ad uesprascente luce in modum mercatoris
se monstrauit ne ille solummodo habitu deuotionis premijs
priuaret Nam ille quamquam tot et tanta vicia abhorrenda
continue exerceret tamen in beato Jeronimo deuotione

aliquam retinebat ita ut eidem ſe comendans boni aliquid ſingulis ad eius honorem facere nullatenus poſtponebat Cernens igitur titus mercatorem uibratis lanceis Jeronimo mercatoris inſtar obuiam venienti mox in eum inſurgens a ſociis eundem precepit retineri donec eius lateri gladius infigatur de inde manum interficiendi gladium retinentem ut ſcelus tanti valeat iam explere Ad hec glorioſus Jeronimus amore inquit Jeronimi quem tu diligis loquendi aliqua breuis licentia michi detur poſtmodum ſi volueris facito id quod optas Ad hec et titus amore inquit eius quem nominaſti et loquendi et viuendi licentiam tibi ut poſtulas conceditur tantum que portas mercimonia iam depone At Jeronimus glorioſus Ego ipſe ſum Jeronimus qui huc propter tuam liberationem veni ne michi a te impenſa obſequia in vanum preterirent te tot que geſſiſti peccaminum iam peniteat ad te ipſum rediens ne formites huc uſque me noueris propter tuam ſalutem et anime et corporis ſupplicem apud erga te iratam diuinam iuſticiam extitiſſe ne in te dignos tibi ſeuitias exercerent Ad preſens igitur quoniam citius perge callem et peccatorum honera iam depone Alioquin me tui cuſtodem et ſupplicem non habebis Hiis dictis Jeronimus glorioſus ab illorum oculis diſparuit Ad hec ſtupefactus titus et qui cum illo erant timore et admiratione tam ingenti ad terram procidens per horam non potuit eleuari Tunc ſubito in titum et qui cum illo erant ſpiritus ſancti gratia eſt effuſa et lux eos celitus illuſtrauit Qui protinus in viros alteros iam mutati ſpiritus ſancti ſpurciciis viciorum ad penitencie tramite redire deinde ad heremorum antra deuia et ignota properantes in magnis ſe corporum aſperitatibus et vitam ſanctiſſimam tradiderunt

Quomodo b. Jeronimus quendam monachum ſibi deuotum volentem cum propria ſorore turpitudinem exercere liberauit

Miraculum aliud quod veridicorum teſtimonio ſolidiſſimis in ſuperioribus egipti partibus peractum intellexi quod

omnibus et maxime iuuenibus qualitercumque castis perueniat in
exemplum ad cauendum periculum mulierum precedenti miraculo
addere cogito forte ratum Monachus quidam iuuenis et de
corus honestate precipuus more maturus et senex virginalis
pudicitie custos cunctisque illius monasterii monachis speculum
sanctitatis gloriosissimi Jeronimi amator deuotissimus fuit
duodecim degens annis in monasterio continue orationibus
vacans et scripturarum studio hic amore castitatis timens ne cor
aliqualiter violaret mulierum visus ineffabiliter aborrebat ita ut
eius memoriam formidaret huius proposito dyabolus antiquus
serpens et homini inimicus inuidens sue nequitie inveterate
contra eum et artes multiplices incitauit Continue cogita
tionum stimulis iuuenem pessimus temptator affligens die
noctuque a temptationibus duobus mensibus non cessauit
Juuenis vero prouidus se se deo et beato Jeronimo cuius dilec
tionis ardore feruebat commendans custodie utriusque dextra
temptamenta diabolica Jeiuniis et orationibus innumeris
triumphabat Confluant huc queso Juuenes atque senes et quam
sit casus mulierum fallax pulcritudo hic doceant maximeque
exemplum Cernens se aspis perfidus dyabolus a Juuene su
perari tamquam leo rugiens subtiliores nocendi artes cepit que
rere ut iuuenem deuoraret fit itaque inter eos pugna grauis
huic assiduis consuetis castra aduersus iuuenem struit pessi
mus inimicus huic Juuenis orationis et beati Jeronimi pro
tectio castrorum sternunt munitiones et vires eorum triumpho
nobili vilipendunt interea genitoris ad mortem egritatis
visitationis causa ingruente ex monasterio in ciuitatem
ad paternam edem venire Juuenis est compulsus nam se
pater dolore nimium moriturum si visione frustraret filii cre
bris clamoribus acclamabat Ob hoc dolens monachus ti
mens ne mulierum visu cor mundum et virgineo candore

nitidum violaret potius nisi fratrū sui cenobij fuisset sup
plicationibus inclinatus erga prēm crudelitatem volebat
ꝓpter deum exercere quam eidem infirmitati compati a
monasterio recedendo | Sciebat enī nil monacho tam noci
uū et detestabile et mortale quam vicos et ciuitates et gen
tiū multitudine circuire Nulla permanet in homine quies
mentis qui multorꝫ verbositatibus et vaniloquijs impli
catur Quod aqua piscibus precipue monachis idem sile
tiū operatur In paterna itaqꝫ manens edebatur se ceteris so
re carceribus mancipatus Cum die tercio dum eum cū so
rore quadam sua pulcritudine inaudite infirmitatis causa
pris cura simul contingeret consolari eius sororis dex
eiusdem tangente dextram tam diris libidinis et eiusdem
sororis incepte abhominabilis concupiscentie fuit subito
iaculis cor eiusdem monachi instigante dyabolo vulnerā
tum quod pene eam ad illicita et omīo homībus abhomī
da nisi extitisset timor verecundie inuitabat Heu quid
dicam que monachis illis inerit obseruantia castitatis q
continue mulierꝫ usibus potiūtur insimul colloquendo | Sic
manet in castitate homo faciem intuens assidue mulierꝫ
sicut manet palea stans in igne fallax certe et ruine maxime
ꝓpinquus casus ineuitabile periculū est femine pulcritudo
timor certe monacho euenit quem timebat et sibi accidit
qd̄ tanto tempore verebatur ut sine exemplo maximo ali
orum non illud visum est parentibus obedire in quo ani
me periculū formidatur a monasterio inuitus monachus
egreditur set ardore libidinis tam nephande cor inflāma
te nil aliud quam sororis hoc nescientis scelus improbis
oculorꝫ usibus videre cogitans pene nūqꝫ fuisse monas
teriū recordatum Sanatur interim pater at monachus
excusacionibus adinuentis retardat de die in die ad

nō q̄ monachos ciuitates
per vicos et plateas
et per curtes visitare

nō q homo nō p̄t man
ere in castitate intuens
faciem mulieris

Cirillus ad aug.
la
epistola · ier · iiij

ad monasterium remeare. Manente eodem in paterna do
mo tribus mensibus hinc monachos hinc patrem et omnem
familiam maxima movet admiracio cur ista tam vehe
mens crepuerit mutatio et alteracio inaudita. Ignorent
siquidem rei causam. Quarto elapso eos contigit ignorare.
Ad monasterium cum duobus ad se ex monasterio destinatis
monachis tandem reuertitur illud referens tedium redeundo
quod prius detulerat exeundo. Cepit itaque in monasterio
corpus degere monachi cor vero a sorore aliqualiter non
recedebat. Hoc sibi fit studium scripturarum ut attingat pessima
que affectat hec contemplacio diuinorum ut peiorum modum in
ueniat explendorum pervertitur alienus sui et a veritatis cog
nicione devius continue a diabolo cuius iugo gravissimo
in bestiale collum submisit libidinis nouis telis sicut fenum
desiccantur dies eius confringuntur sicut in frixorio ossa eius
infirmantur doloribus vita eius penabilis fit similis ani
li obliviscitur in toto divinam clemenciam exorare cogitans
quis modus appareat abilis ut poculum mortis valeat de
gustare. Heu quam sunt inopes et miseri et omnibus bonis
egentes et exules qui a domino se elongant tanto fit peior
brutis animalibus vir in peccatis quibus ab anima deus morum
spacio elongatur quam longo celum a terra distat et ori
ens ab occasu quanto eidem prestat dum divinam est fil
iatus. Cogitanti denique monacho veritatis luminis nescio et
ignoro nephandissime et auditu horribilis voluptatis adi
piscende reperire modum mali consilii seminator diabolus
hec tale sibi insinuat consilium occulto cogitamine vani cor
dis ut scilicet in tempeste noctis medio cunctis dormien
tibus veste deposita monachali sumptoque habitu laicali
ex monasterio exiens paternas clam adeat mansiones
et domum crepusculo noctis intrans sub thoro sororis la

ceat donec dormiente ipsa ad eandem accedit voluptatis
sue libidinis expleturus. placet insane mentis imperiale
consilium studet quod ipsum toto posse quam potest brevius effec-
tui mancipare. Sequenti igitur advenienti noctis medio sub
silencio ad fores cenobii claves gerens manibus properat sed ad
hostia veniens per totam illam noctem huc illucque discurrens
quo sint in loco posita non invenit. Stupore et admiratione per-
territus cur hec sint nesciens intueri iam a matutinali qua
ad laudes debitas divinas monachi exurgebant propinquante
hora compellitur. Ille ad cellulam retrogredi manet in cellula
idem admirans per diem illam proponit sequenti nocte facere
quod non fecit. [Non sperat stultum pecus contra leonem pugnans gloriam adipisci] Ludet in beallis dextera que non potest. Sperat
stultum pecus contra leonem pugnans triumphi gloriam
adipisci. Quid insensate deceris putas agere vile pecus que leo
fortissimus Jeronimus contradicat. Cessa ymagini gloriosi Je-
ronimi genua flectere ipsum ulterius non salutes et tibi po-
testas protinus concedetur ut cadas in foveam quam effodis
ut dira naufragia iam admittas non possunt impensa glo-
rsissimo Jeronimo servicia quoquomodo fiant a mercedibus
vacuari. retinebat siquidem monachus ille demius et errans
et diaboli domino mancipatus imaginem Jeronimi gloriosi
insignitam cui diebus singulis antiqua consuetudine flectens
genua se eidem pluries comendabat Jdcirco ut eius mira
clemencia cunctis innotesceret illo cum die retinebat ne mali
faceret quod volebat. Jgnorans vero hoc monachus ille sequenti
nocte ad cenobii iterum fores pergit. Sed quod precedenti fe-
cerat nocte in hac fecit. Ne igitur nimis inhereani verbis per
unum fere mensem singulis noctibus continuo hoc evenit. Com-
pleto namque ut puto mensis circulo in sompniis beatus Je-
ronimus sanctissimo cuidam monacho illius monasterii
apparuit in stratu suo quiescenti nocte eidem revelans

capitula xxiiij
Cirillus ad aug.

quid iste monachus faciebat mandamusque illi ut deberet eidem
monacho sic erranti declarare quod ipse eum ob sibi impensam
reverentiam custodivit ut hostia non videret ad cogitatum perpe
trandum scelus et quod nisi velox deinceps subsequatur emendacio
sese de ipsius custodia removebat discessit quoque protinus ab
eodem Mane autem facto que viderat monachus alteri mo
nacho enarravit At ille se quid hec dicat intelligere pluribus
detestans cepit dicere sibi propter celebri vanitatem sompnia
evenisse Tacet monachus et recedit hic gaudens proponit noc
te sequenti nullam amplius exhibere Jeronimo reverenciam
hostia monasterij ad nequam opus quod tam diu affectaverat per
agendum ad suum libitum reserare Ut dicam breviter Quod diu
miser hianti animo cogitaverat mala operandi a Jeronimo
onere solito privato sibi tradita potestate ut voluit sic ef
fecit Sed tamen in fine Jeronimi gloriosi clemencia non de
fecit Recedens itaque ille de monasterio nocturna hora alie
no habitu occultans patris domum adveniens per diem illum
undique latuit Cumque noctis crepusculo domum intrasset ad
lectum in quo virgo soror quiescere tunc solebat procedens
tam diu sub eodem latitavit quam diu sororem dormire
potuit extimare Tunc inde exiens expoliatis vestibus soro
ris se dextere lateri applicavit Ad hoc soror levi sompno dor
miens excitatur et virum iuxta se senciens admodum expavescens
diris emissis clamoribus ad se parentes omnes evocavit Currunt
ad puelle thalamum cum eis cum lumine et tandem in lecto in
veniunt hunc iacentem Mirantur parentes et stupent terrentur
hec amici qui concurrerant et condolent Interrogat pater fili
um districtius tanti causam reatus sui filius silencio confitetur
ut eum dixit voluit gloriosus Jeronimus hanc suam stulticiam
experiri ut in posterum humilior et cautior fieret ad cavendum
et in prelio se tuendum Et ne amplius exemplo huius quis de

sua sanctitate confideret et speraret. Quanto enim maior inest
homini sanctitas tantum in mare mundi huius procelloso et
inimicorum agminibus pleno in fragili carnis navicula navi
gat tanto maior est timor et astutia tuendi se. Infinitas
ille pessimus temptator diabolus nocendi possidet artes quibus
incautus pergit levissime capietur. Qui in cunctis timet
ab omnibus hic dyabolus timetur. Certe numquam spreto aliorum
consilio et propria voluntas precepit ambulare qui sue
tantum voluntati credit in cunctis que facit finem odi
bilem inveniet. Magnus exemplo iam finito cunctis timor
de fragilitate nostra maxima et dyabolica calliditate et
astutia nobis omnibus demonstratur. Magna et spes venie
peccatoribus declaratur. Cernens se namque monachus sic a
dyabolo deturpatum delusum ac etiam tanta miseria cap
tivatum protinus suffragiis gloriosissimi Jeronimi cuius
semper devotus extiterat suam misericordiam et culpam
vehementissimam recognoscens in se ipsum redijt et de ea
dem paterna domo omni retardatione abiecta lugens et
dolens ad fontem penitentie properavit deinde vero in suo mo
nasterio per annos duos in tanta abstinentie se asperi
tate afflixit ut foret cor humanum insufficiens cogitare
Et completo annorum duorum spacio ante dies modicos ex hoc
seculo feliciter expiravit

De Cardinali celestino emulo sancti Jeronimi qui ei
eo obloquebatur miraculose expiravit

Venerabilis Damasij portuensis episcopi pridie recep
tis litteris aliqua eius inscripta corde avido in
tellexi que ob eius reverentiam non dimittam. Rome quidam
Celestinus nomine gloriosi Jeronimi emulus et detractor
dum die quodam in conventu existens Cardinalium mo
re soluto audaci ore et temerario in eiusdem iniuriosa
verba prorumperet dolore viscerum subito impellente ad
occulta nature loco properans viscera omnia protinus

Nota quod celestinus fuit inimicus beati Jeronimi

Cirillus ad Augustinum

Cura sancti Ieronimi contra malos episcopos

De cardinali qui meritis et precibus beati Jeronimi quidam cardinalis de morte surrexit ad vitam astante summo pontifice et aliis cardinalibus enarravit et antequam illuc recederet expiravit

Illuc quoque presbiter cardinalis Andreas nomine vir non similis sed gloriosi Jeronimi devotissimus atque cultor pridie in eadem urbe multis circumastantibus expiravit Cui cum iam in ecclesia esset peractis exequiis que solent fidelium tumulendis exhiberi corporibus assistente summo pontifice cum pene toto clero et populo Romanorum qui ad eundem Andream convenerant honorandum emissis ululatibus et crebris gemitibus in feretro cunctis stupentibus et velut amentibus effectis tamquam si a sompni dormitione excitaretur mirabiliter resurrexit Cumque a Romano pontifice remoto de ecclesia maiori petri apostoli universo populo clausisque foribus interrogetur intulit ista verba Dum starem divino examini iudicandus etiam propter vestium et ciborum quibus alternus usus eram nimiam superfluitatem tartareis cruciatibus condempnarer Subito adveniens quidam sole splendidior niveque candidior quem fuisse gloriosum Jeronimum ad se invicem referentibus qui astabant intellexi presidenti iudici flexis genibus animam meo corpori iungi precibus impetravit Quibus finitis verbis in ictu oculi inde recedens anima viti terminis corpori est commendata Ad hec miratus summus pontifex et ceteri audientes fiunt hec nota populo extra ecclesiam expectanti effractis ecclesie foribus protinus ecclesiam intrant omnes magnis vocibus deum et gloriosum Jeronimum collaudentes

Contra malos episcopos

Multa nos mentis afflictio movet et contristat intellecto quod plurimi Episcoporum deum et dominum Jhesum christum cuius vicem gerunt abnegantes terrenorum quorum deus venter est vestigiis inherentes de stipendiis pauperum de sanguine Jhesu christi delicatissimis ferculis cum histrionibus et ceteris divitibus suam ventris replent ingluviem

Nota contra malos episcopos

nō q̄ malos epos

ad feditatem luxurie incitandam vestimentorum que de die i
diem superfluitatibus abutūt de pauperibus quorum mercede
tanta manu latronū deuorant fame morientibus et frigore ne
cantes hij certe non epī sed diaboli Epus aūt sanctissimus aut
dyabolus Magni certe meriti status epālis sed pericli infiniti
leuissimū peccatū alijs imputandū grauissimū epō imputatur
pontificis etenī viciū in subditos diffundit per exemplū ma
iora recipienti racio magis crescit Quot enī aīe xpī uel ne
gliencia epī uel exemplo in peccata deueniant de tot tenet
dn̄o redde racionē heu quid augustine Carissime graue
inest nobis pondus grauis sarcina sed debiles ego habens
humeros quid portabo Set michi certe propter casus intue
or timore maxime succurrente continue affligor et contris
tor Securius est epālem statum fugere quam appetere laudo
certe epatum tamquam vicariū dn̄i ihesu xpī sed illis qui in eo
vitam agunt militū terrenorum qui mundi pompas et gloriam
appetunt non laudo ymmo eis consulo ut eum fugiant quantū
possint Melius certe fuisset eis cum terrenis vitam agere ter
renorum quam in pontificali culmine hec agentes et ad infima et
profundiora loca decidere tanto pre ceteris cruciandi quan
to pre ceteris plurima donaria receperunt Intelligens eporum

nō de malo epō

plurimorum post nomen gerere quam essenciam potius lupos rapa
ces fore xpī ouiū quam pastores destructores magis esse xpī
ecclie quam rectores qui xpiānorum helemosinas depredantes
mercedem pauperum lupinis faucibus superfluitatibus aborum
et uestiū deuorant et consumūt quod absurdum est abho
minabile et deflendū hec idcirco dixerim ut talis abho
minacio cunctis gentibus innotescat quatenus si deum
non metuūt homines uerentes saltem aliqualiter ab hominna
cionibus retardentur Audiant queso hij tales epī que narrandi
porro sumus ut saltem aliorum calamitatibus terreantur

nō q̄ malos epos

de visionibus Elie monachi
Cirillus ad Augustinum

Visiones Elie monachi

In sinquoribus egipti partibus in deserto quodam ab homi
bus propter nite incommoda inhabitabili quidam de
gebat monachus helyas nomine antiquissimus magne vite
et sanctitate radians qui in vita beatissimi Jeronimi eidem fa
miliarissimus fuit valde Quem idem beatissimus Jeronimus ha
buisse prophetie spiritum pluries enarravit hic die quodam ut plu
ries michi testificati sunt monachi vite venerabilis fideque dig
ni qui se hec dixerunt ab eiusdem sancti viri ore multotiens per
audisse solitis incumbens orationibus sompno repentino adveni
te aliquantulum obdormivit esse in visione quoquidem modo
multotiens deus omnipotens et grandia et occulta suis fideli
bus reserat sacramenta In quodam palatio mire pulcritudinis
ineffabilis et a mortalibus numquam viso ut sibi videbatur erat Cum
que per horam per palatium illud huncque gradiens admiraret
pulcritudinem tam vehementer vidit quoddam preparari tribu
nal a quibusdam nimie pulcritudinis iuvenibus stratis tape
tis et vestibus auro et gemmis et multa artificii varietate de
coratis circumquaque pariete involuto in quo postmodum rex
quidam maximus et decorus cuius aspectus tante erat suavi
tatis ut nil vellet aliud quis habere magna virorum lucidiorum
sole comitatus societate veniens se posuit ut iudicia exerceret
Interea cuiusdam anima que fuisse araconitani presulis ab
aliquibus ibidem consistentibus postmodum intellexi a nequam
spiritibus cathenis igneis que vinculis iuncta instar fornacis fla
mas erumpens sulphureas diris vocibus se infernalibus inva
sionibus dignissimam acclamare hanc inter ceteras maxime
assignans principalem causam quoniam pompis vanis intentus
et conviviis et vestibus et huiusmodi stulticiis delectabatur Quibus
finitis lata per iudicem sententia ut penis infernalibus traderetur do
nec corpori iuncta duplices penas in perpetuum sustineret Mox illam
secum ferens omnis illa nequam spirituum turba inde diris cla

nota quod deus reserat multo
ciens grandia suis

moribus recesserunt deinde alterius cuiusdam anima qm̄
fuisse theodonij Senatoris fr̄is predicti venerabilis dama
sij epi supradicti similit intellexit ante maiestate regiam
circūstantibus multis neq̄ spiritibus eum grauissime ac
cusantibus presentat' Cumq̄ a dyabolis accusatio traheret'
et nullus ex aduerso aliqua responderet vir quidem septies
sole splendidior ut sibi uidebat' pene cetris astantibus e
minentior ad regis sedens dexteram in pedibus erexit q̄.
quidem surgente silentiū rex manu ppria a cunctis fieri
imperauit Tunc qui steterat om̄ibus opponens accusantib'
hunc suū filiū fuisse fidelissimū et deuotū et ei continue
exhibuisse reuerentiā specialem mox loquendi audaciam
abstulit et taciturnitatē prenotauit postmodū vero hijs
flectens ante Regem genua huic suo fidelissimo veniam
ad eternam requiem solita pietate et sua infinita cleme
tissime elargiri ita tamen q̄d pro cōmissis in mūdo flagi
tijs in purgatorio purgaret' suis precibus ut voluit est
adeptus Tunc om̄s illa nephandorum spiritū multitudo ge
mens et ululans de illo loco protinus se remouit Inter
uallo scd̄o hore vnius Juuenis quidā pulcherrim' concito
gradu per palaciū veniens ad hunc q̄ accedens qui tam
eminens et preclarus in auxilio esurrexerat Theodonij
Senatoris se fore dixit a petro patricio Romanorum eius de
uotissimo missum q̄s eiusdem preces exaudiens sibi im
petrare a dn̄o filiū dignaret' ad hec rex q̄d inquit a meo
filio Jeronimo petens postulat certe fiat hijs omnibus fini
tis sic a sompno illo mox helyas monachus excitat' laudes
īmensas deo reddens glorioso Qui diem illum in quo ta
miranda viderit prenotans eodem postmodū intellexit
die Epm̄ anchonitanū et Theodoniū Senatorē ex hoc secu
lo migrauisse q̄d liquide patet hec sompnia vana nō fuisse

visio Cirilli

Cirillus ad augustinum

visio Cirilli de gloria Johannis baptiste et beati Jeronimi

Magnam putebas augustine carissime aliquibus ad
mirationem inducere veluti sic novum et inauditum
ei proponeres dum in tuis pristinis litteris quas recepi Johanni
baptiste et ceteris apostolis Jeronimum sanctissimum equalem in
sanctitate et gloria sane efficacibus et visionibus mirificis
comprobabas certe non est aliqualis ambiguitas verissima
et omni fide et devotione dignissima ista fore Nec putatur aliquibus
eius vitam sanctissimam et eius tanta prodigia hominibus insue
ta non ignorantibus admirationis aliquid evenire Sed quoniam
tue tales fuerunt rationes ad veritatem huiusmodi declarandam quod
meas levissimas et imperitas nunc illis apponere non decerent
Obmissis omnibus visionem mirabilem quam venerabilis vir
Cirillus episcopus allexandrinus se vidisse suis ad me diebus
pluribus iam elapsis destinatis litteris affirmabat breviter intro
ducam Post beati Jeronimi obitum anno completo in die nati
vitatis beati Johannis baptiste domini precursoris expletis lau
dibus matutinis dum memoratus pontifex more solito in
ecclesia solus ante altare eiusdem precursoris domini gloriosi flex
is genibus ipsius gloriam et excellentissimam multa spiritus dulce
dine contemplaretur repentino sompno aliquantulum ibidem ob
dormivit Et ecce in ecclesia ut sibi clarissime videbatur hominum
quorumdam speciosorum hominum ultra humanam extimationem can
tus alternatim suavissimos continencium turba vehemen
tissima mirando ordine veniebat Deinde hominum omnes ad
altare procedentes et ibidem flectentes genua ad sedendum
singuli se ponebant Cumque illorum hominum iam esset ecclesia plena
post omnes duo viri eminentiores ceteris in toto similes
atque pares infinitoque sole lucidiores stola induti candidis
sima auro et gemmis undique ineffabiliter rutilanti venientes
ecclesiam pariter intraverunt ad quorum introitum omnes in ecclesia
residentes protinus flexis genibus eisdem summam reverentiam

persoluerūt Tunc duo viri ante altare abeisdem reuerentia ex
hibita in duabus cathedris aureis mira lapidū preciosorum
varietate et pulcritudine decoratis sibi a quibusdam pulcrīs
Juuenibus preparatis ambo pariť conſederūt et ſic ſilentes aliq̄
tulum permanſerūt et interim facto inter illos ſilentio cepit alter
eorū duorū alterū impellere ad loquendū Cumq̄ longa adinuicē
altercatio oriretur ut quis primo inciperet predicare reperiūt ſingu
li ut Jeronimus Johannis cui9 erat die illa ſolempnitas laudes
et magnificentias explicaret magnis vocibus ac clamare Quo
vnus illorū ſermonem mox incipiens laudes beatiſſimi preurſo
ris dn̄i tanta loquele dulcedine tantoq̄ verborū ornatu necnō
ſine grauitate contexuit qui fas non eſſet lingue hoīm declarare
finito itaq̄ ſermone illo alter quem Johannē baptiſtam cuncti
qui aderant nominabant eidem grates referens multiplices
hoc coram aſtantibus ad eius gloriam et honorē eſt locutus So
cius iſte meus cariſſimus Jeronimus equalis michi in gloria equalis
etiam in ſanctitate ſerie mearū laudū eſt hactenus proſecutus
Jdcirco dignū eſt ut eius laudibus nunc inſiſtam hic vere lux
eſt celice tenebras effugans errorū et cunctos illuminans hoīes
vitans claritate tetros hic factus eſt aqua ſapientie ſalutaris
ad quem ſitientes dum accedunt largiſſime ſaciantur hic ar
bor altiſſima cuius cacumen celum aſcendit ſub cuius doctrine
frondibus de ſciencia eiuſdem ori fructu aues celi ſcilicet hoīes
ingenio ſubtiliores et vniuerſa pecora ſcilicet homīes parum
intelligentes vberrime ſaciantur hic mecū fuit in ſeculo heremi
ta et certe non nimis me carnē abſtinencijs macerauit hic me
cum virgo nitidus atq̄ purus hic mecū fuit prophetico ſpiritu
illuſtrans hic mecū doctor extitit veritatis Ego propter iuſticiam
et veritatem vitam corporalē dereliqui hic et ſi ſic vitā nō
amiſerat temporalem propter iuſticiam et doctrine ſue perſpi
catiſſime veritatem tempus ſuū tamen totū geſſit in ſeculo ī mar

tirio afflictionibus et dolore Ego xp̄iane fidei nūtius pre
ciauri et gentiū imitator hic modū post veniens eiusdē
extitit sustentator et absentis eandem lacerantib̄ defensa
tor Ego semper in baptismate manibus pprijs habui xp̄m
hic multociens in altari sed et ore pprio manducauit hic
michi in sanctitate per om̄ia fuit equalis nūc cū ambo eq̄li
eterne vite premio insimul gaudemus Hec et alia multa prose
quente beato Johanne que idem Ep̄us Cirillus non potuit me
morie totaliter cōmendare Jam hora diei prima adueni
ente ecclian custos intrans Ep̄m intuitus dormientem eū
dem manibus excitauit Expergefactus itaq̄ pontifex stupōe
et admiratione et gaudio admodum plenus que viderat
custodi cum lacrimis enarrauit Deinde illo die missam so
lempnissime celebrans visionem mirabilem om̄i pplō declarāt.

Sunt infinita miracula verissima vtilia et enarranda *De q̄busdā mīr̄clis Jeronimi*
Squam ea que in breui hoc opusculo sunt inscripta Set
ne prolixitate operis aliquid legentib̄ tedij oriat^r vno solū
miraculo quod nondum expleto mense in bethleem perac
tum est profecto huic operi finis erit *miraculū*

Die dominico sancto post octauam pentecostes om̄ibus meis
suffraganeis Ep̄is et multitudine maxima tam virorū
q̄m mulierū in ecclīa in qua sanctissimū quiescit Jeronimi cada
uer insimul congregatis honore et veneratione tam debita q̄
deuota primo egomet sacris inductus vestibus ad locū fo
uee in qua corpus venerandū iacet accedens terram cepi
effodere sepulture q̄tis sacratissimū illud corpus inde abla
turū in tumulo marmoreo mira pulcritudine vndiq̄ de
corato quod hac de causa fuerat substractum et fabricatum
postmodum ponēt^r Cumq̄ iam foret fouea euacuata cūc
tis cernentibus corpus sanctissimū in medio fouee tamq̄
in aere a nulla terrarū parte tangens permanebat integrū

nec corruptione aliqua violatum Quod inde elevantes
cum odore tam vehementissimo et suavi quod talem olfactus
hominum umquam sensit collocavimus in altari quatenus a populo re
liquie sanctissime viderentur quod autem die illo me curtis
qui adherant astantibus sunt peracta miracula glori miraculum
osa explicandi ea nullatenus compos essem Ceci sex de tum illas
reliquias tangentes sane visum receperunt Tres preterea miraculum
demoniaci cathenis uncti in illa ecclesia plurimorum hominum mani
bus deportati sunt protinus liberati Mulieris cuiusdam
miraculum aliud vidue paupercule puerulus eius unicus filius in ecclesia fuit
pregrandi multitudine suffocatus quem mater inveniens
dolens et lugens mox illius pueruli cadaver ad fovea
in qua sepultus fuerat corpus Jeronimi gloriosi deferens eum
in foveam proiecit hec dicens verba Sancte Jeronime gloriose
hinc non recedam donec restituas michi unicum filium meum
vere deus mirabilis in sanctis suis quem amisi Mirabilis certe deus in sanctis suis faciens
prodigia insueta Statim ut terram extincti pueruli cor
aliud miraculum de puero suscitato post triduum in fossa pus tetigit eidem anima est coniuncta Quidam vir corpus
cuiusdam filii sui de sepultura in qua per triduum steterat
extractum mox ad foveam illam currens detulit et illud
in foveam sic proiecit Qui iuvenis illico fuit vite pristine
restitutus Innumerabilia pene miracula peracta sunt a ma
ne usque ad vesperas quo tempore gloriosi Jeronimi cadaver
de fovea desepultum in altari exstat collocatum Sed ad huius
modi miracula ulterius non procedam unum quod nocte se
quenti accidit non silebo De apparitione Jeronimi Cirillo super corpore suo transferendo de bethleem romam

In hora siquidem vespertina corpus illud sacratissimum
in monumento quod preparavimus posuimus Set mane
monumentum vacuum est inventum corpus sanctissimum fovee
pristine invenimus restitutum Quod dum ego plurimum ad
mirarer Nocte sequenti michi dormienti beatus Jeronimus

apparens in visione plurima michi grandia patefecit Sed inter cetera verba talia michi dixit Noveris Cirille quod corpus meum de fovea in qua latet nullatenus extrahetur quousque Civitas Jerusalem ab infidelibus capietur quoquidem tempore Romam delatum ibidem multo tempore requiescet Ad hec expergefactus que videram cunctis episcopis et alijs viris catholicis enarravi quid aut quando hec evenient aliter non agnosco

Nota verba Jeronimi loquentis Cirillo

Conclusio Cirilli

Si quid utile aut bonum in hac epistola dixi non mei sed gloriosi Jeronimi meritis imputetur Si quid vero superfluum inutile et non bonum solum me insipientie et negligentie tamen hoc accidisse ab omnibus iudicetur Mei Augustine Carissime in tuis orationibus memor esto Finis

Epistola beati Ieronimi ad Neopocianum

Petis a me nepociane carissime litteris transmarinis et crebro petis. ut tibi brevi volumine digeram precepta vivendi. Et qua ratione is qui seculi milicia derelicta vel monachus ceperit esse vel clericus, rectum Christi tramitem teneat. ne ad diversa viciorum diverticula rapiatur. Dum essem adolescens, immo pene puer. et primos impetus lasciuientis etatis heremi duricia refrenarem. scripsi ad avunculum tuum sanctum Eliodorum, exhortatoriam epistolam, plenam lacrimis. querimoniisque. et que deserti sodalis monstraret affectum. Sed in illo opere pro etate tunc lusimus. et calentibus adhuc rethorum studiis atque doctrinis. Quedam scholastico flore depinximus. Nunc iam cano capite, et arata rugis fronte, et ad instar boum, pendentibus a mento palearibus, frigidus obsistit circum precordia sanguis. Unde et alio loco, idem poeta canit. Omnia fert etas. animum quoque. Et post modicum. Nunc oblita michi tot carmina, mihi vox quoque meri iam fugit ipsa. Quod ne de gentilium litteratura proferre videamur, divinorum voluminum sacramenta cognosce. David annos natus lxx. bellicosus quondam vir. senectute frigescente, non poterat calefieri. Queritur itaque puella de universis filiis israhel. ab ysac sunamites. que cum rege dormiret. et senile corpus calefaceret. Nonne tibi videtur, si occidentem sequaris litteram, vel figmentum esse de mimo, vel catilinarum ludicra. Frigidus senex obvolvitur vestimentis. et nisi complexu adolescentule non tepescit. Vivebat adhuc bersabee, supererat abigail. et relique uxores. et concubine, quas scriptura commemorat. omnes quasi frigide repudiantur. et in unius tamen grandevitatis calescit amplexibus. Abraham multo david senior fuit. et tamen vivente sarra, aliam non quesivit uxorem. Ysaac duplices

david annos habuit. et tamen Rebecca iam vetula numquam refrixit. Taceo de prioribus ante diluvium viris. qui post annos nongentos non dico senilibus sed pene iam cariosis artubus nequaquam quesivere complexus puellares. Certe moyses dux israhelitici populi cxx annos habebat. et sephoram non mutavit. Que est ista igitur sunamitis uxor. et virgo. tam fervens ut frigidum calefaceret. tam sancta. ut calentem ad libidinem non provocaret.

Exponat sapientissimus Salomon patris sui delicias. et pacificus bellatoris viri narret amplexus. posside sapientiam. posside intelligentiam. Ne obliviscaris. et ne declinaveris a verbis oris mei. Ne derelinqueris eam. et apprehendet te. Ama illam. et exaltabit te. principium sapientie posside sapientiam. et in omni possessione tua posside intelligentiam. Circunda illam et exaltabit te. honora illam et amplexabitur te. ut det capiti tuo coronam gratiarum. Corona quoque deliciarum proteget te. Omnes pene virtutes corporis mutantur in senibus. et crescente sola sapientia decrescunt cetera. ieiunia. a camemize. huc illucque discursus. peregrinorum susceptio. defensio pauperum. instantia orationum. et perseverantia. visitatio languentium. labor manuum. unde prebeantur elemosine. Et ne sermonem longius traham. cuncta que per corpus exercentur fracto corpore minora fiunt. necesse est. Nec hoc dico quod in iuvenibus. et adhuc solidioris etatis hijs dumtaxat qui labore et ardentissimo studio vite quoque sanctimonia et orationis ad dominum ihesum christum frequentia scientiam consecuti sunt. frigeat sapientia. que omnia in plerisque senibus etate marcescit.

Sed quod adolescentia multa corporis sustineat bella. et inter incentiva viciorum et carnis titillationes quasi ignis in lignis viridibus suffocetur. ut suum non possit explicare fulgorem. Senectutis non rursus admonitione eorum qui adolescentiam suam honestis actibus instruxerunt et in lege domini meditati sunt die ac nocte etate fit doctior. usu tritior. processu temporis sa-

non quod in senibus omnes virtutes decrescant sed sola sapientia crescat

Nota quod themistocles centum septem annorum dixit tunc incipiebat sapere

pientior, et veterum studiorum dulcissimos fructus metet. Unde et sapientes ille vir grecie themistocles, cum expletis centum septem annis se mori cerneret, dixisse fertur. se dolere, quod tunc egrederetur e vita quando sapere cepisset. plato octuagesimo primo anno scribens, mortuus est. Et socrates xcviiii annos in docendi scribendique dolore, laboreque complevit. Taceo ceteros philosophos. pitigoram. democritum. Xenocratem. zenonem. et cleantem. qui iam etate longeva in sapientie studiis floruerunt. Ad poetas venio. homerum. esiodum. Simonidem. Stesicorum. Qui grandes natu cigneum nescio quid et solito dulcius vicina morte cecinerunt. Sophocles, cum propter nimiam senectutem et rei familiaris neglegentiam a filiis accusaretur amentie. edippi fabulam, quam nuper scripserat recitavit iudicibus. Et tantum sapientie in etate iam fracta dedit specimen, ut severitatem tribunalium in favorem theatri converteret. Nec mirum. cum et iam Cato censorius, et romani generis disertissimus, iam senex grecas litteras discere, nec erubuerit. nec desperaverit. Certe homerus refert, quod de lingua Nestoris iam vetuli, et pene decrepiti, dulcior melle oratio fluxerit. Sed ipsius nomine abisaac sacramentum sapientie senum indicat ampliorem. Interpretatur enim pater meus superfluus. vel patris mei rugitus. Verbum superflui ambiguum est, et in presenti loco virtutem sonat, quod amplior sit in senibus, et redundant ac larga sapientia. in alio autem loco superfluus, quasi non necessarius ponitur. Abisac autem id est rugitus proprie nuncupatur. quod ut maris fluctus resonat et ut ita dicam, de pelago veniens fremitus auditur. Ex quo ostenditur, habundantissime et ultra humanam vocem in senibus divini sermonis tonitruum commorari. Porro sunamitis in lingua nostra coccinea dicitur. ut significet sapientiam calere, et divina lectione fervere. Quod licet domini sanguinis indicet sacramentum, et fervorem oste-

dit sapientie. Vnde et obstetrix illa in genesi coccinum ligat
in manu phares. Qui ab eo quod parietem diviserat, duos
populos ante separantem, divisoris id est phares sortitus est no
men. Et raab meretrix, in typo ecclesie resticulam misterium
sanguinis continentem, ut hiericho pereunte domus eius
salvaretur appendit. Vnde etiam in alio loco de viris sanctis
scriptura commemorat. hij sunt, qui venerunt de calore do
mus raab. Et dominus noster in ewangelio. Ignem inquit veni mit
tere super terram, et quam volo ut ardeat. Qui in discipulorum
cordibus succensus cogebat eos dicere. Nonne cor nostrum erat
ardens in nobis, dum loqueretur in via, et aperiret nobis
scripturas. Quorsum hec tam longe repetita principio, ne a
me queras pueriles declamationes. sententiarum flosculos. ver
borum lenocinia. et per fines capitulorum singulorum acuta quedam
breviterque conclusa, que plausus et clamores excitent audi
entium. Amplectatur me modo sapientia et abisaac nostra, que
numquam senescit, in meo requiescat sinu. Impoluta est virgi
nitatisque perpetue et que in similitudine marie cum cottidie ge
neret, semperque parturiat, incorrupta est. hinc reor dixis
se apostolum, spiritu ferventes. ut in ewangelium dominum predi
casse, quod in fine mundi quando iuxta prophetam zachariam
stultus pastor esse ceperit sapientia decrescente refrigescat
caritas multorum. Audi igitur ut beatus ciprianus ait. non Cipranus
disertam sed fortem. Audi fratrem collegio. patrem senio. qui te ab
incunabulis fidei usque ad perfectam ducat etatem, et per
singulos gradus vivendi precepta constituens, inter ce
teros erudiat. Scio quidem ab avunculo tuo beato helioido
ro, qui nunc pontifex christi est, te et didicisse que sancta sunt
et cottidie discere, normamque te eius et exemplum habere
virtutum. Sed et nostra qualiacumque sunt suscipe et libellum
hunc, libello illius copulato, ut ille te monachum erudi

erit. hic clericum doceat esse perfectum. Igitur clericus qui xpi ser-
uit ecclie interpretetur primo uocabulū suū. et nominis diffinitione
prolata nitatur esse qđ dicit. Si enī cleros grece latine sors appel-
latur. ppterea uocantur clici. quia de sorte sunt dn̄i. uel quia dn̄s
ipse sors. idest pars clicor est. Et quia uel ipse pars dn̄i est. uel dn̄m pte
habet. talem se exhibere debet ut et ipse possideat dn̄m. et ipse pos
sideatur a dn̄o. Qui possidet dn̄m. et cum ppha dicit. pars mea dn̄s.
nichil extra dn̄m habere potest. Quod siquippiam aliud habuerit
preter dn̄m pars eius non erit dn̄s. uerbi gr̄a. Si aurū. si argen
tum. si possessiones. si uariam supellectilem. cum istis partibus dn̄s
pars eius fieri non dignatur. Si aūt pars dn̄i sum. et funiculus
hereditatis eius. nec accipio partem inter ceteras tribus. sed qua
si leuita. et sacerdos uiuo. de decimis. et altari seruiens oblatione
altaris sustentor. habens uictum et uestitū. his contentus ero. et
nudam crucem nudus sequar. obsecro itaque te. et repetens iterū
iterumque moneo. ne officiū clicatus genus antiq̄ militie putes.
idest ne lucra seculi in xpi queras militia. Ne plus habeas quā qn̄
clericus esse cepisti. et dicatur tibi. clia eor non proderūt eis. Men-
sulam tuam pauperes et pegrini et cum illis xpm conuiuam
noueris. Negociatorem clicum et ex inope diuitem. ex ignobili
gl'osum quasi quasdam pestes fuge. Corrūpunt mores bonos
confabulationes pessime. tu aurū contempnis. alius diligit.
Tu calcas opes. ille sectatur. tibi cordi ē mansuetudo. silentiū. secretū.
illi loquacitas. et attrita frons. fora placent. et platee. et medicor taber
ne. In tanta morū discordia. que potest esse concordia. Hospitio
lum tuū aut raro aut nūquā mulier pedes terant. omnes puellas
et uirgines xpi aut equaliter ignora. aut equalit diligē. ne
sub eodem tecto manseris. ne in preterita castitate confidas.
nec dauid sanctior. nec salomone potes esse sapientior. meme
to semper qđ paradisi colonū de possessione sua mulier eiecerit.
Egrotanti tibi scs quilibet frater adsistat. et germana. uel mat

no de clerico

aut probata quelibet apud omnem fide. Quod si huiuscemodi
non fuerint consanguinitatis castimonieque persone, multas
anus nutrit ecclesia, que et officium prebeant. et beneficium accipi
ant ministrando. ut infirmitas quoque tua, fructum habeat elemo
sine. Scio quosdam conualuisse corpore. et animo egrotare cepisse.
Periculose tibi ministrat, cuius uultum frequenter attendis. Si propter
officium clericatus aut vidua visitatur. aut virgo. numquam solus intro
eas. tales que habeto socios, quorum contubernio non infameris. Si
lector. si acolitus. si psalmista te sequuntur, non ornentur veste. sed moribus.
nec calamistro crispent comas. sed pudicitiam habitu polliceantur.
Solus cum sola secreto. et absque arbitro uel teste, non sedeas.
Si familiarius est aliquid loquendum, habet nutricem. maiorem
domus. virginem. viduam maritatam, non est tam inhumana
vt nullum preter te habeat, cui se debeat credere. Caueto omnes
suspiciones. et quicquid probabiliter fingi potest, ne fingatur, an
te. deuita. crebra munuscula. et orariola. et fasciolas. et vestes
ori applicatas. et oblatas ac degustatos cibos. blandasque et dul
ces litteras. Sanctus amor non habet, mel meum. lumen meum.
meumque desiderium. Omnes delicias. et lepores. et risu dignas vrba
nitates. et ceteras ineptias amatorum, in comediis erubescimus. in se
culi hominibus detestamur. quanto magis in monachis, et in clericis.
quorum et sacerdotium proposito. et propositum ornatur sacerdotio. Nec
hoc dico, quod in te, aut in sanctis viris ista formidem. sed quod, in
omni proposito. in omni gradu. et sexu. et boni et mali reperiuntur. malorum
rumque condempnatio, laus bonorum sit. Pudet dicere. sacerdotes
ydolorum. mimi. aurige. et scorta hereditates capiunt. solis clericis, et
monachis, hoc lege prohibetur. et prohibetur. non a persecutoribus,
sed a principibus xpianis. Nec de lege conqueror. sed doleo, cur
meruimus hanc legem. Cauterium bonum est. Sed quo michi
vulnus, vt indigeam cauterio. Prouida et seuera est legis
cautio. Et tamen nec sic refrenatur auaricia, per fidei commissa

legibus inludimus. et quasi maiora sint imperatorum scita quam
xpi leges, timemus. euangelia contempnimus. Sit heres, et
mater filiorum, id est gregis sui ecclesia, que illos genuit. nutriuit
et pauit. Quid nos inserimus inter matrem et liberos, gloria
episcopi est pauperum opibus prouidere. Ignominia sacerdotis est,
propriis studere diuitijs. Natus in paupere domo, et in tugurio
rusticano, qui uix milio, et tibario pane, rugientem saciare
uentrem poteram, nunc simulam, et melle fastidio. Nomi et ge
nera, et nomina piscium, in quo littore collecta sint. Calleo sapo
ribus auium, discerno prouincias. et ciborum me raritas. ac no
uissime dampna ipsa delectant. Audio preterea in senes et
anus, absque liberis, quorundam turpe seruitium. ipsi apponunt
matulam, et obsident lectum. et purulentia stomachi, et
flegmata pulmonis manu propria suscipiunt. pauent ad in
troitum medici. trementibusque labijs, an commodius habeant
sciscitantur. et si paululum senex uegetior fuerit, periclitantur ac
hac simulata letitia, mens intrinsecus auara torquetur.
timet enim ne perdat ministerium. et uiuaces senes Mathusale
annis comparant. O quanta apud deum merces, si in presenti pre
cium non speraret. Quantis sudoribus hereditas cassa expetitur.
minori labore margaritum xpi emi poterat. diuinas scriptu
ras sepius lege, immo numquam de manibus tuis sacra lectio de
ponatur. disce quod doceas. obtine eum, qui secundum doctrinam est, fi
delem sermonem, ut possis exhortari in doctrina sana, et
contradicentes reuincere. permane in hijs, que didicisti, et
credita sunt tibi. sciens a quo didiceris. paratus semper ad
satisfactionem, omni poscenti te rationem, de ea, que in te est.
non confundant opera sermonem tuum. Ne cum in ecclesia loque
ris, tacitus quilibet respondeat. Cur ergo hec que dicis ipse
non facis. Delicatus magister est, qui pleno uentre de ieiunijs
disputat. accusare auaritiam et latro potest. Sacerdotis xpi

os/cum mente concordet. Esto subiectus pontifici tuo. et quasi
anime parentem suscipe. amare filiorum. timere seruorum est.
Si pater sum inquit, ubi est honor meus. si dominus ego sum,
ubi est timor meus. Plura tibi in eodem uiro obseruanda sunt
nomina. Monachus. pontifex. auunculus. Sed et episcopi sacerdotes
se sciant esse non dominos. honorent clericos quasi clericos. ut et ipsis
a clericis quasi episcopis deferatur. Scitum illud est oratoris domitii.
Cur inquit ego te habeam ut principem, cum tu me non habeas
ut senatorem. Quod aaron et filios eius, hoc esse episcopum et pres
biteros nouimus. Unus dominus. unum templum. unum sit etiam mi
nisterium. Recordemur semper quid apostolus petrus precipiat sa
cerdotibus. Pascite eum qui in vobis est gregem domini, proui
dentes non coactos, sed spontanee. secundum deum, neque turpis
lucri gratia, sed uoluntarie. neque ut dominantes in clerum, sed for
ma facti gregi ex animo. ut cum apparuerit princeps pasto
rum, percipiatis immarcessibilem glorie coronam. Pessime con
suetudinis est, in quibusdam ecclesiis tacere presbiteros, et presentibus
episcopis non loqui, quasi aut inuideant, aut non dignentur
audire. Et si alii inquit paulus apostolus fuerit reuelatum
sedenti prior taceat. potestis enim per singulos prophetare,
ut omnes discant. et omnes consolentur. et spiritus prophetarum prophetis
subiectus est. Non enim dissensionis est deus, sed pacis. Gloria
patris est filius sapiens. gaudeat episcopus iudicio suo, cum tales
christo elegerit sacerdotes. Docente te in ecclesia non clamor populi
sed gemitus suscitetur. lacrime auditorum laudes tue sint. Ser
mo presbiteri scripturarum dilectione conditus sit. Nolo te de
clamatorem esse et rabulam garrulumque sine ratione, sed miste
riorum peritum. uulgus admirationem facere indoctorum homi
num est. Attrita frons interpretatur sepe quod nescit. et cum aliis
suaserit, sibi quoque usurpat scientiam. Preceptor quondam meus
gregorius nazanzenus rogatus a me ut exponeret quid sibi

Non gloriatur superior tractare debet inferiores

Gloria patris est sapientia filii

inciderit in luca. Sabbatum deuterproton, id est secundo primum, ele-
ganter lusit. docebo te inquit super hac re in ecclesia, in qua omni
michi populo acclamanti cogeris invitus scire quod nescis. aut certe
si solus tacueris, solus ab omnibus stultitie condempnaberis. Nichil
tam facile quam vilem plebeculam et indoctam concionem lingue vo-
lubilitate decipere. que quicquid non intelligit, plus miratur. Marcus
tulius apud quem pulcerrimum illud est elogium. demostenes tibi
preripuit ne esses primus orator, tu ille solus in oratione pro
quinto gallio. Quid de favore vulgi, et de imperitis concionato-
ribus loquatur, attende. ne his et fraudibus ludes. loquar enim
que sum ipse nuper expertus. Unus quidam poeta nominatus homo
perlitteratus, cuius sunt illa colloquia poetarum ac philosophorum,
cum facit euripidem et menandrum inter se, et alio loco socra-
ten atque epicurum disserentes, quorum etates non annis, sed seculis sci-
mus esse disiunctas. atque hiis quantos plausus et clamores mo-
vet. Multos enim discipulos habet in teatro, qui simul litteras
non didicerant. Vestes pullas eque vita, ut candidas. Ornatus ut
sordes pari modo fugiendi, quia alterum delicias, alterum gloriam redo-
let. Non absque amictu lineo incedere, sed pretium vestium linearum
non habere laudabile est. alioquin ridiculum et plenum dedecoris
referto marsuppio quod sudarium orariumque non habeas gloriari. Sunt
qui pauperibus tribuunt, ut amplius accipiant. et sub pretextu
elemosine querunt divitias. que magis venatio appellanda est
quam elemosina. sic bestie. sic aves. sic capiuntur et pisces. Modicum
in atrio esce ponitur, ut matronarum in eo sacculi protrahantur.
Sciat episcopus cui commissa est ecclesia, quem dispensationi paupe-
rum cureque preficiat. Melius est non habere quod tribuas, quam im-
pudenter petere quod des, sed et genus arrogantie est clemen-
tiorem te velle videri quam pontifex christi est. Non omnia possumus
omnes. Alius in ecclesia oculus est. et alius lingua. alius manus.
alius pes. auris. venter. etc. lege paulum ad corintheos ubi diver-

sa menbra

sa membra unum corpus efficiunt. nec rusticus, et simplex frater
ideo se sanctum putet, si nil noverit. neque peritus et loquens
in lingua existimet sanctitatem. multoque melius est, ex duobus
imperfectis rusticitatem habere sanctam, quam eloquentiam peccatricem.
Multi edificant parietes, et columpnas ecclesie subtrahunt. Mar-
mora nitent auro, splendent laquearia gemmis, altare distin
guitur. et ministrorum xpi nulla electio est. Neque vero michi aliquis
opponat dives, in iudea templum, mensam, lucernas, turibula, patel
las, sciphos, martariola, et cetera ex aurofabris, idest artificiose
facta. Tunc hec probabantur a domino, quando sacerdotes hostias immola
bant, et sanguis pecudum erat remissio peccatorum. Quamquam hec omnia
in figuram precesserunt. Scripta sunt autem propter nos, in quos
fines seculorum devenerunt. Nunc vero cum paupertatem domus
sue pauper dominus dedicarit, portemus crucem, et delicias
lutum putabimus. Quid miramur quod xpus vocat iniquum mamo
na, quid suspicimus et amamus, quod petrus se non habere testa
tur, alioquin si tantum litteram sequimur. et in auro atque divitiis
simplex nos delectat historia, cum auro observemus, et cetera.
Ducant pontifices xpi uxores virgines, quamvis bone mentis
sit. Qui cicatricem habuerit, et deformis est privetur a sacerdotio.
lepra corporis, anime vitiis preferatur. Crescamus, et multipli
cemur, et repleamus terram, nec immolemus agnum, nec misticum
pasca celebremus, quia hec absque templo fieri lege prohibentur.
figamus septimo mense tabernaculum, et solempne ieiunium bu
cina concrepemus. Quod si hec omnia, spiritualibus spiritualia compa
rantes, scientes cum paulo quod lex spiritualis est, et david verba cane
tes, revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua,
sic intelligimus. ut dominus quoque noster intellexit, et interpretatus est,
sabbatum, aut aurum repudiemus, cum ceteris superstitionibus
iudeorum. aut si aurum placet, placeant et iudei, quos cum auro
aut probare nobis necesse est, aut dampnare. Convivia tibi vita–

Nota ex duobus imperfectis habere rusticitatem sanctam quam eloquentiam

da sunt secularium maxime eorum qui honoribus tument. Turpe est ante fores sacerdotem domini crucifixi et pauperis, et qui cibo quoque vescebatur alieno, intra lictores consulum milites excubare. Iudicemque provincie melius est apud te prandere quam in palatio. Quod si obtenderis facere te hec ut roges pro miseris atque subiectis, iudex seculi plus deferet clerico continenti quam diviti et magis sanctitatem tuam veneratur quam opes. Aut si talis est qui non audiat clericos nisi inter fialas, libenter carebo huiuscemodi beneficio et xpm rogabo pro iudice qui magis potest subvenire. Melius est enim confidere in domino quam confidere in homine. Melius est sperare in domino quam in principibus. Numquam vinum redoleas, ne audias illud philosophi: hic non est osculum porrigere sed propinare. Violentos sacerdotes et apostolus dampnat et vetus lex prohibet: qui altario serviunt vinum et siceram non bibant. Sicera ebreo sermone omnis potio nuncupatur que inebriari potest, sive illa que frumento conficitur, sive pomorum succo, aut famelico qui cum in dulcem nimis babaram potionem aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem coctisque frugibus aqua pinguior coloratur. Quidquid inebriat et statum mentis evertit fuge similiter ut vinum. Nec hoc dico quod dei a nobis creatura dampnetur, siquidem deus et dominus noster potator est appellatus et Thimotheo dolenti stomachum modica vini sorbitio relaxata est. Sed modum etatis et valitudinis et corporum qualitates exigimus in potando. Quod si absque vino ardeo et adolescentie inflammor calore et tenui sanguine suculento valido quesitum corpore, libenter carebo poculum in quo suspicio veneni est. Pulcre dicitur apud grecos, sed nescio utrum apud nos eque resonet: pinguis venter non gignit sensum tenuem. Tantum tibi ieiuniorum impone quantum ferre potes. Sint tibi ieiunia pura casta simplicia moderata et non superstitiosa. Quid prodest oleo non vesci

et molestias quasdam difficultates que ciborum querit caritas
piper nuces palmarum fructus similam mel pistacia tota
ortorum cultura vexatur ut cibario non vescantur pane audio
preterea quosdam contra rerum hominumque naturam aquam non
bibere nec vesci pane sed sorbitiunculas delicatas et contrita o
lera betarumque sucum non calice sorbere sed concha pro pudor non
erubescimus istius modi ineptiis nec tedet superstitionis insuper
etiam famam abstinentie in deliciis querimus fortissimum ie
iunium est aqua et panis sed quia gloriam non habet et omnes
pane et aqua vivimus quasi publicum et commune ieiunium non
putatur. Cave ne hominum rumusculos aucupris ne in offensam
dei populorumque laudes commutes. Si adhuc inquit apostolus homi
nibus placerem Christi servus non essem desiit placere hominibus
et servus factus est Christi per bonam et malam famam a dex
tris et a sinistris Christi miles graditur nec laude extollitur nec
vituperatione frangitur non divitiis tumet non contrahitur
paupertate et leta contempnit et tristia per diem sol non
uret te neque luna per noctem nolo te orare in angulis pla
tearum ne rectum iter precum tuarum frangat aura popularis
nolo te dilatare fimbrias et ostentui habere filaterias et
conscientiam repugnantem pharisaica ambitione circum
dari hinc dependet evangelium inde lex et prophete fidelis me
um lector intelligis quod taceam et quid magis tacendo lo
quar tot regule sunt species gloriarum Quanto melius erat non
in corpore sed in corde gestare dominum habere fautorem non
aspectus hominum vis scire qualis dominus querat ornatus habeto
iusticiam prudentiam temperantiam fortitudinem his
celi plagis includere hec quadriga velut aurigam Christi ad
metam concitum ferat nichil hoc monili preciosius nichil
hac gemmarum varietate distinctius ex omni parte decoraris cin
geris atque protegeris et ornamento tibi sint et tutamini

vide quod detractores famam

Scene vertuntur instituta Caue quoque ne aut linguam aut aures ha
beas prurientes id est ne aut ipse aliis detrahas aut alios audias
detrahentes Sedens inquit adversum fratrem tuum loquebaris detra
hendo et adversus filium matris tue ponebas scandalum hec fecisti
et tacui existimasti inique quod ero tibi similis Arguam te et sta
tuam contra faciem tuam Subaudiatur parce detractioni lingue
custodi sermones tuos et cuncta que de aliis ei loqueris nec tua
sententia iudicaris et in hiis ipse deprehendendus eris que
in aliis arguebas Neque vero illa iusta est excusatio referentibus
Aliis iniuriam facere non possum Nemo invito auditori libe

Nota

ter refert Sagitta in lapidem numquam figitur interdum resili
ens percutit dirigentem Discat detractor dum te videt non
libenter audire non facile detrahere Cum detractoribus ait
salomon ne commiscearis quoniam repente veniet perditio eorum
et ruinam utriusque quis novit tam videlicet eius qui de
trahit quam illius qui aurem accommodat detrahenti Officii
ergo tui est languentes visitare nosse domos matronarum
ac liberos earum et nobilium virorum custodire secreta Officii ergo
tui sit non solum oculos castos servare sed et linguam Num
quam de mulierum formis disputes nec quid in cuiusdam do
mo agatur alia domus per te noverit ypocrates adiurat
discipulos antequam doceat et in verba sua iurare compellit
extorquet sacramento silentium sermone incessum mansue
tudinem habitum moresque describit Quanto magis nos qui
bus animarum medicina commissa est omnium xpianorum domos quasi
proprias amare debemus Consolatores nos in meroribus
suis potius quam convivas in prosperis noverint Facilius con
temnitur clericus qui sepe vocatus ad prandium non recusat
numquam petentes raro accipiamus rogati Beatius est magis
dare quam accipere Nescio quo enim modo etiam ipse qui
deprecatur ut tribuat cum acceperis viliorem te iudicat et

mirum in modum si eum rogantem contempseris plus te potius venerantur predicator continentie nuptias non consili et qui apostolum legit super est ut qui habent uxores tamquam non habentes sint cur virginem cogat ut nubat qui de monogamia sacerdos est quare viduam orat ut bigama sit procuratores atque dispensatores domorum alienarum atque villarum quomodo esse possint clerici qui proprias iubentur contempnere facultates amico rapere quippiam furtum est ecclesiam fraudare sacrilegium est accepisse pauperibus erogandum et esurientibus plurimis vel cautum esse velle vel timidum aut quod apertissimi sceleris est exinde aliquid subtrahere omnium predonum crudelitatem superat Alter fame torquetur et tu iudicas quantum ventri eius satis sit aut divide statim quod acceperis aut si timidus dispensator es dimitte largiorem ut sua ipse distribuat Nolo sub occasione mea sacculus tuus plenus sit Nemo mea melius me servare potest Optimus est qui nichil sibi servat dispensator Coegisti me nepotiane karissime lapidato iam virginitatis libello quem sancte eustochie rome scripseram post annos decem rursum bethleem ora reserare et confodiendum me linguis omnium prodere aut enim nichil scribendum fuit ne hominum iudicium subiremus quod tu facere noluisti aut scribentes nosse adversum nos cunctorum maledicorum tela esse torquenda quos obsecro ut quiescant et desinant maledicere Non enim ut adversariis sed ut amicis scripsimus Nec invecti sumus in eos qui peccant sed ne peccent monuimus Neque in illos tantum sed in nos ipsos severi iudices fuimus volentesque festucam de oculo alterius tollere nostram prius trabem eiecimus nullum lesi nullus absque nomine saltim descriptione est signatus Neminem specialiter meus sermo pulsavit Generalis de vitiis disputatio est Sed qui michi irasci voluerit prius ipse de se quod talis est confitebitur-

Ieronimus beatus ad eustochium filiam sancte paule de virginitate servanda al' vita sanctimonialium

Audi filia et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum et domum patris tui, et concupiscet rex decorem tuum. In xliiii psalmo deus ad animam loquitur humanam, ut secundum exemplum abrahe, exiens de terra sua et de cognatione sua, relinquat caldeos, qui quasi demonia interpretantur, et habitet in regione viventium, quam alibi propheta suspirat dicens, Credo videre bona domini in terra viventium. Verum non sufficit exire de patria nisi obliviscaris populi et domorum patris tui, et carne contempta sponsi iungaris amplexibus. Ne respexeris inquit retro nec steteris in omni circa regione, sed in monte salvum te fac, ne forte comprehendaris. Non expedit apprehenso aratro respicere post tergum, nec de agro reverti domum, nec post christi tunicam ad tollendum aliud vestimentum tecta descendere. Grande miraculum, pater filiam cohortatur, ne meminerit patris sui, de quo dictum est, vos de patre dyabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere. Dicitur ad iudeos, et alibi. Qui facit peccatum de dyabolo est. Tali primo parente generati nigri sumus, et post penitentiam, necdum culmine virtutis ascenso, dicamus, Nigra sum et speciosa filia ierusalem. Exivi de domo infantie mee, oblita sum patris, renascor in christo. Quid pro hoc mercedis accipio. Sequitur, et concupiscet rex decorem tuum. Hoc illud ergo est magnum sacramentum, propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adherebit uxori sue, et erunt ambo in carne una. Iam non ut ibi in carne una, sed spiritu. Non est sponsus tuus arrogans, non superbus, ethiopissam duxit uxorem. Statim ut volueris sapientiam veri audire salomonis, et ad eum veneris, confitebitur tibi cuncta que novit, et inducet te rex in cubiculum suum. Et mir

in modum colore mutato sermo tibi ille conueniet. que est
ista que ascendit dealbata. hoc idcirco in domina eustochium.
dominam quippe debeo uocare sponsam domini mei ihesu xpi. ut
ex ipso principio lectionis agnoscas non me nunc laudes uir-
ginitatis esse dicturum, quam probasti optimam. quam consecu-
ta es. nec enumeraturum molestias nuptiarum, quo uterus intu-
mescat. infans uagiat. cruciet pellex. domus cura sollicitet. et
omnia que putantur bona mors extrema precidat. habent enim
et maritate ordinem suum. honorabiles nuptias, et cubile in-
maculatum. sed ut intelligas tibi exeunti de sodoma timendum
esse loth uxoris exemplum. Nulla in hoc libello adulatio. ad-
ulator quippe blandus inimicus est. Nulla erit rethorici pom-
pa sermonis. que te iam inter angelos statuat. et beatitudine
uirginitatis exposita mundum subiciat sub pedibus tuis. Nolo
tibi uenire superbiam de proposito, sed timorem. Onusta incedis.
auro latro uitandus est. Stadium est hec uita mortalibus. hic con-
tendimus ut alibi coronemur. Nemo inter serpentes et scorpi-
ones securus ingreditur. Inebriatus est inquit dominus gladius
meus in celo. et tu pacem arbitraris in terra que tribules ger-
minat. et spinas. quam serpens comedit. Apostolus dicit. Non est
nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed ad-
uersus principatus et potestates huius mundi. rectores ear-
tenebrarum aduersus spiritualia nequitie in celestibus magnis i-
inimicorum circumdamur agminibus. hostium plena sunt omnia.
Caro fragilis. et cinis futura post modicum pugnat sola cum
plurimis. Cum autem fuerit dissoluta, et uenerit princeps
mundi huius et inuenerit in ea peccati nichil. Tunc secura
audiens per prophetam. Non timebit a timore nocturno. et sa-
gitta uolante per diem, a negotio perambulante in tene-
bris. ab incursu et demonio meridiano. Cadent a latere tu-
o mille. et decem milia a dextris tuis. Ad te autem non appro-

propinquabunt. Quod si eorum te multitudo turbauit et singula m
incitamenta uiciorum ceperis estuare, et dixerit tibi cogitatio tua
quid faciemus. Respondebit tibi helyseus propheta, noli timere
quoniam plures nobiscum sunt, quam cum illis. et orabit et dicet domine
aperi oculos puelle tue ut uideat. et apertis oculis tuis uidebis cur
rum igneum, qui te ad exemplum helye in astra sustollat. et tunc le
ta cantabis. anima mea quasi passer, erepta est de laqueo uenan
cium. laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Quam diu hoc
fragili corpusculo detinemur. quam diu habemus thesaurum istum
in uasis fictilibus, et concupiscit spiritus aduersus carnem, et caro ad
uersus spiritum. nulla est certa uictoria. Aduersarius noster dyabo
lus tamquam leo rugiens, aliquem deuorare querens, circuit. posu
isti ait dauid tenebras. et facta est nox. in ipsa pertransibunt omnis
bestie siluarum. Catuli leonum rugientes. ut rapiant. et querant
a deo escam sibi. Non querit dyabolus infideles homines. non eos
qui foris sunt, et quorum carnes rex assirius in olla succendit.
de ecclesia christi rapere festinat. Esce eius secundum abacuc electe sunt.
Iob subuertere cupit, et deuorato iuda ad cribrandos apostolos expe
tit potestatem. Non uenit saluator pacem mittere super terram
sed gladium. Cecidit lucifer qui mane oriebatur, et ille qui in para
diso deliciarum nutritus est, meruit audire. Si alte fueris ut a
quila inde te detraham, dicit dominus. Dixerat enim in corde suo super
sydera celi ponam sedem meam, et ero similis altissimo. Vnde cot
tidie ad eos qui scalam iacob sompniantis descendunt, loquitur
deus. Ego dixi dii estis. et filii altissimi omnes. Vos autem sicut
homines moriemini. et tamquam unus de principibus cadetis.
Cecidit enim primus dyabolus. et cum stet deus in synagoga deo
rum, et in medio autem deos discernit. Apostolus eis qui dii esse
desinunt scribit. Vbi enim in nobis sunt dissensiones, et e
mulationes, nonne homines estis. et secundum homines ambulatis.
Si paulus apostolus uas electionis, et preparatus in euangelio christi ob

Nota
diabolus non infestat infideles qui sui sunt

carnis aculeos et incentiua uicioꝝ reprimit corpus ſuũ et ſer
uituti ſubicit ne alijs predicans ipſe reprobus inueniatur.
et tamen uidet aliam legem in menbris ſuis repugnantem
legi mentis ſue et captiuantem ſe in lege pcti. ſed poſt nudita
tem. ieiunia. famem. carcerem. flagella. ſupplicia. inſemetipſum re
uerſus exclamat dicens. Infelix ego homo. quis me liberabit
de corpore mortis hui9. tu te putas ſecuram eſſe debere. Caue
queſo. nequando et de te dicat deus. Virgo iſrl' cecidit non eſt q
ſuſcitet michi eam. Audenter dicam, cum omĩa poſſet deus ſuſci
tare virginem non poteſt poſt ruinam. Valet quidẽ liberare de
pena ſed non vult coronare corruptam. Timeam9 illam pphãm
ne in nob' ẽ compleatur. et virgines bone deficient. Obſerua quid
dicat. et virgines bone deficient. quia ſunt et virgines male. Qui
viderit mulierem ad concupiſcendum eam iam mechatus eſt
eam in corde ſuo. perit ergo et mente virginitas. Iſte ſunt virgi
nes male. virgines carne non ſpũ. virgines ſtulte. que oleum
non habentes excluduntur a ſponſo. Si aũt et ille q virgines
ſunt ob alias tamen culpas virginitate corporũ non ſaluantur.
quid fiet illis q proſtituerint menbra xpi et mutauerũt
templum ſancti ſpũs in lupanar. Illico audient pphãm dicẽte.
Deſcende ſede in terra virgo babilonis filia. ſede in terra. nõ eſt
tronus filie caldeoꝝ. Non vocaberis mollis et delicata. Accipe
molam mole farinã. diſcoperi velamen tuũ. denuda crura
tua. tranſi flumina. reuelabitur ignominia tua. apparebunt ob
probria tua. et hoc poſt dei filij thalamũ poſt oſcula fratrue
lis et ſponſi. et poſt illam de qua quondam ſermo ppheticus con
tinebat. Aſtitit regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato,
circumdata. nudabitur. et poſteriora eius ponentur in faciem ipſi9.
ſedebit ad aquas ſolitudinis et poſito vaſe diuaricabit pe
des ſuos omni tranſeunti et uſque ad verticem polluetur. Rectius
fuerat hominem ſubiſſe coniugium. ambulaſſe per plana quam ad

quam ad altiora tendentem in profundum inferni cadere Sion
fiat obsecro ciuitas meretrix filia syon ne post trinitatis
hospicium ibi demones saltent et syrene nidificent et yricij
non soluantur fascia pectoralis tui sed statim ut libido titillauit
sensum et blandum voluptatis incendium dulci nos calore per
fuderit erumpamus in voce dominus auxiliator meus non time
bo quid faciat michi caro Et cum paululum interior homo
inter vicia atque virtutes ceperit fluctuare dicito Quare tris
tis es anima mea et quare conturbas me Spera in deo quoniam
adhuc confitebor tibi salutare vultus mei et deus meus Nolo
sinas cogitaciones crescere Nichil in te babilonium Nichil confu
sionis adolescat dum paruus est hostis interficere nequiciam
elidatur in semine Audi psalmistam loquentem filia babilo
nis misera beatus qui retribuet tibi retribucionem tuam
Beatus qui tenebit et allidet paruulos suos ad petram.
Quia enim impossibile est in sensu hominis non irruere mo
dum medullarum calorem ille laudatur ille predicatur Beatus
qui statim ut ceperit cogitare interficit cogitatus et allidet
eos ad petram petra autem est christus O quociens ego ipse in
heremo constitutus et in illa vasta sollitudine que exusta so
lis ardoribus horridum monachis prestat habitaculum pu
tabam me romanis interesse delicijs Sedebam solus quia
amaritudine repletus eram horrebant saccos membra def
formia squalida cutis situm ethiopice carnis adduxerat Cot
tidie lacrimas cottidie gemitus et si quando repugnantem som
nus imminens oppressisset nuda humo vix membra heren
cia collidebam De cibis vero potu taceo cum etiam languentes
monachi aqua utantur frigida et coctum aliquid luxuria
sit Ille igitur ego qui ob gehenne metum tali me carcere
ipse dampnaueram scorpionum tantum socius et ferarum sepe cho
ris intereram puellarum pallebant ora ieiunijs et mens

Nota de austoritate Jeronimi

Nota monachi quod debent comedere et bibere

estuabit in frigido corpore et ante hominem suum iam carne
mortua sola libidinum incendio bulliebant itaque omni auxilio
destituta ad ihesum iacebam pedes rigabam lacrimis crine ter-
gebam et repugnantem carnem ebdomadarum inedia subiu-
gabam. Non erubesco confiteri infelicitatis mee miseriam
quin potius plango me non esse quod fuerim memini me clamā-
tem diem crebro iunxisse cum nocte nec prius cessasse a pecto-
ris verberibus quam rediret domino increpante tranquillitas.
Ipsam quoque cellulam meam quasi cogitationibus consciam per-
timescebam et michimet iratus et rigidus solus deserta pene-
trabam. Sic ubique concava vallium aspera montium rupium pre-
rupta cernebam ibi mee orationis locus illud miserrime car-
nis ergastulum et ut michi testis est dominus post multas lacri-
mas post celo oculos inherentes nonnumquam videbam michi
interesse agminibus angelorum et letus gaudensque cantabam.
post te in odorem unguentorum tuorum curremus. Si autem hec sus-
tinent illi temptationis libidinum qui exeso corpore solis cogi-
tationibus oppugnantur quid patitur puella que deliciis vivit
semper illud apostoli vivens mortua est. Si quid itaque in me pot-
esse consilii si experto creditur hoc primum moneo hoc obtestor ut spon-
sa christi vinum fugiens pro veneno vitet hec adversus adolescentiam
prima arma sunt demonum. Non sic avaritia quatit sic inflat su-
perbia delectat ambitio. Facile hic caremus vitiis hic hostis
inclusus est quocumque pergimus nobiscum portamus inimicum
vinum et adolescentia duplex est incendium voluptatis. Quid
oleum flamme adicimus quid ardenti corpusculo fomenta ig-
nium ministramus. Paulus ad thimotheum sic scribit. Iam no-
li aquam bibere sed vino modico utere propter stomachum
tuum et frequentes tuas infirmitates vide quibus causis vini
potio conceditur vix hec stomachi dolor et frequens meretur
infirmitas et ne nobis forsitan de egrotationibus blandire-

Nota de vino fuge

de vino

de proibicioñ vini

mur modicum precepit esse sumendum medici pot⁹ consi
lio quã apli licet aplũs sit medicus spiritualis et no thimote⁹
in becillitate supat⁹ euãgelij predicandi non posset implere of
ficiũ alioquin aplũs se dixisse meminerat et vinũ in quo est luxu
ria et bonũ est homini vinũ non bibere et carnem non manduca
re Noe vinũ bibit et inebriatus est post diluuiũ rudi adhuc se
culo et tunc pⁱmũ plantata vinea inebriari vino forsitan nescie
bam Et ut intelligas scripture in oĩbus sacramentũ Margarita
quippe est sermo dei et ex omĩ parte forari potest Ebrietatem nu
dacio femorum subsecuta est libido iũcta luxurie est prius vent⁹
statim menbra concitant⁹ et cetera Audi de illa quid dicat scp
tum Manducauit eiũ populus et bibit et surrexit lutere loth
amicus dei in monte saluatus et de tot milibus ppli solus iust⁹
inuenius inebriat⁹ a filiabus suis et licet ille putarũt genus
hoĩm defecisse h⁹ facerent liberorum magis desiderio quã libidĩs
tamen virũ iustum sciebant h⁹ ñ ebriũ non esse facturum Denique
Quid fecerit ignorauit et quãquã voluptas non sit in crimĩe
Error in culpa est Inde nascunt⁹ moabite et amonite inimici
Icro usque ad qrtam et decimã progeniem et usque ineternũ
non ingrediũt⁹ in ecclãm dei Helyas cum Iezabel fugeret
et sub quercu fessus iaceret veniente angelo suscitat⁹ et dicit⁹
ei Surge et manduca et respexit et ecce ad caput eius panis oli
se idest panis ordeatius et uasa aque re uera non poterat de⁹
conditum ei merum mittere et exoletos cibos habundantes
et laudatiores et carnes contrusione mutatas Helyseus fili⁹
pphãrum inuitauit ad prandiũ et herbis agrestibus eos ales
consoni prandentiũ audit clamorem mors in olla homo dei
non iratus est coqs lautioñs n· mense consuetudinem ñõ ha
bebat sed farina desuper iacta amaritudinem dulcorauit
eadem sps virtute quã moyses mutauerat mirram in dulce
dinem Necnon ad illos qui ad se comprehendendũ vene

cecauit oculis pariter et mente cecatos cum samariam nescios in
troduxit quibus eos epulis refici imperarit ausculta Pone
eis panem et aquam et manducent et bibant et remittantur
ad dominum suum potuit et danieli regis ferculis fieri opulentior me-
sa transferri Sed abbacuc messorum prandium portat arbitror
rusticanum ideoque et desideriorum uir appellatus est quia panem
desiderii non manducauit et uinum concupiscentie non bibit
Innumerabilia sunt scripturis respersa diuinis que gulam
dampnent et simplices cibos prebeant Uerum quia nunc non est
propositum de ieiuniis disputare et uniuersa exequi sui tituli
et uoluminis est hec sufficiant pauca de plurimis Alioquin ad exem
plum horum poteris tibi ipsa colligere Quomodo et primus de
paradyso homo uentri magis obediens quam deo in hanc lacri
marum deiectus est uallem Et ipsum dominum sathanas temptauerit
in deserto et apostolus clamitet esca uentri et uenter escis et deus
autem et hunc et illas destruet et de luxuriosis quorum deus uen-
ter est id enim colit unusquisque quod diligit Ex quo sollicite proui
dendum est ut quos saturitas de paradiso expulit reducat e
suries Quod si uolueris respondere te nobili stirpe generatam semper
in deliciis semper in plumis non posse a uino et excellentioribus
cibis abstinere nec his legibus uiuere districtius respondendo
uiue ergo lege tua que deo non potes non quos deus uniuer-
sitatis creator et dominus intestinorum tuorum rugitu et in uanitate
uentris pulmonumque delectetur ardore sed quod aliter pudicitia tuta
esse non possit nisi per abstinentiam Iob deo carus et testimo
nio ipsius inmaculatus et simplex audi que de dyabolo suspicetur
uirtus eius in lumbis eius et potestas eius in umbilico Honeste
uiri mulierisque genitalia appellata nominibus Unde et de lum
bis dauid super sedem eius promittitur esse sessurus et lxxv ani
me introierunt egiptum que exierunt de femore iacob et post
quam colluctante se deo latitudo femoris eius emarcuit ab eorum

Contra illos qui dicunt delicate uixi abstinentiam facere non possum

opere cessauit et qui pascha futurus a cunctis mortificatus est
quia limbis facere precipitur. Et a dyabolo loquitur dominus accin
ge sicut uir lumbos tuos. Et iohannes zona pellicia cingitur
et apostoli iubentur accinctis lumbis habere in manibus euuangelij
lucernas. Ad ierusalem uero que respersa sanguine in campo inuenitur
erroris in ezechiele dicitur: Non est precisus umbilicus tuus.
Omnis igitur aduersus uiros dyaboli uirtus in lumbis est. Omnis
in umbilico contra feminas fortitudo. Vis scire ita esse ut di
cimus accipe exemplum. Sampson leone fortior saxo duri
or et qui unus et nudus mille est persecutus armatos in dali
de mollescit amplexibus. Dauid secundum cor domini electus
et qui uenturum xpm sancto sepe ore cantauerat postquam
deambulauerat super tectum domus sue bersabee captus est
nuditate adulterio iunxit homicidium. Vbi et illud breuiter
attende quod nullus sit etiam in domo tutus aspectus. Qua
propter ad dominum penitens loquitur: Tibi soli peccaui et malum
coram te feci. Rex enim alium non timebat. Salomon per quem
cecinit ipsa sapientia qui disputauit a cedro libani usque ad
ysopum qui exijt per parietem recessit a domino. Quare
quia amator mulierum fuit. Et ne aliquis etiam de sangui
nis sibi propinquitate confidat et illicito thamar sororis amo
re fratris exarsit incendium. Piget dicere quot cotidie uirgines
deo sacrate ruant quantas de suo gremio ecclesia mater perdat
super que sydera superbus inimicus ponat tronum suum quot
petras excauetur habitet coluber in foraminibus earum et ple
rasque uideas antequam nuptas infelici conscientia mentitas tantum
ueste fusca protegere quas nisi tumor uteri et infantium
prodiderit uagitus sanctas et castas se esse glorificant et
erecta ceruice et ludentibus pedibus incedunt. Alie uero
sterilitatem prebibunt et necdum nati hominis homicidium
faciunt. Non nulle cum se senserint concepisse de scelere

abortim venena medicant et frequenter etiam ipse commor
tue trium criminū ree ad inferos perducunt homicide sui
xpi adultere nec dum nati filij parricide iste sunt que solent
dicere omnia munda mundis sufficit michi conscientia mea
Cor mundum desiderat deus Cur me abstineam a cibis quos
creavit deus ad utendum et si qñ lepide et festive volunt
videri et se nunc mero ingurgitaverint Ebrietate sacrilegi
um copulantes aiūt absit ut ego me a xpi sanguine absti
neam et quam viderint tristem atque pallentem miseram et mo
nacham et manicheam vocant et consequenter tali enim proposi
to ieiunium vocant heresim hee sunt qui per publicum nobilit
incedunt et furtivis oculorum nutibus adolescentie gregem
post se trahunt que semper audiunt per prophetam facies me
tricis facta est tibi inpudorata es tu purpura tantum in ves
te tenuis et laxius ut crines decidant et ligatum caput
soccus vilior et per humeros coma forte volitans Stricte
manice brachijs adherentes et solutis et genibus fractus
incessus hec est apud illas tota virginitas habeant istius
modi laudatores suos et sub virginali nomine lucrosius
pereant libenter talibus non placemus pudet dicere pro nefas
triste sed verum est unde in ecclesias agapetarum pestis in
troivit unde sine nuptijs aliud nomen uxorum immo unde no
vum concubinarum genus plus inferam unde meretrices
univire eadem domo uno cubiculo sepe uno tenerentur
et lectulo et suspiciosos nos vocant si aliquid estimemus
frater qui spiritualis et sororem virginem deserit celi
bem spernit virgo germanum et cum eodem proposito esse se
simulent querunt alienorum spirituale solatium ut domi
habeant carnale commercium istius modi homines in pro
verbijs salomonis arguit deus dicens Alligavit quis in
sinu ignem et vestimenta eius non comburentur sicut

Cur me abstineam a cibis quos deus creavit ad utendum

ambulauit super carbones ignis et pedes eius non ardebunt Explosis igitur et exterminatis hiis que nolunt esse virgines sed uideri nunc ad te michi omnis dirigetur oratio que quanto primo Romane urbis uirgo nobilis esse cepisti tanto tibi amplius laborandum est ne et presentibus bonis careas et futuris Et quidem molestias nuptiarum et incerta coniugii de domestico exemplo didicisti cum soror tua blesilla etate maior sed proposito minor post acceptum maritum septimo mense uiduata est O infelix humana conditio et futuri nescia virginitatis coronam et nuptiarum perdidit uoluptatem Et quamquam secundum pudicitie gradum teneat uiduitas tamen que illam per momenta sustinere estimas cruciamenta spectantes cotidie in sorore quod ipsa perdiderit Et cum difficilius experta careat voluptate minorem continentie sciat habere mercedem Sit tamen et illa secura sit gaudens quod centesimus et sexagesimus fructus de uno sunt semine castitatis Nolo habeas consortia matronarum Nolo ad nobilium accedas domos Nolo te frequenter uidere quod contempnens esse uoluisti uirgo Si sibi solent applaudere mulierculae de iudicibus uiri et in aliqua positis dignitate si ad imperatoris uxorem concurrit ambitio salutantium cur tu facias iniuriam uiro tuo Ad hominis coniugem dei sponsa quid properas Disce in hac parte superbiam sanctam Scito te illis esse meliorem Neque vero earum te tantum cupio declinare congressus que maritorum inflantur honoribus quas eunuchorum greges sepiunt et in quarum uestibus attenuata in filum metalla auri texuntur Sed etiam eas fuge quas uiduas necessitas fecit non uoluntas non quod mortem optare debuerint maritorum sed quod data occasione pudicitie libenter audire debuerint Nunc autem tantum ueste mutata pristina non mutatur ambitio precedit caternas basternarum ordo semiuirorum et rubentibus buccis cutis farsa distenditur ut eas putes maritos non amisisse sed querere

plena adulatoribus plena domus conuiuiis. Clerici ipsi quos et magisterio eis esse oportuerat et timori osculantur capita matronarum et extensa manu benedicere eos putes si nescias pretium accipiunt salutandi. Ille interim que sacerdotes suo viderint indigere presidio eriguntur in superbiam et quia maritorum experte dominatum uiduitatis preferunt libertatem caste vocantur et nonne post cenam dubiam apostolos somniant. Sint tibi socie quas ieiunia tenuant quibus pallor in facie est quas etas probauit et uita que cotidie in cordibus suis canunt ubi pascis ubi cubas in meridie que ex affectu dicunt cupio dissolui et esse cum christo. Esto subiecta parentibus imitare sponsum tuum. Rarus sit egressus in publicum martires tibi querantur in cubiculo tuo. Numquam causa deerit procedendi si semper quando necesse est processura sis. Quare moderatos cibos et numquam sit tibi uenter expletus. Plurime quippe sunt que cum vino sint sobrie ciborum largitate sunt ebrie. Ad orationem tibi nocte surgenti non indigestio tibi ructum faciat sed inanitas. Crebrius lege et disce quam plurima. Tenenti codicem somnus surrepat et cadentem faciem pagina sancta suscipiat. Sint tibi cotidiana ieiunia refectio ad uesperum sacietatem fugiens. Nichil prodest biduo triduoque transmisso uacuum portare uentrem si pariter obruatur si compensatur saturitate ieiunium. Illico mens repleta torpescit et irrigata humus spinas libidinum germinat. Si quando senseris exteriorem hominem florem adolescentie suspirare et ada accepto cibo cum te in lectulo composueris dulcis libidinum pompa concusserit arripe scutum fidei in quo ignite dyaboli extinguantur sagitte. Omnes adulterantes quasi clibanus corda eorum. At tu christi comitata uestigiis et sermonibus eius intenta dic nonne cor nostrum erat ardens in via cum aperiret nobis scripturas et illud ignitum eloquium tuum et seruus tuus dilexit illud. Difficile est humanam animam aliquid non amare necesse est ut in quoscumque mens nostra trahatur

affectus Carnis amor spū amore superetur desideriū desiderio re
stringatur Quidq; inde minuit hic crescit Qui potius semper in
genūa et dic super lectulum meum in noctibus quesiui quem
diligit anima mea Mortificate ait aplūs menbra vestra que sūt
super terram Unde et ipse confidenter aiebat Viuo autem iam
non ego viuit vō in me xp̄us Qui mortificat menbra sua
et in ymaginem perambulat non timet dicere Factus sum
sicut uter in pruina Quidq; n. in me sūt humoris libidīs
excoctum est Infirmata sunt in ieiunio genua mea Et obli
tus sum manducare panem meum A voce gemitus mei ad
hesit os meū carni mee Esto cicada nocturni Laua per singu
las noctes lectum tuū lacrimis stratum tuū riga Vigila fieri
sicut passer in solitudine psalle spū psalle spū psalle sensu.
Benedic anima mea dn̄m et ne obliuiscaris om̄es retributi
ones eius qui ꝓpiciatur cunctis iniquitatibus tuis qui sanat
om̄es infirmitates tuas et redimet ex corruptione uitā tuam
Cuius mēn excordā dicē potest quia cinerem quasi panem mā
ducabam et potionem meam cum fletu miscebam Cui nō flen
dum est non gemendum cum me rursum serpens inuitat
ad illicitos cibos Cum de padyso virginitatis eiectum tunicis
vult uestire pelliceis quas helyas ad padysum rediens pro
iecit in terra Quid michi et voluptati que cito breui perit
Qui cum hic dulci et mortifero carmine syrenaꝝ Nolo teil
lis subiacere sententie que in homīe est lata dampnato in do
loribus et anxietatibus paries mulier. Lex ista non est mea
sed dei Et ad uirū conuersio tua sit conuersio illius ad maritum
qui uirū non habet xp̄m Et ad extremū morte morieris fi
nis iste coniugij Meum ꝓposit sine sexu est habeant nupte
suū tempus Siam titulus michi virginitatis in maria dedi
catus et pro xp̄o dicat aliquis et audes nuptijs detrahere que
a dn̄o bn̄dicte sunt Non est detrahere nuptijs cum illis vir

ginitas ante fertur ſ nemo malū bono compat Glorient[ur] et
nupte cum a virginibus sint scđe Cresc[i]te ait et multiplica
mini et replete terram Crescant et multiplicet[ur] ille qui imple
turus est terram Tuū agmen in celis est Cresc[i]te et multipli
camini h[oc] expletur edictum post paradisum et nuditatē et
ficus folia illi suspicantia pruriginem nuptiarū Nubat et
nubatur ille qui in sudore faciei panem suū comedit Cui
terra tribulos germinat et spinas cui herba sentib[us] suffocat[ur]
meum semen centena fruge fecundū est Non omēs capiūt
verbum dei sed hij quibus datū est Aliū eunuchū necessi
tas faciat me voluptas sicut scriptum est Tempus amplex
andi et tempus abstinendi manus a complexu et temp[us]
mittendi lapides et tempus colligendi Postq[ua]m de duri
cia nationū generati sunt filij abraham ceperunt sancti
lapides volui super terram ptrāseūt quippe mundi illius
turbines et in curru dei rotarū celeritate voluūtur Con
suant tunicas qui inconsutam desuper tunicam perdi
derunt Quos vagitus delectat infantū in ipso lucis exor
dio fletu lugentes conati sunt Eua in paradyso virgo fuit
post pelliceas et tunicas initiū nuptiarū tua regio para
dysus si conseruas q[uo]d nata es Et dic cum ꝓpħa Reuertē
anima mea In requiem tuam Et ut scias virginum esse
nature nuptias post delictum virgo nascit[ur] caro de nup
tijs in fructu reddens q[uo]d in radice perdiderat Exiet vir
ga de radice iesse et flos de radice ascendet Virgo mater
est domini simplex pura sincera nullo extrinsecus ger
mine cohe[re]ntem et ad similitudinē dei unione fecunda
virge flos xp̄us est Ego flos campi et liliū cōuallium Qui et
in alio loco lapis predicat[ur] abscisus de monte sine manu
significante ꝓpħa virgine nasciturū esse de virgine ma
nus quippe accipiūt pro opere nuptiarū ut alibi sinistra ei[us]

quomodo intelligitur crescite et multiplicamini.

sub capite meo et dextera illius amplexabit(ur) me In cuius sen
sus congruit voluntatem et iam illud q(uo)d animalia in archa
noe bina inducunt(ur) immu(n)da sunt impar n(umer)us est mu(n)dus Q(uo)d
moyses et ih(esu)s naue nudis in sanctam t(er)ram pedibus iubentur
incedere et discipuli sine calciamentor(um) onere et vinclis pel
lium ad predicatione(m) novi eva(n)gelii destinant(ur) Q(uo)d milites ves
timentis ih(es)u sorte divisis caligas non habuere quas tollerent
Nec enim poterat habere dominus q(uo)d prohibetur servis Laudo
nuptias laudo co(n)iugium s(ed) quia michi virgines generant Lego
de spinis rosam de terra aurum de concha margaritam Nu(m)q(ui)d
qui arat tota die arabit et non(ne) et laboris sui fruge letabit(ur)
sed dicit forsitam mater tua plus honorant(ur) nuptie q(uam) vir
go q(uo)d de illo nascit(ur) plus amat(ur) Q(uo)d invides m(atr)i filie violac
te nutrita est tuis concreata visceribus In tuo adoleuit sinu
tu illam virginem sedula pietate servasti et nunc indignaris
q(uo)d noluit militis uxor esse sed regis Grande tibi beneficium
prestitit socrus dei esse cepisti De virginibus inquit ap(osto)lus
preceptum dei non habeo Cur quia ip(s)e ut esset virgo non fuit
imperii sed p(ro)prie voluntatis neq(ue) enim audiendi sunt qui eum uxo
rem habuisse confingunt cum de continentia disserens et suadens
per suam imitationem castitatem intulerit volo autem homines
esse sicut me ipsum Dico autem in nuptis et viduis bonum est illis
si sic permanserint sicut et ego et in alio loco Numquid non
habemus potestatem uxores circumducendi sic(ut) ceteri ap(osto)li Qua
re ergo non habet d(omi)n(u)s de virginitate preceptum quia maioris
est meriti q(uod) non cogitur sed offertur Quia si fuisset virginitas
imperata nuptie videbant(ur) ablate et durissimu(m) erat c(ontra) n(atura)m
cogere angelorum(que) vitam ab hominibus extorquere et id q(uo)d(am)mo(do)
dampnare q(uo)d conditum est Alia fuit in veteri lege felicitas Ibi
dicit(ur) beatus qui habet semen in syon et domesticos in ih(erusa)l(e)m et
maledicta sterilis que non pariebat et filii tui sicut novelle

Vtru(m) an nuptie debeat c(om)
parari virginitati

olivaru(m)
in cir

oliuarum in circuitu mense tue et repromissio diuiciarum qui
non erit infirmus in tribubus tuis Nunc dicitur de eunuchis
se te lignum arbitreris aridum habes locum pro filiis et filiabus
in celestibus sempiternum Nunc benedicuntur pauperes et lazarus
diuiti prefertur in purpura Nunc qui infirmus est fortior est
vacuus erat orbis et ut de typicis taceam propterea de post-
eritate ea sola erat benedictio liberorum propterea et abraham
iam senex cethure copulatur et iacob mandragoris redimitur
et conclusa vulua in ecclesie figura rachael pulcra conqueritur
Paulatim vero increscente segete messor inmissus est Vir-
go elias helyseus virgo virgines multi filii prophetarum iere-
mie dicitur et tu ne accipies uxorem Sanctificatus in utero
captiuitate propinqua uxorem prohibetur accipere Aliis ver-
bis ad ipsum loquitur apostolus Existimo hoc bonum esse propter insta-
tem necessitatem quoniam bonum est homini sic esse Que est instans ne-
cessitas que aufert gaudia nuptiarum Tempus breuiatum
est ut qui habent vxores sic sint quasi non habeant In prox-
imo est nabuchodonosor promouit se quasi leo de cubibili
suo Que michi superbissimo regi servitura coniugia quo paruulos
Quos propheta complorat dicens Adhesit lingua lactantis ad fau-
cem ipsius in siti paruuli postulauerunt panem et qui frangeret
eis non erat Inueniebatur ergo ut diximus viris tantum hoc con-
tinentie bonum et in doloribus ingentibus iugiter eua pariebat
postquam vero virgo concepit in utero et peperit nobis puerum
cuius principatus in humero eius deum fortem et patrem fu-
turi seculi soluta maledictio est mors per euam uita per ma-
riam Ideoque et de istis virginitatis dono donum fluxit in femi-
nas quia cepit a femina Statim ut filius dei ingressus est
super terram nouam sibi familiam instituit ut qui ab angelis
adorabatur in celo haberet angelos et in terris Tunc holoferne
caput Judith continens amputauit tunc amans qui interpretatur

iniquitas suo igne combusta est. Tunc iacobus et iohannes
relicto patre rete navicula secuti sunt salvatorem affectum sanguinis
et vincula seculi et curam domus pariter relinquentes. Tunc
primum auditum est. Qui vult venire post me abneget semetipsum
et tollat crucem suam et sequatur me. Nemo enim miles cum
uxore pergit ad prelium. Ad sepulturam patris ire cupienti discipulo
non permittitur. Vulpes foveam habent et volucres celi
nidos. Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Ne
forsitan contristeris si anguste manseris. Qui sine uxore est
sollicitus est ea que sunt domini quomodo placeat deo. Qui autem cum
uxore est sollicitus est que huius mundi sunt quomodo placeat
uxori. Divisa est mulier et virgo. Que non est nupta cogitat
que sunt domini ut sit sancta corpore et spiritu. Nam que
nupta est cogitat que sunt mundi quomodo placeat viro. Quantas
molestias habent nuptie et quo solitudinibus vinciantur in
meo libro quem adversus helvidium de beate marie perpetua virginitate
edidimus puto breviter expressum. Nunc eadem religare
perlongum est et si cui placeat de illo potest haurire
fonticulo. Verum ne penitus videar omisisse nunc dicam
quod apostolus sine intermissione orare nos iubeat et qui in
coniugio debitum solvit orare non possit. Aut oramus semper
et virgines sumus aut orare desinimus aut coniugio serviamus.
Et si nupserit inquit virgo non peccat tribulationem
carnis habebunt huiusmodi. Et in principio libelli prefatus sum me
de angustiis nuptiarum aut nichil omnino aut pauca dicturum
et nunc eadem admoneo ut si tibi placet scire quot molestiis
virgo sit libera quot uxor astricta sit legas tertullianum ad amicum
philosophum scribentes de virginitate alios libellos et beati cipriani
volumen egregium et pape damasi super hac re versu
prosaque composita ambrosii nostri que nuper ad sororem scripsit
opuscula in quibus tantum fudit eloquium ut quidquid ad laudem

xp̄s non abuit unde caput suum reclinaret

virginū pertinet exquisierit inuenerit ordinauerit exp̄s
serint nobis diuerso tramite incedit[ur] virginitatem non offe
rimus sed seruamus nec sufficit scire qđ bonū est nisi custo
diatur attencius qđ electum est quia illud indicij est hic laboris
et illud coīe cum pluribus hoc tm̄ paucis qui perseuera
uerit usq; in finem hic saluus erit Et multi vocati pauci aūt
electi Itaq; obtestor te coram deo et xp̄o ihū et electis angelis
eius ut custodias que cepisti ne vasa templi que solis sacer
dotibus videre concessum est facere in publicū proferas ne sa
crariū dei quisquā profanus inspiciat Ozias archam testa
menti dn̄i quā non licebat attingens subita morte prostra
tus est Neq; enim aureum vas et argenteum tam carum deo
fuit quā templum corporis virginalis precessit umbra nunc
veritas est Tu quidem simpliciter loqueris et ignotos q̄s
q; blanda non despicis sed aliter impudici vident oculi nō
nouerūt anime pulcritudinē considerare sz corpm Ezechi
as thesaurū dei monstrat assirijs set assirij non debuerūt
videre qđ cuperent Denique frequentibus bellis iudea conuulsa
vasa dn̄i primū capta atq; trāslata sunt Inter eplās et con
cubinarum greges quia palma uiciorum est honesta pol
luere baltasar potat in fialis Nec declines autem tuam ī
verba mala Sepe indecens aliquid loquentes temptant mē
tes audientiū et si libent[er] audiat virgo qđ dicit[ur] ad ridicula
quoq; solutus quicquid dixeris laudant quidquid negaueris
negant Innocentem vocant et sanctum et in qua nullus sit
dolus Ecce vera ancilla xp̄i dicens Ecce tota simplicitas Non
ut illa horrida turpis rusticana terribilis et que ideo forsitā
maritū inuenire non potuit Naturali ducimur malo adula
toribus nostris fauem[us] libent[er] et quāquā nos respondeamus ī
dignos et callidus rubor ora perfundat tamen ad laudē
suam intrinsecus anima letatur Sponsa xp̄i archa est testa

menti dñi extrinſecus et intrinſecus deaurata Cuſtos legis dñi
ſicut in illa nichil aliud fuit inuiſibile teſtamentũ ita et in te nul
lus ſit extrinſecus cogitatus ſuper hoc ꝓpiciatorio quaſi ſuper che
rubin ſedere vult dñs mittit diſcipulos ſuos ut in te ſedeat ſicut
in pullo aſine curis te ſecularibus ſoluant ut paleas et lateres
egipti derelinquens moyſen ſequaris in heremo et terram re
promiſſionis introeas Nemo ſit qui prohibeat non mater ſoror
cognata germanus dñs te neceſſariam habet Quod ſi uoluerint impe
dire timeant flagella faraonis qui ꝑplm̃ dei ad colendũ eum
nolens dimittere paſſus eſt illa que ſcripta ſunt Jheſus ingreſ
ſus templum omnia que templi non erant proiecit Deus enim zelo
tes eſt et non vult domũ patris fieri ſpeluncam latronũ Alioquin
ubi era numerantur ubi ſunt cauee columbarũ et ſimplicitas et ne
catur ubi in virginali pectore ſecularium negotiorum eſtuat ſtatim
velum templi ſcinditur ſponſus conſurget iratus et dicet Relinquitur
vobis domus veſtra deſerta Lege euangelium et vide quomodo maria ad pe
des dñi ſedens marthe ſtudio preferatur et certe marta ſedulo hoſ
pitalitatis officio dño atque diſcipulis conuiuium preparat Cui ihc̃ mar
tha inquit martha ſollicita es et turbaris erga plurima pauca autem
neceſſaria ſunt vel unũ maria bonam partem elegit que non auferetur
ab ea Eſto et tu martha cibis prefero doctrinam ſorores tue curſi
tent et querant quomodo xp̃m hoſpitem habeant Tu ſemel ſeculi o
nere proiecto ſede ad pedes dñi et dic Inueni eum quem querebat a
nima mea tenebo eum et non dimittam Et ille reſpondeat una eſt
columba mea perfecta mea una eſt matris ſue electa genitricis celeſ
tis uidelicet ierlm̃ Semper te cubiculi tui ſecreta cuſtodiant ſemper tecum
tecum ſponſus ludat intrinſecus horas loqueris oras ad ſponſum le
gis ille tibi loquitur et cum ſomnus oppreſſerit ueniet et poſt parie
tem et mittet manũ ſuam ſuper foramen et tanget ventrem tuum
et tremefacta conſurges dices vulnerata caritate ego et rurſum ab
eo audies ortus concluſus fons ſignatus Caue ne domũ exeas et

velis videre filias regionis alienę sicut dina fecit filia iacob. Quam
uis fratres habeas patriarchas et israel per me leteris dina egressa corrum
pit. Nolo te sponsum querere per plateas. Nolo circuire angelos civi
tatis. Dicas licet surgam et circuibo in foro et in plateis et queram
quem dilexit anima mea et interroges sponsum [?] quem dilexi anima
mea vidistis. Nemo tibi respondere dignabitur. Sponsus in plateis
non potest inveniri. arta et angusta via est que ducit ad vitam.
Denique sequitur. Quesivi eum et non inveni. Vocavi eum et non res
pondit michi. Atque utinam non invenisse sufficiat. vulneraberis
nudaberis et gemebunda narrabis. Invenerunt me custodes qui
circuierunt civitatem percusserunt me vulneraverunt me tulerunt
vestimentum meum a me. Si autem hoc exiens patitur illa que dixe
rat. Ego dormio et cor meum vigilat. et fasciculus stactes fratruelis meus
michi in medio uberum meorum commorabitur. quid de nobis fiet que
adhuc adolescentule sumus que sponsa intrante cum sponso re
manemus extrinsecus. Zelotipus est ihesus non vult ab aliis videri
faciem tuam. Excuses licet atque causeris obducto velamine ora con
texi te quesivi tibi dixi. Annuntia michi quem dilexit anima mea ubi
cubes in meridie ne quando fiam sicut coopta super greges soda
lium tuorum. indignabitur timebit et dicet. Si non cognoveris temet ipsam
o pulcra in mulieribus egredere in vestigiis gregum et pasce edos
tuos in tabernaculis pastorum. Sis inquit pulcra et inter omnes mu
lieres species tua diligatur a sponso nisi te cognoveris et omni custodia
servaveris cor tuum nisi oculos iuvenum fugeris. Egredieris de thala
mo meo et pasces edos qui statuti sunt a sinistris. Itaque mi eusto
chium filia domina consua germana aliud enim etatis aliud meriti
aliud religionis hoc caritatis est nomen. Audi ysaiam loquentem. po
pulus meus intra in cubicula tua claude hostium tuum abscondere
pusillum aliquantulum donec transeat ira dei. foris vagentur virgi
nes stulte tu intrinsecus esto cum sponso quasi hostium clauseris
et secundum evangelii preceptum in occulto oraveris patrem tuum veniet

pulsabit et dicet Ego ante januam et pulso si quis michi a
peruerit intrabo ad eum et cenabo cum illo et ipse mecum. Et sus
tratim sollicita respondebis s. uxor fratruelis me pulsan
tis et dicentis Aperi michi soror mea proxima mea columba
mea perfecta mea. Statim est ut dicas dispoliaui me tunicam meam
quomodo induar illam lavavi pedes meos quomodo inquinabo eos
Illico consurge et aperi ne te remorante pertranseat et pos
tea conqueraris dicens aperui ego fratrueli meo fratruelis
meus pertransiit. Quid enim necesse est ut ad cordis tui hostia clau
sa sint sponso aperiantur christo claudantur dyabolo secundum illud
si spiritus potestatem habens ascenderit super te locum ne dederis.
Daniel in sublimi cenaculo suo manebant neque enim manere
poterant in humili fenestras ad ecclesiam apertas habuit
et aptas in habeto fenestras Sed unde lumen introeat unde
no mors intrat per fenestras | videas civitatem dei. Ne aperias illas de quibus dicitur mors
intravit per fenestras nostras. Illud quoque tibi vitandum est cau
tius ne vane glorie ardore capiaris. Quomodo inquit ihesus po
testis credere gloriam ab hominibus accipientes. Vide quale
malum sit quod qui habuerit non potest credere. Nos vero di
camus quia gloriatio mea es tu et qui gloriatur in domino
glorietur et si adhuc hominibus placerem christi servus non
essem. Et michi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu christi
per quem michi mundus crucifixus est et ego mundo. Et illud
qualiter fit elemosina | inde laudabimur tota die. Et in domino laudabitur anima mea. Cum
qualiter ieiunas | facis elemosinam deus solus videat. Cum ieiunas leta sit
facies vestis munda nec satis sordida et nulla diversitate
notabilis nec ad te obviam pretereuntium turba consistat et
digito demonstreris frater est mortuus aut sororis est corpus
culum deducendum. Cave ne dum hec sepius facis ipsa movea
ris. Ne satis religiosa velis videri ne plus humilis quam necesse est
ne gloriam fugiendo queras. Plures enim paupertatis misericordie atque ieiu

ni arbitros declinantes in hoc ipso placere cupiunt quod placere
contempnunt et mirum in modum laus dum vitatur appetitur Cete-
ris perturbationibus quibus mens hominis gaudet egrescit
sperat et metuit plures invenio extraneos hoc vitio pauci
admodum sunt qui caruerint et ille est optimus qui quasi
in pulcro corpore rara nevorum sorde respargitur Neque vero mo-
neo ut de divitijs glorieris ne de generis nobilitate te iactes
ne ceteris preferas scio humilitatem tuam scio te ex affectu dicere
Domine non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi mei
Scio et apud te et apud matrem tuam superbiam per quam diabo-
lus cecidit locum penitus non habere Unde et super ea scribere
ad te superfluum est Stultissima quippe est docere que noverit ille quem
doceas Set ne hoc ipsum tibi iactantiam generet quod seculi iac-
tantiam contempsisti ne cogitatio subrepat ut quia in auratis
vestibus placere desisti placere coneris in sordibus et si quando
in conventu fratrum veneris vel sororum humili sedeas scabello
te causeris indignam vocem et industria quasi confectam ieiu-
nijs tenuis et deficientis imitata gressus humeris innitaris al-
terius Sunt quippe nonnulle exterminantes facies suas ut pa- — de ypocrita que fingit aliud quam in corde habet
reant hominibus ieiunare que statim ut aliquem viderint inge-
miscunt dimittunt supercilium et operta facie vix unum oculum
liberant ad videndum Vestis pulla cingulum sacceum et sordidis
manibus pedibusque venter solus quia videri non potest
estuat cibo his cotidie psalmus ille cantatur Deus dissipa-
bit ossa hominum sibi placentium Alie virili habitu veste mu-
tata erubescunt femine esse quod nate sunt crinem et ampu-
tant et inpudenter erigunt facies eunuchinas Sunt que ci-
licijs vestiuntur et cucullis fabre factis ut ad infantiam re-
deant imitantur noctuas et bubones Sed ne tantum videar — viros cathenatos
disputare de feminis viros quoque fuge quos cathenatos vi- — Nota. feminna viros quoque fuge
deris quibus feminei contra apostolum crines hircorum barba ni-

grum palliū et nudi inpatientia frigoris pedes hec omīa ar
gumenta sunt dyaboli Talem olim antimiū talem nuper so
phronium roma congemuit qui postquam nobiliū introierūt do
mos et deceperunt mulierculas honatas peccatis semper discen
tis et nunquam ad veritat' viam pervenientes tristiciam simulātes
quasi longa ieiunia furtivis noctiū cibis protrahunt pudet reli
qua dicere ne videar invehi potius quam monere Sunt alij de meo
ordine homines loquor qui ideo ad presbiterū et dyaconū ambi
unt ut mulieres licencius videant Omnis his cura de vestib' si bene
oleant si pes laxa pelle non folleat crines calamistri vestigio roti
tur digiti anulis radiant et ne plantes humidior via spergat
vix imprimunt summa vestigia Tales cum videris sponsos mag'
estimato quam clericos Quidam in hoc omne studiū vitamque posuit
ut matronar' nomina domos moresque cognoscat Et quibus unū
qui hoc artis est princeps breviter strictimque describam quos fa
cilius magistro cognito discipulo recognoscas Cum sole festinus
exsurgit salutandi ei ordo disponit' viarum compendia requi
runt' et pene usque ad cubilia dormientiū senex importun' ingre
ditur Si pulvillū viderit simantelle elegans si aliquid domes
tice suppellectilis laudat mirat' attrectat et se his indigere conq
rens non tam impetrat quam extorquet quia singule metuūt
veredariū urbis offendere Huic inimica castitas ieiunia prā
dium nitoribus probat et altilis regron vulgo papiro nominat
Os barbar' et procax et in convicia semper semper armatum
quocumque verteris primū in facie est Quicquid novum insonuerit
aut actor aut exageratorem fame et qui potarum momenta tā
inde fecerit ut illum trachij regis putes esse germanū va
rijs callidus hostis pugnat insidijs is sapiencior erat colub'
omnibus bestijs quas creavit dns deus super terram unde et apls
Non inquit ignoramus eius astucias nec affectare sordes nec
acquisite munditie convenient xpiano Si quid ignoras si qd

Nota quod presbiteri qui inhoneste procedunt

Nota de barbato et ypocrita

descriptum dubitas interroga eum quem vita commendat
etas fama non reprobat qui possit dicere despondi enim vos uni
viro virginem castam exhibere xpo aut si non est qui possit
exponere melius est aliquid nescire secura quam cum periculo dis
cere Memento quoniam in medio laqueorum ambulas et multe
veterane virgines castitatis indubitatam in ipso mortis li
mine coronam perdidere de manibus Si que ancille sunt comi
tes propositi ne erigaris adversus eas ut domina unum sponsum habere
cepistis simul psallitis xpi simul corpus accipitis Cur mensa adver
sa sit provocentur et alie honor virginum sit invitatio ceterarum
Quod si aliquam senseris infirmiorem in fide suscipe consolare
blandire et pudicitiam illius fac lucrum tuum si qua simulat
fugiens servitutem huic aperte apostoli lege Melius est nubere quam
uri Eas autem virgines vel viduas que otiose et curiose
circumeunt domus matronarum rubore frontis attrito parasitos
vincunt mimorum quasi quasdam pestes abice Corrumpunt bonos
mores confabulationes pessime nulla illis nisi ventris cura
et quo ventri proxima Istius modi hortari solent et dicere mi
catella rebus tuis utere et vivendum vivis et numquid filiis
tuis servas vinose atque lascive quevis mala insinuant ac fer
reas quoque mentes ad delicias molliunt et cum luxuriate fue
rint in xpo nubere volunt habentes dampnationem quod primam
fidem irritam fecerunt Nec tibi diserta multum velis videri aut
liricis festiva carminibus metro ludere non delumbem matronarum
salivam delicata secteris que nunc strictis dentibus nunc labiis disso
lutis balbutientem linguam in dimidiata verba moderantur rus
ticum putant esse omne quod nascitur adeo illis adulterium etiam lin
gue placet que enim communicatio luci ad tenebras quis consensus
xpo ad belial Quid facit cum psalterio oratius cum evangelys
Maro cum apostolo Cicero Nonne scandalizatur frater si te viderit
in ydolo recumbentem et licet omnia munda mundis et nichil rei

… in medio laqueorum ambulans …

cavendum quod cum gratiarum actione percipitur tamen simul bibere
non debemus calicem Christi et calicem demoniorum Referam tibi
tibi mee infelicitatis hystoriam Cum ante annos plurimos do-
mo parentibus sorore cognatis et quod hiis difficilius consuetudine
lautioris cibi propter celorum regna me castrassem et ierosolimam
militaturus pergerem bibliothecam quam michi rome cum sum-
mo studio ac labore confeceram carere non poteram Itaque mi-
ser ego lecturus tullium ieiunabam post noctium crebras vigilias
post lacrimas quas michi preteritorum recordatio peccatorum ex imis
visceribus erumpebam plauto sumebatur in manibus si quando in
memetipsum reversus prophetam legere cepissem sermo horrebat
incultus Et quia lumen cecis oculis non videbam non oculorum
putabam culpam esse sed solis et dum ita me antiquus serpens
illuderet in media ferme quadragesima medullis infusa
febris corpus invasit exhaustum et sine ulla requie quod dictu
quoque incredibile sit sic infelicia membra depasta est ut ossibus
vix hererem Interim parabantur exequie et vitalis anime calor toto
iam frigescente corpore in solo tantum repente pectusculo palpitabat
cum subito raptus in spiritu ad tribunal iudicis pertrahor
Ubi tantum luminis et tantum erat ex circumstantium claritate fulgoris
ut proiectus in terram sursum aspicere non audebam Inter-
Nota quod libros Christi debemus legere et non poetas
rogatus de conditione christianum me esse respondi Et ille qui pre-
sidebat mentiris ait Ciceronianus es non christianus ubi enim the-
saurus tuus ibi et cor tuum Illico obmutui et inter verbera nam
cedi me iusserat conscientie magis igne torquebar illum meum ver-
siculum referens In inferno autem quis confitebitur tibi Clama-
re tamen cepi Miserere mei domine miserere mei hic vox inter flagel-
la resonabat Tandem ad presidentis genua provoluti qui asti-
terant precabantur ut veniam tribueret adolescentie ut errori
locum penitentie daret Exacturus deinde cruciatum si gentilium lit-
terarum libros aliquando legissem Ego qui tanto constrictus articulo

vellem et maiora promittere deum iurare cepi et nomen eius
obteſtans dicere domine ſi umquam habuero codices ſeculares
et ſi legero te negavi in hoc ſacramenti verba remiſſus revertor
ad ſuperos et mirantibus cunctis oculos aperio tanto lacrima
rum ymbre perfuſos ut etiam incredulis fidem facerem et
ex dolore Nec vanus ille ſopor fuerat aut vana ſompnia quibus
ſepe ludimur teſtis eſt tribunal ante quod iacui iudicium quod timui
umquam contingat talem incidere queſtionem liventes habuiſſe
me ſcapulis (al ſpatulas) plagas ſenſiſſe poſt ſompnium et tanto dehinc ſtu
dio divina legiſſe quanto mortalia ante non legeram Avaritie quoque
tibi vitandum eſt malum Non quo aliena non appetas hoc enim
et publice leges puniunt ſed quo tua que ſunt aliena non ſer
ves Si in alieno inquit fidelis non fuiſtis quod veſtrum eſt quis
dabit vobis aliena nobis auri argentique ſunt pondera noſtra
poſſeſſio ſpiritualis eſt de qua alibi dicitur redemptio viri proprie
divitie Nemo poteſt duobus dominis ſervire aut enim unum odi
et alterum amabit aut unum patietur et alterum contempnet — *Nota nemo poteſt duobus dominis ſervire*
Non poteſtis deo ſervire et mamone id eſt divitiis Nam
apud gentiles ſuorum lingua mamona divitie nuncupantur — *Nota quid eſt mamona*
Cogitatio victus ſpine ſunt fidei radix avaritie cura genti
lium Sed dicis puella ſum delicata et que meis manibus
laborare non poſſum ſi ad ſenectam venero ſi egrotare ce
pero quis mei miſerebitur Audi ad apoſtolos loquentem ihesum
Ne cogitetis in corde veſtro quid manducetis nonne anima plus — *Nota contra illos qui curant de craſtino*
eſt quam eſca et corpus plus quam veſtimentum Reſpicite vola
tilia que non ſeminant neque metunt neque congregant in hor
rea et pater celeſtis paſcit illa Si veſtis defuerit lilia proponantur
Si eſurieris beatos audies pauperes et eſurientes Si aliquis
aut afflixerit dolor legito propter hoc complaceo michi in infirmi
tatibus et datus eſt michi ſtimulus carnis mee angelus ſa
thane qui me collaphiſet ne extollar letare in omnibus iudi

Nudus exiui et nudus reuertar in terram

tijs dei exultauerunt cum filie iude in omnibus iudicijs tuis domine
ille tibi semper in ore uox resonet Nudus exiui de utero ma
tris mee nudus reuertar ad terram et nichil intulimus in
hunc mundum nec auferre aliquid possumus Ac non pleras
que uideas uiduas armaria implere uel tineam dare uestibus
ac stipare uestibus tunicas mutare cotidie et tamen tineas
superare non posse Que religiosior fuerit unum exterit uestimen
tum et plenis arcis pannos trahet Inficiuntur membrana co
lore purpureo aurum requiescit in litteris gemmis codices ues
tiuntur et nudus ante fores eorum xpistus emoritur cum manum egen
ti porrexerint tibi bucinant tibi et canunt Cum ad agapem
uocauerint preco conducatur Vidi nuper nomen taceo ne satiram
putes nobilissimam mulierum Romanorum in basilicam beati petri
apostoli semiuiris antecedentibus propria manu quia religiosior
putaretur singulos nummos dispertire pauperibus Interea ut ui
sui nostro perfacile est anus quedam pannis obsita precucurrit ut
alterum nummum acciperet ad quam cum ordine peruenisset pugnus
porrigitur pro denario et tanto crimine reus sanguis effunditur
Radix omnium malorum est auaricia ideoque ab apostolo ydolorum seruitus
appellatur Querite primum regnum dei et omnia apponentur tibi Non oc
cidit dominus fame animam iustam Iunior fui et senui et non uidi iu
stum derelictum nec semen eius querens panem Helyas coruis
ministrantibus pascitur Vidua sareptena ipsa cum filijs nocte
moritura prophetam pascit esurientem et mirum in modum capsace
completo qui alendus uenerat alit Petrus apostolus argentum et
aurum inquit non est michi quod autem habeo hoc tibi do in no
mine ihesu xpisti surge et ambula At nunc multi licet sermone
taceant opere loquuntur fidem et misericordiam non habeam quod autem habeo
aurum et argentum non tibi do Habentes igitur uictum et tegu
mentum hic contenti simus Audi Iacob in sua oratione quid
postulet Si fuerit dominus meus mecum et seruauerit me in uia hac

Iunior fui et senui etc.

nota de auaricia fugienda apostolus petrus

per quam ego iter facio et dederit michi panem ad manducandum
et vestem ad induendum tantum nimia deprecatus et post annos
viginti dives domino et ditior patre ad terram revertitur canaan
Infinita de scripturis exempla suppeditant que avaritiam do
ceant esse fugiendam Verum quia nunc ex parte de ea dicitur et suo
si xpus annuerit volumini reservatur Quid ante cum plures an
nos nitrie gestum est referam Quidam ex fratribus parcior ma
gis quam avarior et nesciens xxx argenteis venditum dominum
c solidos quo linea texendo acquisierat moriens dereliquit
Initum est inter monachos consilium nam in eodem loco circiter
quinque milia diversis cellulis habitant quid huic facto opus es
set Alii distribuendos pauperibus esse dicebant Alii dandos ec
clesie non nulli parentibus dimittendos Macharius vero et
pambo et ysydorus et ceteri quos patres vocant sancto in eius
loquente spiritu decreverunt fodiendos esse cum domino suo di
centes pecunia tua tecum sit in perditionem Nec hoc crudeliter
quis factum putet tantus per totam egiptum cunctos terror
invasit ut unum solidum dimisisse sit criminis et quoniam mona
chorum fecimus mentionem et te scio libenter audire que sancta
sunt aurem paulisper accommoda Tria sunt in egipto genera
monachorum Cenobium quod illi santhes vocant gentili lingua
nos in commune viventes possimus appellare Secundum anachoritas
qui soli habitant per deserta et ab eo quod procul ab hominibus
recesserint nuncupantur Tercium genus est quod dicunt remeboth
deterrimum atque neglectum et quod in nostra provincia aut solum
est aut primum hii bini vel trini nec multo plures simul habitant
suo arbitrio ac dicione viventes quod laboraverint in medium
partes conferunt ut habeant alimenta communia habitant
autem quam plurimi in urbibus et castellis et quasi ars sit sancta
non vita et quidquid vendiderint maioris est precii Inter hos
sepe iurgia sunt quia suo viventes cibo non patiuntur alicui se

Nota de avaricia

pecunia tua tecum sit in perditionem tua

Monachorum tria sunt genera

esse subiectos. Revera solent certare ieiuniis et rem secre
tis victorie faciunt. Apud hos affecta sunt omnia laxe manu
ce caligae folliculantes vestis grossior crebra suspiria visitatio
virginum detractio clericorum et si quando dies festus venerit satu
rant se ad vomitum. His igitur quasi quibusdam pestibus exter
minatis veniamus ad eos qui plures in commune habitant, quos
vocari cenobium diximus. Prima apud eos federatio est obedire
maioribus et quicquid iusserint facere. Divisi sunt per decimas
atque centurias ita ut novem hominibus unus decimus presit
et rursum x prepositos sub se centesimus habeant. Manent
separati sed iuncti in cellulis. Usque ad horam nonam institutum est
ieiunium et nemo pergit ad alium exceptis his quos decanos
diximus ut si forte cogitationibus quis fluctuat illius con
soletur alloquiis. Post horam nonam in commune conveniunt psal
mi resonant scripture ex more recitant et completis oratio
nibus medius quem patrem vocant incipit disputare. Quo loquen
te tantum silentium fit ut nemo alium respicere nemo excreare
audiat. Dicentis laus in fletu est audientium. Tacite volvuntur
per ora lacrime et ne in singultus quidem erumpit dolor.
Cum vero de regno Christi et de futura beatitudinis gloria cepe
rint annuntiare ventura videas cunctos moderato suspirio
et oculis ad celum levatis intra se dicere: Quis dabit michi pen
nas sicut columbe et volabo et requiescam. Post hoc concilium
dissolvitur et unaqueque decuria cum suo parente pergit ad men
sam quibus per singulas ebdomadas vicissim ministrant.
Nullus in cibo strepitus nemo comedens loquitur. Vivitur
pane leguminibus et olere que sale et oleo condiuntur. Vinum
tantum senes accipiunt quibus et parvulis sepe fit prandium ut
aliorum fessa sustentetur etas aliorum non frangatur incipiens.
Deinde consurgunt pariter et hymno dicto ad presepia redeunt.
Ibi usque ad vesperam cum suis unusquisque loquitur et dicit

(margin: quis dabit m pennas et volabo)

vidisti illum et illum quanta sit in illo gratia quantum silentium
quam moderatus incessus si infirmum viderint consolantur
si in dei amore ferventem cohortantur ad studium et quia nocte
extra orationes publicas in suo cubiculo unusquisque vigilat
circumeunt cellas singulorum et aure apposita quid faciant dilige-
ter explorant Quem tardiorem dephenderint non incre-
pant sed dissimulant noverunt eum sepius visitant et prius
incipientes provocant magis orare quam cogunt Opus di-
ei statutum est quod decano redditur a decano fertur ad iconomo
mum qui et ipse per singulos menses cum magno timore
reddunt rationem A quo etiam cibi cum facti fuerint degustant
et quia non licet cuiquam dicere tunicam et sagum textaque
iunctis strata non habeo ille ita universa moderatur nec ne-
mo quid postulet nemo deest habeat Si vero quis ceperit e-
grotare transfertur ad dexteram latiorem ut tanto senum
ministerio confovetur ut nec delicias urbium nec matris que-
rat affectum Dominicis diebus orationi tantum et lectioni-
bus vacant quod quidem in omni tempore completis opusculis
faciunt cottidie de scripturis aliquid discitur Ieiunium totius
anni equale est excepta quadragesima in qua sola conceditur
strictius vivere A pentecoste cene mutantur in prandia quo
traditioni ecclesiastice satisfiat et ventrem cibo non onerent
duplicato Tales philo platonici sermonis imitator Tales io-
seph et grecus libris in secunda iudaice captivitatis hystoria
esse nos debere refert alius se nosse Verum quia nunc de vir-
ginibus scribere pene superflue de monachis disputavi ad
tertium genus veniam quos anachoritas vocant et quidem
cenobium exeuntes excepto pane et sale amplius ad deserta
nichil perferunt huius vite auctor paulus illustrator an-
tonius ut ad superiora descendam princeps iohannes baptista
fuit Talem virum Ieremias propheta describit dicens Bonum est

nota quod ieiunia sunt equalia in anno excepto tempore quadragesimali

nota Johannes baptista vocatur princeps

viro cum portaverit iugum ab adolescentia sua sedebit soli-
tarius et tacebit quoniam tulit iugum super se dabit percutienti se
maxillam saturabitur opprobriis quia non in sempiternum abiciet
dominus horum laborum et conversatione in carne non carnis alio tem-
pore si volueris explicabo nunc ad propositum redeam Primam de avari-
tia disserens ad monachos veneram quorum tibi exempla pro-
ponens si dicam aurum et argentum et ceteras sordes sed ipsam ter-
(No de avaricia) ram celumque despiciens in Christo copulata cantabis pars mea
dominus post hec quamquam apostolus semper orare nos iubeat sanctis et
ipse somnus oratio sit tamen diversas horas orandi habere
debemus ut si forte aliquo opere fuerimus detenti ipsum nos ad
(no de oratione) officium tempus invitet Tertia sexta nona diluculoque et vespera
nemo quis nesciat Nec cibus ante sumatur nisi oratione premissa nec
regrediatur a mensa nisi referantur gratie conditori Noctibus bis
terque surgendum revolvendo de scripturis que memoriter tenemus
Egredientes hospitium armet oratio Regredientibus de platea
oratio occurrat antequam sessione prius corpusculum requiescat
quam anima pascatur ad omnem actum ad omnem incessum manus
pingat crucem Nulli detrahas nec adversum filium matris tue
ponas scandalum Tu quis es qui alienum servum iudicas suo domino
stat aut cadit stabit autem potens est enim deus statuere illum Nec si bi-
duo triduo ieiunaveris putes te a non ieiunante esse meliorem
Tu ieiunas et irasceris ille comedit et forte blanditur tu vexa-
tionem mentis et ventris esuriem rixando dirigens ille modera-
tius et deo gratias refert Unde cottidie clamat ysayas Non tale
(no de ieiunio quando ieiunet quod homo est de bo-) ieiunium elegit dicit dominus Et iterum In diebus enim ieiuniorum vestrorum
inveniuntur voluntates vestre et omnes qui sub potestate vestra sunt sti-
mulatis in iudiciis et litibus ieiunatis Quale illud ieiunium esse
potest cuius iram non dicam nox occupat sed et luna integra
die derelinquit Te ipsam considera Noli in alterius ruina sed in
tuo opere gloriari Nec illarum tibi exempla proponas que carnis curam

facientes possionũ reditus et cotidiana domus impensas sup putant Neq*z* eñi xi apli de iuda proditore sunt fracti Nec de phi leto et allexandro facientibus naufragiũ ceti a cursu fidei substi terunt Nec dicas illa et illa suis rebus fruit*ur* honorat*ur* ab omnibus et fratres ad eam veniũt et sorores Numquid ideo virgo esse desi stit Primũ dubiũ est an virgo sit talis Non eñi quomo videt homo vi det deus homo videt in faciem deus aũt in corde Deinde si corpe virgo est an spũ virgo sit nescio Aplũs aũt ita virginẽ diffinivit ut sit sancta corpore et spiritu Ad extremũ habeant sibi glãm suam vincat pauli sniam deliciis fruat*ur* et vivat nos meliorum exempla sectemur Ppone tibi btãm mariam que tante extitit pu ritatis ut mater esse dñi meretur Ad quam tuuq*z* ang*l*s gabriel in specie viri descendisset dicens Ave gracia plena dñs tecũ consterr nata et perterrita responde non potuit Numq*z* eñi a viro fuerat salutata Deniq*z* nuntium discit et loquit*ur* et que homine formi daverat cum angelo loquebat*ur* intrepida Potes et tu esse mater dñi Accipe tibi thomũ magnũ novum et scribe in eo stilo hominis velocit*er* spolia detrahentis et cum accesseris ad ppensam et con ceperis in utero et pepereris filiũ dic a timore tuo dñe concepim*us* et doluim*us* et peperimus spm salvationis tue quem pepisti sup terram tunc et filius tuus respondebit tibi et dicet Ecce mat*er* mea et frẽs mei et nurũ in modum ille quẽ in latitudine pecto ris tui paulo ante descripseras que in novitate cordis stilo vo lante signaveras postq*ua*m spolia ab hostibus ceperit postq*ua*m de nudaverit principatus et potestates et affixerat eas cruci con ceptus adolescit et maior effectus sponsa te incipit hr̃e de matre Grandis labor sed et grande est premiũ Esse qd martires esse qd apli esse qd xpus est Quamquidem universa tunc prosunt qñ in ecclã fiunt cum in una domo pasca celebramus Si archam ingre dim*ur* cum noe Si pereunte iericho raab iustificata nos continet Ceteras virgines quales apud diversas hereses et quales apud i

no qd ante incarna cione virgo maria numquam fuerat salutata ab homine

purissimum manicheum esse dicunt. Porro eliminande sunt non virgines si eius corporalis carnis auctor est dyabolus quomodo possunt honorare plasmatica hostis sui. Sed quia sciunt virginale vocabulum gloriosum sub ovium pellibus lupos tegunt xpm mentitur antixpus et turpitudinem vite falso nominis honore convertunt. Gaude soror gaude filia gaude virgo quod alie simulant tu vere esse cepisti hec omnia que digessimus dura videbuntur eis qui non amant xpm. Qui autem omnem seculi pompam pro purgamento habuerit et vana duxerit universa sub sole ut xpm lucrifaciat at qui commortuus est domino suo et consurrexit et crucifixerit carnem suam cum vitijs et concupiscentijs libere clamabit. Quis nos separabit a caritate xpi tribulacio et angustia an persecucio an fames an nuditas an periculum an gladius neque angelus neque principatus neque instantia neque futura neque fortitudo neque excelsum neque profundum neque alia creatura poterit nos separare a caritate dei qui est in xpo ihu domino nostro. Dei filius pro nostra salute hominis factus est filius. Novem mensibus in utero ut nascatur expectat fastidia sustinet cruentus egreditur involvitur pannis blandicijs deluditur. Et ille cuius pugillo mundus includitur presepio continetur angusto. Taceo quod usque ad xxx annum ignobili parentum paupertate contentus est verberatur et tacet. Crucifigitur et pro crucifigentibus deprecatur. Quid igitur retribuam domino pro omnibus que retribuit michi. Calicem salutaris accipiam et nomen domini invocabo. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Sola retribucio cum sanguis sanguine compensatur et redempti cruore xpi propter redemptorem libenter occumbimus. Quis sanctorum sine certamine coronatus. Abel iustus occiditur. Abraham uxorem periclitabatur amittere et ne immensum volumine extendam quere et invenies singulos diversa perpessos. Solus in delicijs salomon fuit et forsitan ideo corruit. Quem enim dominus diligit corripit castigat autem omnem filium quem recipit. Nonne melius est brevi

dissimulatores

nota quod vocabulum virginale est gloriosum

nota quod deus ix mensibus fuit in utero et mundus pugillo includitur

nota quod dominus quem diligit corripit et castigat

omni tempore [illegible] periculum arma sumere latronem sub lorica et postea gau
dere victorem quanta in patientia unius hore fuit pretio. Nichil
amantibus durum est nullus difficilis cupientibus. Respice quan
ta iacob pro rachel pacta uxore sustinuit. Et servivit inquit
scriptura. iacob pro rachel annis vii et erant in conspectu eius quasi
dies pauci quia amabat illam. Unde et ille postea memorat. In die
urebar estu et gelu nocte. Amemus et nos xpm semper eius que
ramus amplexus et facile videbitur omne difficile. brevia putabimus
universa que longa sunt in iaculo illius vulnerati per horarum
momenta dicamus heu me quia peregrinatio mea prolongata est.
Non sunt enim condigne passiones huius temporis ad futuram
gloriam que revelabitur in nobis quia tribulatio patientiam operatur
patientia probationem probatio vero spem spes autem non con
fundit quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris. Quando tibi videtur
grave esse quod sustines pauli secundam ad Corinthios lege epistolam. In laboribus
plurimis in carceribus habundantius in plagis supra modum in
mortibus frequenter. A iudeis quinquies quadragenas una minus ac
cepi ter virgis cesus sum semel lapidatus sum ter naufragium
feci nocte et die in profundum maris fui in itineribus sepe periculis
fluminum periculis latronum periculis ex genere periculis ex gentibus periculis
in civitate periculis in deserto periculis in falsis fratribus in laboribus
et erumpnis in miseriis multis in fame et siti in vigiliis mul
tis in ieiuniis plurimis in frigore et nuditate. Quis nostrum salte
minimam portionem de cathalogo harum sibi poterit vindicare
virtutum. Unde et ille postea confidenter aiebat. Cursum consuma
vi fidem servavi super est michi corona iustitie quam retribuet
michi dominus. Si cibus insulsior fuerit contristamur et putamus
nos deo aliquod prestare beneficium. Cum aquam bibimus et calix fran
gitur verbera sonant et aqua tepidior sanguine vindicatur. Reg
num celorum vim patitur et violenti diripiunt illud. Nisi vim feceris
celorum regna non capies. Nisi pulsantis importune panem non

non hic quando xps pro nobis passus fuit

accipies sacramenti at non videbitur tibi esse violentia cum caro capit esse quod deus est et illuc unde angeli corruerint angelos in dicatura conscendere Egredere queso paulisper ex corpore et ob presentes labores ante oculos tuos pinge mercedem quam nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit qualis erit ille dies cum tibi maria mater domini choris occurrerit comitata virginis cum post rubrum mare et submersum cum suo exercitu pharaonem tympanum tenet precinet responsuris Cantemus domino gloriose enim magnificatus est equum et ascensorem proiecit in mare et tecla in tuos leta uolabit amplexus tunc et ipse sponsus occurret et dicet Surge veni proxima mea columba mea quia ecce hyemps transiit pluuia abiit sibi Tunc angeli mirabuntur et dicent Que est ista prospiciens quasi diluculum speciosa ut luna electa ut sol videbunt te filie et laudabunt et regine et concubine predicabunt Tunc et alius castitatis chorus occurret Sarra cum nuptijs veniet filia phanuel anna cum viduis erit in diuersis gregibus carne et spiritu matris tue letabitur illa exultabit ista quod doluit. Tunc vere dominus super asinam ascendit et celestem ingreditur ierosolimam Tunc par uuli de quibus saluator ysaia affatur Ecce ego et pueri quos michi dedit dominus palmas victorie sublevantes cum sonore cantabunt O sanna in excelsis Benedictus qui venit in nomine domini osanna in ex celsis tunc cxliiij milia in conspectu troni et seniorum tenebunt ci tharam nouam et nemo poterit scire canticum illud nisi numerus definitus hij sunt qui cum mulieribus non se inquinauerunt virgines enim per manserunt hij sunt qui sequuntur agnum quocumque vadit Quotiensque te vana seculi delectauit ambicio et quotiens in mundo aliquid videris gloriosum ad paradysum mente transgredere esse incipe quod futura es et audies a sponso tuo Pone me sicut signaculum in brachio tuo corporis pariter ac mente clamabis munita Aque multe non poterunt extinguere caritatem et flumina non cooperient eam

Epistola ieronimi ad heliodorum

Quanto amore et studio contenderim ut pariter
in heremo moraremur conscium mutue karitatis
pectus agnoscat. Quibus lamentis quo do
lore quo gemitu te abeuntem prosecutus sim
iste littere testes sint quas lacrimis cernis interlitas. Verum tu quasi parvulus delicatus contemptum rogantis per blandimenta fovisti et ego incautus quid tunc agerem nesciebam. Tacerem? Sed quod ardenter volebam moderate dissimulare non poteram. Impensius obsecrarem? Sed audire nolebas quia similiter non amabas. Quod unum potuit spreta karitas fecit. Quem presentem tenere non potuit querit absentem. Quoniam igitur et tu abiens postularas ut tibi postquam ad desertum migrassem invitatoria ad te scripta transmitterem et ego me facturum promiseram invito iam propera. Nolo pristinarum necessitatum recorderis. Nudos amat heremus. Nolo te antique peregrinationis terreat difficultas qui in christo credis et eius crede sermonibus. Querite primum regnum dei et hec omnia apponentur vobis. Non tibi pera sumenda non virga est. Affatim dives est qui in christo pauper est. Sed quid ago rursus improvidus obsecro. Abeant preces blandimenta discedant. Debet amor lesus irasci. Qui rogantem contempseras forsitan audias obiurgantem. Quid agis in paterna domo delicate miles? Ubi vallis ubi fossa ubi hyemps acta sub pellibus? Ecce de celo tuba te canit. Ecce cum nubibus debellaturus orbem imperator armatus egreditur. Ecce bis acutus gladius ex regis ore procedens obvia queque metit. Et tu mihi de cubiculo ad aciem tu de umbra egrederis ad solem? Corpus assuetum tunica lorice onus non fert. Caput coopertum lintheo galeam recusat. Mollem odio manum durus exasperat capulus. Audi edictum regis tui. Qui non est mecum adversum

non qui non est mecum adversum me est

me est et qui mecum non colligit spargit Recordare tyroci
nij diem quo xpo in baptismate consepultus in sacramenti v̄ba
iurasti pro nomine eius nō te pat̄ parciturū esse non matri Ecce
adversarius in pectore tuo xpm conat' occidere Ecce donatiuū
quod militaturus acceperas hostilia castra suspirant licet p
uulus ex collo pendeat nepos licet sparso crine et scissis vestib;
ubera quibus te nutrierat mater ostendat licet in limine pater
iaceat ꝑcalcato patre perge siccis oculis ad vexillum crucis e-
uola solum pietatis genus est in hac re esse crudelem Veniet
veniet postea dies ille quo victor revertaris in patriam quo
per ierosolimā celestem vir fortis coronatus incedas Felix vic
toria qua mētur celestis patria et vita eterna tunc municipatū
cum paulo capies tunc et parentibus eiusdem civitatis ius pe
tes tunc et pro me rogabis qui ut vinceres invitavi Neq; vero
nescio quod nūc dicas compede ꝑpediri Non est nobis durū
pectus nec dura precordia Non ex silice natos hircane nu
triere tigrides et nos per ista transivimus Nunc tibi blandis
vidua soror hēt lacertis Nunc ille quibus adolevisti vernule
aiunt cui nos servituros relinquis Nunc et gerula quondam
iam anus et nutricius secundus post naturalem pietatis patrem
clamitant Cui nos morituros relinquis Expecta paulisper
sepelieras forsitan morituros et laxis uberum pellib; mater
aratam rugis frontem antiquam referens mamalarum al'
mamalaccare congeminat Dicunt et si volunt gramatici in
te omnis domus inclinata recumbet Facile rumpit hec vincu
la amor xpi et timor gehenne At contra scriptura precipit
parentibus obsequendū Sed quicumq; eos super xpm amat per
dit animam suam Gladiū tenet hostis ut me perimat et ego
de matris lacrimis cogitabo ꝓpter patrem miliciam deseram
cui sepulturam xpi causa non debeo quē et omnibus eius causa
debeo Dnō passuro timide consulens petrus scandalum fuit

paulus retinentibus se fratribus ne ierosolimam pergeret sic quid facitis plorantes et conturbantes cor meum ego enim non solum ligari sed etiam mori ierosolime paratus sum pro nomine ihesu christi. aries iste pietatis quo fides quatitur euangelij retundendus est mucrone. mater mea et fratres mei hij sunt qui faciunt voluntatem patris mei qui in celis est. Si credunt in christo faueant michi pro eius nomine pugnaturo. Si non credunt mortui sepeliant mortuos suos. Sed hoc ais in martirio christianam semper persecutionem pati. Erras frater erras si umquam putas persecutionem non pati et tunc maxime oppugnaris si te oppugnari nescis. Aduersarius noster tamquam leo rugiens circuit querens aliquem deuorare et tu pacem putas. Sed in insidijs cum diuitibus in occulto ut interficiat innocentes oculi eius in pauperem respiciunt. Insidiatur in occultis quasi leo in cubili suo. insidiatur ut rapiat pauperem et tu frondose arboris tectus umbraculo molles sompnos futura preda carpis. Inde me persequitur luxuria inde auaritia conatur irrumpere. Inde venter meus vult michi deus esse pro christo Compellit me libido ut habitantem in me spiritum sanctum fugem ut templum eius uiolem. Persequitur inquam me hostis cui nomina mille mille nocendi artes et ego infelix victorem me reputabo dum capior. Nolo frater carissime examinato pondere peccatorum minora ydolatria arbitreris crimina esse que diximus. Immo apostoli disce sententiam qui ait. Hoc enim scitote intelligentes quia omnis fornicator aut immundus aut fraudator aut maledicus aut auarus quod est ydolatria non habet hereditatem in regno christi et dei. Et quamquam generaliter aduersum deum sapiat quicquid dyaboli est et quod dyaboli est ydolatrie sit cui ydola omnia mancipantur tamen et in alio loco specialiter nominatim quod detrahat dicens. quod mortificate membra vestra que sunt super terram deponentes fornicationem et immunditiam et

Nota quod paulus retinebatur per discipulos suos

Nota mortificate membra vestra

concupiscentiam malam et cupiditatem et avariciam que sunt
ydolorum servitus propter que venit ira dei in filios diffide
ncie Non est tantum in eo servitus ydolis si quis digitulis tura com
prehensa imbutus a te iaceat aut haustum patera fundat merum
Neget avariciam esse ydolatriam qui post xxx argenteis dominum
venditum appellare iusticiam Neget sacrilegium in libidine esse
hijs qui membra christi et hostiam vivam placentem deo cum publi
carum libidinum victimis nepharia colluvione violat Non fateatur
fraudes ydolatras esse hiis similes eorum qui in actibus apostolorum ex patri
monio partem precij reservantes presenti perire vindicta Animadverte
frater non licet tibi quicquam de tuis habere rebus Omnis inquit dominus qui
non renunciaverit omnibus que possidet non potest meus esse dis
cipulus Cur timido animo christianus es Respice cum petro relictum
rete Respice surgentem de teolonio publicanum statim apostolum
filius hominis non habet ubi caput reclinet et tu amplas porticus
et ingencia tectorum spacia metiris hereditatem expectas seculi co
heres christi esse non potes Interpretare vocabulum monachi hoc nomen
tuum Quid facis in turba qui solus es et hoc ego non integris rate vel mer
cibus nec quasi ignarus fluctuum doctus nauta premoneo sed quasi
nuper naufragio eiectus in litus timida navigaturis voce denun
cio In illo estu caribdis luxurie salutem vorat Ibi ore virgineo
ad pudicicie perpetranda naufragia scilla renidens libido bla
ditur hic barbarum litus hic dyabolus pirata cum socijs portat
vincula capiendis Nolite credere nolite esse securi licet in morem
stagni fusum equor arrideat licet vix summa iacentis elementi
spiritus terga crispentur magnus hic campus montes habet intus
inclusos Intus est periculum intus est hostis Expedite rudentes
vela suspendite crux antenne figatur in frontibus Tranquilli
tas ista tempestas est Sed forsitan dicturus es Quid ergo quicumque
in civitate sunt christiani non sunt Non est tibi eadem causa que
ceteris Dominum ausculta dicentem Si vis perfectus esse vade et ven

Nota qui non renunciaverit omnibus que possidet non potest meus esse

Nota quod filius hominis non habuit ubi posset reclinare caput suum

de omnia tua et da pauperibus et veni sequere me Tu autem
perfectum te esse pollicitus es Nam cum derelicta milicia te castrasti
propter regna celorum quid aliud quam perfectam sectatus es vitam
Perfectus autem servus xpi michil preter xpm habet aut si preter
xpm habet perfectus non est et si perfectus non est cum se perfectum
fore deo pollicitus sit aut mentitus est Os autem quod mentitur occidit
animam Igitur ut concludam al' concludam si perfectus es cur pa
terna bona desideras si perfectus non es deum fefellisti Divinis
ewangelium vocibus intonat Non potestis duobus dominis servire Et au
dere quisquam xpm mendacem facere mamone et domino serviendo
vociferatur ille sepius Si quis vult post me venire abneget se
metipsum et tollat crucem suam et sequatur me et ego onustus auro
arbitror me xpm sequi Qui dicit se in xpo credere debet quomodo il
le ambulavit et ipse ambulare quod si nichil habes ut te responsurum
scio cur tam bene paratus ad bella non militas Nisi forte in patria
tua te arbitraris hoc facere cum in sua dominus figura non fecerit
Cur id cum auctore summa defendis summe racionem Nemo propheta in
patria sua honorem habet Non quero inquies honorem sufficit
michi consciencia mea Neque dominus querebat quippe qui ne a turbis
rex constitueretur aufugit Sed ubi honor non est ibi contemptus
ubi autem contemptus ibi frequenter iniuria ubi vero iniuria ibi et in
dignacio ubi indignacio ibi quies nulla ubi quies non est ibi mens
a proposito sepe deducitur ubi autem aliquid per inquietudinem aliquid au
fertur ex studio minus fit ab eo quod tollitur et ubi minus est perfectum
non potest dici Ex hac disputacione illa summaria nascitur monachum
in sua patria perfectum non posse esse perfectum autem esse nolle de
linquere Sed de hoc gradu pulsus provocabis ad clericos An
de hijs aliquid audeam dicere qui certe in suis urbibus demoran
tur Absit autem ut quicquam de hijs sinistrum loquar qui apostolis
succedentes xpi corpus sacro ore conficiunt per quos et xpiani su
mus qui claves regni celorum habentes quodammodo ante iudicij

nota quod os quod mentitur occidit animam suam

nota nemo propheta in patria propria

nota nemo propheta in patria propria

Nota clerici oues pascunt

dicem iudicant qui sponsam dñi sobria castitate conseruant
sed et alia que ante prestrinxi monachi causa est alia clericorum
clerici oues pascunt ego pastor illi de altario uiuũt michi quasi
infructuosi arbori securis ponit(ur) ad radicem si munus ad altare
nec defero nec possum obtendere paupertatem cum in euuangelio
anũ uiduam duo que sibi sola superant era mittentem laudat
dominus michi ante presbiterũ sedere non licet illi si peccauero
licet me tradere sathane in interitũ carnis ut spiritus saluus
sit in die domini ihesu Et in ueteri quidem lege quicumque sacerdo
tibus non obtemperasset aut extra castra positus lapidabatur a
populo aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat(ur) cruorem
nunc uero inobediens spiritali animaduersione trucidat(ur) aut eiectus
de ecclesia rabido demonũ ore discerpit(ur) Quod si te quoque ad eundem
ordinem blandimenta sollicitant gaudebo de ascensu time

Nota episcopus qualis esse debeat

bo de lapsu Qui episcopatum desiderat bonũ opus desiderat sci
mus ista sed iunge quod sequit(ur) oportet aut(em) huiusmodi irreprehensibile
esse unius uxoris uirum sobriũ pudicũ prudentem ornat(um) hos
pitalem docilem non uiolentũ non percussorem sed modes
tum et ceteris que de eo sequunt(ur) explicatis non minorem in tertio
gradu adhibuit diligentiam dicens Dyaconos similiter pudi
cos non bilingues non uino multo deditos non turpilucros
habentes ministeriũ fidei in conscientia pura hii autem probent(ur)
primũ et sic ministrent nullũ crimen habentes Ve illi homini
qui uestem non habet nuptialem et ingreditur ad cenam Nichil
super est nisi statim audiat Amice quomodo huc intrasti et
ille obmutescente dicat(ur) ministris Tollite eum et mittite li
gatis pedibus et manibus in tenebras exteriores illic fletus
et stridor dentiũ Ve illi qui acceptũ talentũ in sudariũ ligans
ceteris lucra facientibus id tantũ quod acceperat reseruabit Illico
indignantis dñi responsione ac clamore ferietur Serue nequam
quare non dedisti pecuniam meam ad mensam ut et ego ueni

cus cum usuris exegissem idem deposuisses ad altare quod ferre non poteras dum enim tu ignauus negociator denarium tenes alterius locum qui pecuniam duplicare poterat occupasti quamobrem sicut hii qui bene ministrant bonum gradum sibi acquirunt ita qui indigne ad calicem domini accedunt rei erunt dominici corporis et sanguinis Non enim omnes episcopi episcopi sunt attendis petrum sed iudam considera stephanum suscipis sed nicolaum respice quem dominus in apocalipsi sua dampnat sua quia non tantum turpia sed et nephanda est commentus ubi neophitarum heresis ex illa radice nascitur probet se unusquisque et sic accedat Non facit ecclesiastica dignitas christianum Cornelius centurio adhuc ethnicus donum spiritus sancti mundatur presbiteros puer daniel iudicat Amos sicomorum mora distinguens repente propheta est Dauid pastor eligitur in regem Minimum discipulum amat ihesus plurimum Inferius frater accumbe ut minore ueniente sursum iubearis ascendere Super quem dominus requiescit nisi super humilem et quietum et trementem uerba sua cui plus creditur plus ab eo exigitur potentes potenter tormenta patiuntur Nec sibi tantummodo de corporis castitate supplaudat cum omne uerbum ociosum quod locuti fuerint homines reddituri sint pro eo rationem in die iudicii cum et hommicidii sit reatus conuicium in fratrem Non est facile stare loco pauli petri tenere gradum cum christo regnancium Ne forte ueniat angelus qui scindat uelum templi tui et candelabrum tuum de loco moueat Edificaturus turrem futuri operis sumptus supputa Infatuatum sal ad nichilum prodest nisi ut proiciatur foras et a porcis conculcetur Monachus si ceciderit rogabit pro eo sacerdos pro sacerdotis lapsu quis rogaturus est Sed quoniam scopulosis locis enauigauit oratio et inter cauas spumeis fluctibus cautes fragiles in altum cimba processit pandenda uela sunt uentis et questi

onum scorpulis transuadatis letamur more nautarum epilogi ce
leuma cantandum est. O desertum floribus xpi vernans o so
litudo in qua nascuntur lapides de quibus in apocalipsi ciuitas
magni regis construitur. O heremus familiarius deo gaudens quid
agis frater in seculo qui maior es mundo. quamdiu te tectorum umbre pre
munt. quamdiu fumosarum urbium carcer includit. Crede michi nes
cio quid plus lucis aspicio. libet sarcina corporis abiecta ad purum ethe
ris uolare fulgorem. paupertatem times sed beatos pauperes xpc
appellat. labore terreris. Nemo athleta sine sudoribus coronatur.
De cibo cogitas sed fides famem non timet. supra nudam metuis
humum exesa ieiuniis menbra collidere sed dominus tecum iacet.
Squalidi capitis horret inculta cesaries sed caput tuum xpus est.
Infinita heremi vastitas terret sed tu paradysum mente deambula.
Quotiensque illuc mente conscenderis totiens in heremo non eris.
Scabra sine balneis attrahitur cutis sed qui in xpo semel lotus
est non habet necesse iterum lauari. et ut breuiter ad cuncta audias
apostolum respondentem. Non sunt condigne passiones huius temporis
ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Delicatus es frater
karissime si et hic vis gaudere cum seculo et postea regnare cum xpo.
Veniet veniet illa dies qua corruptivum hoc et mortale induat incor
ruptionem et inmortalitatem. Beatus seruus quem cum dominus in
uenerit vigilantem. tunc ad vocem tube pauebit terra cum popu
lis. tu gaudebis. Iudicaturo domino lugubre inmugiet mundus. et tri
bus ad tribum pectora ferient. Potentissimi quondam reges nudo latere
palpitabunt. Exibebitur cum prole sua vere tunc igneus iuppiter.
adducetur cum suis stultus plato discipulis. Aristotili argumenta non
proderunt. Tunc tu rusticanus ac pauper exultabis ac dices.
Ecce crucifixus deus meus. Ecce iudex qui obuolutus pannis in pre
sepio uagiit. hic est ille operarius ac questuarie filius hic qui
matris gestatus sinu hominem deus fugit in egiptum. hic uestitus
coccino. hic sentibus coronatus. hic magus demonium habens et sa

maritis Cerne manus iudex quas fixeras Cerne latus Romane quod foderas videte corpus an idem sit quod dicebatis clam nocte subtulisse discipulos ut hec tibi frater dicerem me incitavit tua dilectio ut his interesse contingat quibus tunc labor durus est.

Ad paulinum de instructione clericorum vel monachorum

Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert ea que bona sunt et ex fructibus arbor cognoscitur. Metiris nos virtutibus tuis et parvos magnus extollis ultimamque partem convivii occupas ut patris familias iudicio promovearis Quid enim in nobis aut quantulum est ut docte vocis mereamur preconium ut illo ore quo religiosissimus princeps defenditur humiles nos modicique laudemur Noli igitur frater karissime annorum extimare nos numero nec sapientiam ad canos reputes sed canos ad sapientiam Salomone testante Cani sunt hominis prudentia eius Et moyses lxx presbiteros iubetur eligere quos ipse sciret esse presbiteros utique non evo sed prudentia iudicandos Et daniel adhuc puer longevos iudicat atque inpudicos senes etas lascivia condempnat Noli inquam fidem pensare temporibus Nec me idcirco meliorem putes quod prior in Christi exercitu cepi militare Paulus apostolus vas electionis de persecutore mutatus novissimus in ordine primus in meritis est sed quia in extremis plus omnibus laboravit Iudas qui quondam audierat tu autem homo dux meus et notus meus in domo dei ambulabimus cum consensu proditor amici magistri salvatoris arguitur voce et nodum informis leti a montis laqueum trabe / laqueum nectit quia laqueo sensus pendet ab alta Econtrario latro crucem mutat paradyso et facit homicidii penam martirium Quanti hodie diu vivendo portant funera et quasi sepulcra dealbata plena sunt ossibus mortuorum Subitus calor longum

[marginal note:] ideo quod dicitur iuvenes et quos antiquos

vincit teporem Denique et tu audita sententia salvatoris si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus et veni sequere me verba vertis in opera et nudam crucem et nudus sequens expeditior et levior ascendis scalam Jacob Tunicam mutas cum animo nec pleno marsubio gloriosas sordes appetis sed puris manibus candido pectore pauperem et spiritu et opibus gloriaris Nichil est enim grande tristi et lurida facie vel simulare vel ostendere ieiunia possessionum redditibus habundare et vile iactare palliolum Socrates ille tebanus homo quondam ditissimus cum ad philosophandum athenas pergeret magnum auri pondus abiecit nec putavit se et posse virtutes simul et divitias possidere Nos sufficinati i. repleti auro Christum pauperem sequimur et sub pretextu elemosine pristinis opibus incubantes quo possumus aliena fideliter distribuere qui nostra timide reservamus Plenus venter facile de ieiunio disputat Non Jerosolimis fuisse sed ierosolimis bene vixisse laudandum est Illa Illa expetenda est civitas non que occidit prophetas et Christi sanguine fudit sed quam impetus letificat fluminis que in monte sita celari non potest quam matrem sanctorum apostolus clamitat in qua se municipatum cum iustis habere letatur Neque vero hec dicens memetipsum inconstantie redarguo dampnoque quod facio ut frustra videar ad exemplum abraham et meos et patriam reliquisse Sed non audeo dei omnipotentiam angusto fine concludere et artare parvo terre loco quem non capit celum Singuli quique credentium non locorum diversitatibus sed fidei merito ponderantur Et veri adoratores neque Jerosolimis neque in monte garizim adorant patrem quia deus spiritus est et adoratores eius in spiritu et veritate adorare eum oportet Spiritus autem spirat ubi vult Domini est terra et plenitudo eius Postquam siccato iudee vellere universus orbis celesti rore perfusus est et multi de oriente et occidente venientes

Nota socrates pergens pecunias proiecit propter virtutem

Christus spirat ubi vult

Domini est terra et plenitudo eius

requieverint in sinu abrahe Desiit notus esse in iudea tan
tum deus et in israel magnum nomen eius sed et in omnem terram
exivit apostolorum sonus et in fines orbis terre verba eorum Salvator
ad discipulos suos loquens et cum esset in templo surgite inquit
abeamus hinc et ad iudeos relinquetur vobis domus vestra Si celum
et terra transibunt utique transibunt omnia que in terra sunt et cru
cis igitur et resurrectionis loca his prosunt qui portant crucem
suam et cum christo resurgunt cotidie qui dignos se tanto exhi
bent habitaculo Ceterum qui dicunt templum domini audiant ab
apostolo vos estis templum dei et spiritus dei habitat in vobis et de iero
solimis et de britania equaliter patet aula celestis Regnum
enim dei intra vos est Antonius et cuncta egiptus et mesopo
tamie ponti et capadocie et armenie examina monachorum non
videre iherosolimam et patet illis absque hac urbe paradysi ianua
Beatus hylarion cum palestinus esset in palestina habitaret
uno tantum die vidit ierosolimam ut non contempneret sancta
loca propter viciniam nec rursus deum loco cludere videretur
ab adriani temporibus usque ad imperium constantini per annos
circiter centum octuaginta in loco resurrectionis simulacrum
zionis in crucis rupe statua ex marmore veneris a gentibus
posita colebantur Estimantibus persecutoris auctoribus quod
tollerent nobis fidem resurrectionis et crucis si loca sancta per
ydola polluissent Bethleem nunc nostrum et augustissimum orbis
locum de quo psalmista canit veritas de terra orta est lucus
inumbrat clamuz id est adonidis et in specu ubi quondam christus
parvulus vagijt veneris amasius plangebatur Cur inquies hoc
tam longe repetita principio videlicet ne quicquam fidei tue de
esse putes quia ierosolimam non vidisti Nec nos idcirco meli
ores estimes quod huius loci habitaculo fruimur sed sive hic sive
alibi equalem te pro opibus tuis apud deum habere mercedem
revera ut simpliciter motus mentis mee fatear considerans

et propositum tuum et ardorem quo seculo renuntiasti differentias in
locis arbitror si urbibus et frequentia urbium derelicta in agello
habites et christum queras in solitudine Ores solus in monte cum ihesu
sed tamen locorum incivitatibus perfruaris idem ut et turba careas
et propositum monachi non amittas Sed loquor non de episcopis non de
clericis loquor quorum aliud officium est sed de monacho et de monacho
quondam nobili apud seculum qui idcirco pretium possessionum suarum ad
pedes apostolorum posuit docens pecuniam esse calcandam ut humiliter et
secreto uictitans semper contempnat quod semel contempserit Si
crucis et resurrexionis loca non essent in urbe celeberrima in qua
curia in qua alee in qua scorta mimi scurre et omnia sint que solent
esse in ceteris urbibus uel si monachorum solummodo turbis frequentaretur
expetendum reuera hoc cunctis monachis esset habitaculum Sed nunc
uero summe est stultitie renuntiare seculo dimittere patriam urbes de
sere et monachum profiteri et inter maiores populos peregre
uiuere melius quam eras uicturus in patria De toto huc orbe concur
ris plena est ciuitas omnis generis hominum et tanta utriusque sexus
constipatio ut quod alibi ex parte fugiebas hic totum sustinere cogaris
Quia igitur fraterne interrogas per quam uiam incedere debeas reuelata
tecum facie loquor Si officium uis exhibere presbiteri si episcopatus te uel
opus uel honor forte delectat uiue in urbibus et castellis et aliorum
salutem fac lucrum tue anime Sin autem cupis esse quod diceris mo
nachus id est solus quid facis in urbibus que utique non sunt solo
rum habitacula sed multorum Habet quodque propositum principes suos
Romani duces imitentur camillos fabricios regulos scipiones philosophi
proponant sibi pitagoram socratem platonem aristotilem Poete imi
tentur homerum uirgilium menandrum terentium historici tucididen salustium
et rodotum liuium Oratores lisiam grachum demostenem tullium
Et ut ueniamus ad nostra episcopi et presbiteri habeant ad exemplum apostolos et apostolicos
uiros quorum honores possidentes habere nitantur et meritum Nos autem
habeamus propositi nostri principes paulos antonios iulianos hyla-

Nota quod aliud est officium episcopi et aliud monachorum

Nota nomina poetarum et oratorum

de episcopis et presbiteris qui simulantur apostolis

riones macharios et ut auctoritatem scripturarum redeam nostri
elyseus nostri duces filii prophetarum qui habitant in agris
et solitudine et faciebant sibi tabernacula prope fluenta Iorda-
nis de his sunt et illi filii rechab qui vinum et siceram non
bibebant qui morabantur in tentoriis qui dei per Ieremiam
voce laudantur et promittitur eis quod non deficiat de stirpe eorum
vir stans coram domino hoc reor et lxx psalmi titulum signifi-
care filiorum ionadab et eorum qui primi in captivitate ducti sunt
iste est ionadab filius rechab qui in regnorum libro scribitur cur-
rum ascendisse cum hieu et huius filii sunt qui in tabernaculis
semper habitantes ad extremum propter incursionem caldei ex-
ercitus ierosolimam intrare compulsi hanc primam captivitatem
sustinuisse dicuntur quod post solitudinis libertatem urbe quasi
carcere sint reclusi Obsecro itaque te ut quoniam sororis tue liga-
tus es vinculo et non penitus expedito pergis gradu sive hic
sive ibi multitudines hominum et officia et salutationes convivia
veluti quasdam cathenas fugias voluptatum Sit vilis et vesp-
ertinus cibus olera et legumina interdumque pisciculos pro summis du-
cas deliciis Qui xpm desiderat et illo pane vescitur non querit mag-
nopere quam de pretiosis cibis stercus conficiat Quicquid post gulam
non sentitur idem tibi sit quod panis et legumina habes adversus
Iovinianum libros de contemptu ventris et gutturis plenius
disserentes Semper in manu tua sacra sit lectio frequenter orandum
et flexo corpore mens erigenda ad deum Crebre vigilie et ven-
tre vacuo sepius dormiendum Rumusculas gloriolas et palpantes
adulatores quasi hostes fuge pauperibus et fratribus refrigeria
sumptuum manu propria distribue Raro est in hominibus fides non
credis verum esse quod dico cogita iude loculos humilitatem vestium
tumenti animo non appetas Secularium et maxime potentium con-
sortia devita quid tibi necesse est ea videre crebrius quorum con-
temptu monachus esse cepisti Soror precipue tua matronarum

de monachis

de vigiliis et abstinentia

nota de gloria potentum fuge

declinet colloquia ne inter sericas uestes et gēmas turbā sedē
tiū seminarū se sordidatū aut doleat aut miret' quia alterū
ꝓpositi penitencia altm iactantie seminariū est Caue ne quasi
fidelis et famosus tuoꝝ quidam dispensator alienam pecuniam
distribuendam accipias intelligis quid loquar dedit eīn tibi
dn̄s in omībus intellectum habeto simplicitatē columbe ne
cuiq̄m machineris dolus et serpentis astutiam ne alioꝝ sup
No pulcherrima consilia
planteris insidijs non multum distat in vitio uel decipere
posse uel decipi xpianū Quem senseris tibi aut semper aut
crebro de nūmis loquentem excepta elemosina que inde
frent omnibus patet institorem potius habeto q̄m mona
chum ꝑter uictum et uestitū et manifestas necessitates nich'
cuiq3 tribuas ne filioꝝ panes canes comedant Verū xpi
templum anima ardentis est illam exorna illam uesti illi
offer donaria in illa xpm suscipe que utilitas parietes ful
no q' aīa veri credentis
gere gēmis et xpm in paupere fame mori Iam non sunt
ē verū xpi templū
tua que possides dispensatio tibi credita est memento Ana
nie et Saphire Illi sua timide seruauerunt tu considera ne
xpi substanciam imprudent' effundas atq3 effluent' id est ne
inmoderato iudicio rem pauꝑm tribuas non pauꝑibus et
secundū dictū prudentissimi uiri liberalitate liberalitas
pereat Noli respicē ad faleras et nomina vana cathonū Ego
te inquit intus et in cute noui Esse xpianū grā de ē non
uideri et nescio q̄d plus placeat mūdo q̄m xpo displicet
h' uersus ut aiūt mineruā sed ingredientē pelagus ami
cus amicum monui mallens a te facultatem meam queri
q̄m voluntatem Ut in quo ego lapsus sum tu firmo perge
res grādem librū tuū q̄m pro theodosio principe prudent'
ornateq3 compositum transmisisti libenter legi et ꝑcipue
michi in eo subdiuisio placuit Cumq3 in primis partib'
uincas alios in penultimis temetipsum superas Sed ipm

genus eloquii pressum est et nitidum et cum tulliana luceat
puritate crebrum est in sententiis. Iacet enim ut quidam ait
oratio in qua tantum verba laudantur. Preterea magna est rerum
sequentia et alterum pendet ex altero. Quicquid assumpserit vel
finis vel initium sequentium est. Felix theodosius qui christi tali ora
tore defenditur. Illustrasti purpuras eius et utilitatem legum
futuris seculis consecrasti. Macte virtute qui talia habes ru
dimenta qualis exercitatus miles eris. O si michi liceret istius mo
di ingenium non per aonios et montes et helyconis vertices ut
poete canunt sed per syon et ithabirium et syna excelsa ducere
scripturarum si contingeret docere que didici. Et quasi per ma
nus misteria tradere prophetarum nasceretur ad nobis quod docta gre
cia non haberet. Audi ergo me conservum amicum germanum auscul
ta paulisper quo in scripturis sanctis calle gradiaris. Totum
quod legimus in divinis libris nitet quidem et fulget etiam
in cortice sed dulcius in medulla est. Qui edere vult nucleum
frangit nucem. Revela inquit david oculos meos et conside
rabo mirabilia de lege tua. Si tantus propheta tenebras ignorantie
confitetur qua nos putas parvulos et pene lactentes inscitie nocte
circumdari. Hoc autem velamen non solum in facie moysi sed
in evangelistis et apostolis positum est turbis. Salvator in parabolis
loquebatur et contestans misticum esse quod dicebatur aiebat. Qui
habet aures audiendi audiat. Nisi aperta fuerint universa
que scripta sunt ab eo qui habet clavem david qui aperit et ne
mo claudit claudit et nemo aperit nullo alio reserante
pandentur. Si haberes hoc fundamentum immo si quasi extrema
manus in tuo opere duceretur nichil pulcrius nichil doctius
nichil doctius nichilque latinius tuis voluminibus haberemus. Ter
tulianus creber est in sententiis sed difficilis in loquendo. Beatus
Ciprianus instar fontis purissimi dulcis incedit et placidus
et cum totus sit in exortatione virtutum occupatus persecutionis angustiis

de Cipriano

scripturas divinas disseruit inclitus victorinus martirio corona
tus quod intelligit eloqui non potest lactantius quasi quidam fluuius
tulliane eloquentie utinam tam facile nostra affirmare potuisset
quam facile aliena destruxit arnobius inequalis est et nimius et
absque operis sui partitione confusus Sanctus hylarius gallicano co
turno atollitur et cum grecie floribus adornetur longis interdum
periodis inuoluitur et a lectione simpliciorum fratrum procul est Taceo de ce
teris uel defunctis uel et adhuc uiuentibus super quibus in utramque
partem post nos alii iudicabunt Ad te ueniam symmistem sodalem me
um et amicum meum inquam amicum antequam notum et precabor ne affe
ctionem in uilissitudinem suspiceris quam potius uel errare estima
to uel amore labi quam amicum adulatione decipere Magnum habes
ingenium et infinitam sermonis suppellectilem et facile loqueris et
pure facilitasque ipsa et puritas mixta prudencie est Capite quippe sano
omnes sensus uigent huic prudentie et eloquentie si accederet uel
studium uel intelligentia sacre scripture uiderem te breui arce tene
re nostra et ascendentem cum iacob tecta sion canere in domatibus
quod in cubilibus cognouisses attingere queso te attingere michil
sine magno uita labore dedit mortalibus Nobilem te ecclesia ha
beat ut prius senatus habuit Prepara tibi diuicias quas erogas co
tidie et numquam deficiant dum uiget etas dum adhuc canis spar
gitur caput antequam subeat morbi tristisque senectus et labor et dure
rapiat inclementia mortis Nichil inter mediocre esse contentus sum
totum summum toti perfectum desidero Sanctum vigilantium presbiterum
qua auiditate susceperim melius est ut ipsius verbis quam meis
discas hiis quare tam cito profectus sit et nos reliquerit non possum
dicere ne ledere quempiam videar tamen quasi pretereuntem et festi
nantem paululum tenui et gustum ei nostre amicitie dedi ut per eum
discas quid in nobis non desideres Sanctum conbinam tuam et tecum
domino militantem pro te salutari volo

Ad occeanum de vita clericorum

Historonius Eusebius Jeronimus occeano suo salutem. Deprecatus ut tibi breviter exponerem qualiter clerici debeant vivere hunc me plerique canini maledictis prosequuntur quia non sileo veritatem. Tamen michi carissime ex apostolo sumamus exordium. Sic enim ait humanus sermo et omni acceptione dignus. Si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Oportet enim irreprehensibilem esse sobrium pudicum benignum ornatum hospitalem docibilem non percussorem sed modestum non litigiosum non violentum qui domui sue bene preest et ceteris totum igitur comprehendere sed tacendum cum irreprehensibilem ponit. Quomodo igitur alterum reprehendit cum ipse qui accepit potestatem ut doceat sit reprehensus.

nota virtutes episcopi

Ex episcopo gradus ceteri clericorum condiscunt hac vita mortalis se ipsos immutabiles debent proponere ut alii minores gradus humiles vita et testimonio sacerdotum possint exurgere. Precipue illud assequer attentius tibi esse cavendum quia prima temptamenta sunt clericorum feminarum frequentes huiusmodi sexus reprehensibiles exhibent clericos quod tibi revera cum feminis qui ad altare cum domino fabularis te cinch in publico te in agro rustici aratores et vinitores cottidie graviter lacerabunt si contra dispositum fidei cum feminis habitare contendis et quia ut arbitror concupistis irreprehensibilis inveniri testimonio bono munire. Sinnquid in choro apostolorum femine affuerint prohibe virgines tecum commorari que de genere tuo non sunt. Diligis eam exterius ordina frequenter visita vinctus obsequio clericorum secum secretaliter ac solus ingredieris macules testimonium tuum. Illud etiam adiciendum est quia si uxorem duceres lex te non prohiberet habitare cum conserva. Cum uxore enim consensu eiusmodi ad regimen sacerdotii promovent maxime cum apostoli preceptum

ab ordine maiori distet ad ordine minor

de gustacione feminarum

hic habeat unius uxoris uirum ad honorem clericatus eli
gendum te uero non ita solitaria precepta constringunt
aliter coniugatum aliter uirgines edocent. Ecclesiasticum sibi mi
nisterium feminarum cum clericis pacto precipitur conuersatio ia

de conuersatione feminarum

nua dyaboli uia iniquitatis scorpionis percussio nociuum que
genus femina cum proximat stipula incendit ignem fla
migero igne percutit femina constantiam parit habitantis
exurit que fundamenta montium Ego iudico si cum uiris femine
habitent uiscarium non deerit dyabolo ex eis aucupatum est ab
initio peccatum feras mentes libido domat si alligat quis
ignem in sinum suum et uestimenta eius non comburentur aut
si quis ambulauerit super carbones ignis et pedes suos non
comburit michi crede non potest toto corde esse cum domino qui
feminarum accessibus copulatur. Sed dicis qui ambulat inquit
simpliciter ambulat confidenter bene et argute sed oportet

Nota quod cauendum est de mala suspicione

testimonium habere ab hiis qui foris sunt et licet coram domino mercedis
tamen coram omnibus bona prouidenda sunt quia et astutio
res sunt filii tenebrarum super filios lucis Cum autem hoc genus
non amputatur das reprehendi te locum ipse te detrahensi
um morsibus tradidisti si agapetarum consortium non dimi
seris Benignus es gaudeo pudicus falsum est. Si pudici

a conuersatione mulierum [illegible] non deuitandum

ciam queris feminam quam uideris bene conuersantem mente

quod bene induti clerici

dilige non corporali frequentes ornatu. Non uestis tenera
clericum facit aut sacerdotem sed casta mentis intentio hec in
deuotione honores inter custodit honore quidem gloriosus
boni operis fama conseruat Sacerdotes quippe ceteri uel gra
dus ceteros clericorum idem ut supradictum a feminis segregauit

Nota

Si igitur genus gratia iudicas easdem nullo pacto dimittere
memento thamar quod ab amon fratre suo corrupta sit Id
ipsum prosequor dilectissime ubi unius est tabernaculi conuer
satio carnis non facile tollitur delectatio de duobus enim quod

vnius desiderat si loqui non potest vel temptat' remotio igr
viri castitatis collocat arma Construit in melioribus castra
pudoris honorem consolant' Potuit enī et maria mater dñi
de choro aplōꝝ non discedere si haceret teda post temptatōem
passionis anthiochie a paulo prohibet' parit' pargere Nemo
miles cum vxore pergit ad bellum non inuideo caritati sit tibi
cum castis virginibus longeua dilectio tunc in bono meritū
collocabis et famam meliorabis sed in congregationes puel
larū pulcre censeo in ebdomada secūda visitatōe ad benedicēd
congregationem cōuenias sed non solus ne rimigeruli linguis
celacerantibus macerent aliena enī cupiūt vitam dilacere
uitam et non suam ꝑpterea digne accipe mōꝝ precepta v̄boꝝ
et monita hūilitatis que fraťno affectu calamo impante ex
pressimus dultū lege Iam vero et reprehensibilis diuini alta
ris non sit sacerdos pauca de reliquis apli testimonijs q̄ntu
dns donat exponam sufficiant superiores cause que dicte sūt
verum ne aliquis minus intelligens ad epōs tant' sentiat a
postolū fuisse locutum quid de dyaconibus ad Thimotheū
preceptum est quid de pśbris ad Tytum cōmemorari delec
tat sed ꝑtereundū non est superioris capli explanari sinam
vnius uxoris virum et noua et uetus preceptio sacerdotem
esse sic eligendū Quia bigamos ad ministeriū pleriq; epi ap
plicaunt sic aseruerunt Concubina fuit inde het uxor quasi
nō het cōmercia feditatis nulla in hac exercent et que vxor
asserit An quia cōiugij tabulas non fecit concupiscentia a
lia non fuit Nullo pacto bigamos uel concubinaꝝ cathenis in
ceatos debet subire ministeriū In leuitico scriptū est ac p̃ finitū
quales elegi debeant sacerdotes sicut habes et dixit do
minus ad moysen Sacerdos uxorem virginē accipiat de
semine patrum suoꝝ viduam vō et destitutam aut a viro
marito derelictā non accipiat. bū audiui precipiente dño

Nō ꝯ milites q ad bella ducunt vxores

ꝯ malas linguas

ꝯ bigamos et concubinarios

moysi quia nec uxor debeat sacerdoti bigama queri ne ho
nore polluat sacerdotis Sicut unius uxoris uirum sic unius uiri
mandat uxorem Si ergo clericus monogamus fuerit et uxor eius
bigama noli eum ministerio applicare bigamam n. duxit uxorem
h' cito precepta idem apostolus de ordinandis clericis dedit et quia liber
finem expectat ne due aut tres pariter dei ancille morentur solum ad
eas non teneat ingredi sed(?) Si quis hec non seruauerit hostis
est anime sue Cum si nostra post monita aliquis clericus agapitas
amplius quesierit amare quam christum secundum sinodalem regulam con
ueniatur et precepta patrum in ea definita ei legantur Iam uero
si conuentus predicta fugerit et reliquerit consecuti sumus
maximum lucrum alioquin talis ab ecclesia anathematizandus sit. Ger
minant enim femine cum uiris habitantes spinas et arthana me
tium acuto mucrone pariunt pronefas dolorem ducere hec pre
terite non dicet christo iste nouerunt nubere non clericis unde sine
nuptiis nouum genus uxorum et hec ad nos quod pertinet amarata
consensus bonus est honor in ecclesia continua al' si a consortio ui
rorum sint longe monachum uel clericum solitudo faciat non pub
licum Quid te uirginale delectat alloquium cur sanctimonialium cont
fidem frequentia in ecclesia uel in ipso publico si eos quos diligunt
uiderint ridentibus oculis salutationis tenua uerba procedunt de
inde cum salutauerint si eos ut dei uiros preterire celerius uide
rint contemptores suos iudicant et uastant Ordinatur deinde
satisfactio deserta post satisfactionem prandium quasi noua leti
cia disponitur Inter pocula improbant uerba contemptus Ille uero
lamentare se simulat quasi peius genus mouens Lege quia talis
esse debet solitarius qualem Ieremias describit Sedebit solitarius
et tacebit Et quia Ihesus relictis apostolis solus ibat orare mariam in
penetralibus angelus solam inuenit non cum agapeta loquentem
Et illa uirile introitum trepidauit tu que fornax es malicie quid a
uiro desideras salutari frequentius et nescis quia dupliciter

fuge a consorcio mulierum

quod frequentantes monasteria monialium

ad oceanum

famam propositi tuam simul et clerici cuius vita ecclesia Christi debet ornari. Inordinata consuetudo et delicatis sermonibus famulosa calamitas. Sed si hospitalitatem cupis, hic habeas tuas sorores, ille apud te in domo vocari debent non fratres, erit ad edificationem tuam sancta virgo quod dicto in beatissimi martini vita legimus commemorasse supplicium quod tusiens | Sanctus martinus quamdam virginem moribus et castitate precellentem cupiens visitare illam voluit et exenium misit ei ac per fenestram respiciens ait sancto viro mi pater ora quia a viro numquam sum visitata. Gratias egit deo sanctus martinus quod talibus moribus imbuta castam custodierit voluntatem benedixit eam et abiit letitia plenus. Usque huc sufficiat de feminis. Dum consummata quippe virginum ca tuscanius ad reliqua | Hospitalem apostolus precepit clericum ordinandum hoc per abraham et loth quia dilexerunt angelos susceperunt. Sic et onesiphorus paulum doctrine fontem suscepit hec imitatores sunt viri et ne sinatis incolam preterire qui apud vos non comederit panem. Sequitur non percussorem non enim pugilem describit apostolus sed qui conscientias non percutiat singulorum | Sit modestus non infletur non inebrietur. Sit domui sue bene prepositus ne domum clerici detrahatur. Debet sacerdos opinionem implere quando de proximis eius male loquitur populus. Super omnia hec precepit boni testimonii clericos fundamenta componere ut bonorum operum testificatio casto confirmet affectu

de feminis

Nota de sancto martino

de hospitalitate

bona fama sit in clerico

Piscator hominum missor et apostolo te quoque quasi pulcherrimam auratam inter minima piscium genera traxit ad litus. Reliquisti amaros fluctus salsos gurgites salsuras mo-nium et leviatan regnantem in aquis criminum deserta expetens contempsisti ut possis propheticum illud in terra deserta et in invio et in aquoso sic in sancto apparui tibi. Et item | Ecce elongavi fugiens et mansi in solitudine expectabam eum qui salvum me faceret a pusillanimitate spiritus et tempestate. Obsecro ergo te et

pro nouitys ad fui tiuz dey

moneo parentis affectu ut qui sodomam reliquisti ad mon
tana festinans post tergum et ne respicias Ne aratri stivam
ne fimbriam salvatoris nec crines eius noctis rore made
factos quos semel tenere cepisti aliquando dimittas Ne de tecto
virtutum pristina quesiturus vestimenta descendas Ne de a
gro revertaris domum Ne campestria cum loth et amena ortorum
diligas que non irrigantur de celo ut terra sancta de se turbi
loso flumine iordane postquam dulces aquas maris mortui
commixtione mutavit Cepisse multorum est ad culmen pervenisse
paucorum Qui in stadio currunt omnes quidem currunt unus autem
accipit coronam Et econtra de nobis dicitur sic currite ut
comprehendatis non est invidus agonitheta noster nec alteri
palmam alteri parit ignominiam omnes athletas suas desi
derat coronare Gaudet animus meus et magnitudine letitie
tem memoris patior ut in lacrimis verba prorumpat Ta
cens publicanus ad unius hore conversationem hospitio
meruit habere salvatorem Marta et maria convivio prepara
to dominum suscipere Meretrix lavat fletibus pedes et ungen
tis bonorum operum dominici corporis dedicat sepulturam Symon
leprosus invitat magistrum cum discipulis et non contemp
nitur Abrahe dicitur Egredere de terra tua et de cognatione tua
et de domo patris tui et vade in terram quam monstravero
tibi Reliquit caldeam reliquit mesopotamiam querit quod
nescit ne perdat quem invenerat Non enim arbitratus est
simul habere posse et patriam et dominum sed tunc illud propheta
vit opere complebat Advena sum apud te et peregrinus
sicut omnes patres mei hebreus id est perates atque transitor
de non est presenti virtute contemptus sed preteritorum oblitus
in futurum se extendit et facit illud Ibunt de virtute in virtu
tem Christianum sortitus es nomen et viam tibi aperuit quo
non queras et que tua sunt sed que aliena Et illos putes

nota sic currite ut comprendatis

nota

parentes fratres affines atque cognatos qui tibi in christo copulati
sunt. Mater inquit mea et fratres mei hii sunt qui faciunt — *qui dei voluntatem facit frater meus est*
voluntatem patris mei. Habes matrem prius in carne nunc in spiritu
sororem, de coniuge germanam, de femina virum, de subiecta
parem, que sub eodem iugo ad celestia simul regna festinat.
Cauta rei familiaris dispensatio ad caulos rediens non cito
ponitur. Joseph cum tunica egyptiam effugere non potuit. Adoles
cens ille qui opertus sindone sequebatur ihesum quia tentus fuerat
a ministris terrenum abiciens opimentum et nuda quasi helya
igneo curru raptus ad celum melotem reliquit in terris. Elyseus
boves et iuga prioris operis et vertis inmolat. Loquitur
sapientissimus: ut qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Quamdiu
versamur in rebus seculi, anima nostra possessionum ac redituum procu
ratione devincta est, de deo libere cogitare non possumus. Que
enim participatio iusticie cum iniquitate? Aut que societas luci
ad tenebras? Qui consensus christi ad belial? Que pars fideli
cum infidele? Non potestis inquit dominus servire deo et mamone. — *deo et mamone non potestis servire*
Aurum deponere incipientium est non perfectorum. Fecit hoc theba
nus Socrates, fecit Antistenes. Sed se ipsum offerre deo proprie christia
norum est et apostolorum, qui duo cum vidua paupertatis sue in gazo
philacio [illegible] mittentes totum censum quem habuerant domino
tradiderant et merentur audire: sedebitis super xii solios
iudicantes xii tribus israel. Hec et ipse intelligis que animo
replicem et quod sub aliis verbis te ad sanctorum locorum invitem ha
bitaculum. Habundancia tua multorum inopiam sustentavit,
ut eorum divicie in tua in tua indigentia redundarent. Fecisti
tibi amicos de iniquo mamona qui te reciperent in eterna
tabernacula. Laudanda res et apostolicorum tempore virtutibus e
quanda, quando venditis possessionibus suis credentes afferebant — *nota de regula apostolorum*
pecunias atque fundebant ante pedes apostolorum, ostendentes
avariciam esse calcandam. Sed dominus magis querit animas

de propriis diviciis

ardencium quorum opes legimus redemptio anime viri proprie divi

cie. Possumus quidem divitias proprias intelligere que non de

alieno non de rapinis sunt iuxta illud honora deum de tua

substantia sed melior illa sententia ut divitias proprias intelligamus the

sauros absconditos quos nec fur possit suffodere nec latro vio

lentus eripere

Hec et sequens sunt excepta de epistolis contra Iovinianum

Percurram breviter grecas et latinas barbarasque hystori

as et docebo virginitatem semper tenuisse pudicicie

principatum. Referunt fabule atalantem Calidoniam

nota multa et incredibilia de virginitate

virginem semper in venabilibus semper in silvis non timentes

uterum feminarum festiva que contemptum sed expeditam et castam amas

se virtutem. Harpelicem quoque virginem tracia insignis poeta

describit et reginam muscorum camillam quam turnus sui auxilium

venerat laudare volens non habuit amplius quod amplius diceret

nisi virginem nominaret. O decus ytalie virgo de alto equos

illa filia leo virgo propria pestilencia patrie scribitur spontanea

morte soluisse et effigenie virginis sanguis adversos placasse

ventos. Quid referam sibillas et tricheam atque cumanam et octo

reliquas stam nato x fuisse autumat quarum insigne virginitas

est et virginitatis premium divinatio. Quod si eolico genere sermonis

sibilla theobule appellatur recte consilium dei sola scribitur nosse

virginitas. Cassandram quoque et crisinnates appollinis ad

iunonis virgines legimus et sacerdotes dyane et taurine

veste innumerabiles extiterunt quia cum nam inimicicia

propter suspicionem stupri viva defossa in iusta uxor pena

nisi grande crimine lesa putaretur virginitas. Certe romanus po

pulus quanto honore virgines semper habuerit hinc apparet

qui consules et imperatores et in curribus triumphantes qui

de superatis gentibus tropea referebant et omnis dignitatis gradu

dus eis venia ardere solus sit Claudia virgo vestalis cum in
suspicionem venisset stuprum et simulacrum matris ydee in navo
liberis heret ad comprobandam pudicitiam suam fertur cingulo
duxisse navem quam multa hominum milia trahere nequiverant
melius tamen inquit lucanus poeta patruus cum illa esset actum
si hoc quod devenit ornamentum potius exploratae fuisse pudi
citie quam dubie patrocinium Sed mirum hoc de hominibus cum
minervam quoque et dianam virgines deas finxerit error gen
tilium et inter duodecim signa celi quibus mundum volvi putant
virginem collocaverint magna iniuria nuptiarum ut ne inter
scorpios quidem et centauros et cancros et pisces et capricor
nos uxorem maritumque constrinxerint Triginta atheniensium
tyranni cum phidonem negassent in convivio filias eius virgines ad
se venire iusserunt et scortorum more nudari ac super pavimen
ta patris sanguine cruentata impudicis gestibus ludere que paulis
per dissimulato dolore cum temulentos convivas cernerent
quasi ad requisita nature egredientes invicem se complexe pre
cipitaverunt in puteum ut virginitatem morte servarent Demo
tionis ariopagitarum principis virgo filia audito sponsi leo
sthenis interitu qui bellum lamiacum concitarat se interfecit as
serens quamquam intacta esset corpore tamen si alteri cogeretur ac
cipere quasi secundum acciperet cum priori tenuisset Spartiate et me
senii diuturnas sibi habuere amicitias in tantum ut ob quedam sacra
et virgines ad se invicem mitterent Quodam igitur tempore
cum quinquaginta virgines lacedemoniorum messenii violare
temptassent de tanto numero ad stuprum nulla consensit sed omnes
libentissime pro pudicitia ceciderunt quam ob rem grave bellum
et longissi[...]mum cogitatum est et multum temporis ma
mertina [...]erallor et [...] subversa Aristoclides orchomeni tyran
nus adama[...] liber[...] virginem stimphalidem que cum patre
occiso ad templum dyane confugisset et simulacrum eius teneret

Nota magnum miraculum de virgine ista

et ne ui poſſet euelli in eodem loco confoſſa eſt. Ob cuius
necem tanto omnis archadia dolore commota eſt ut bellum pub^ce
ſumeret et necem virginem ulciſceret. Ariſtomenes meſſen^9
vir iuſtiſſimus motis lacedemonijs et quodam tempore noc
turnas ſacre celebrantib^9 quo vacabat iachintina rapuit de
cetus lacedemonum virgines xij. et tota nocte gradu concito fu
giens exceſſit de finibus ſpartanorum. Cumque eos comites
eius vellent violare monuit quantum diu potuit ne facerent
ad extremum quoſdam non parens parentes interfecit ce
teris metu coercitis. Redempte poſtea a cognatis puelle cum
ariſtomenem uiderent cedis reum fieri tam diu ad patriam non
ſunt reuerſe quam diu iudicum aduolute genibus defenſorem
pudicicie ſue cernerent abſolutum. Quo ore laudande ſunt
ſcedani filie ille uetris boecie quas traditum eſt abſente pa
tre duos iuuenes pretereuntes vino vim per nocte intu
lere virginibus. Que amiſſe pudicicie nolentes ſuperuiue
mutuis vulneribus conciderunt. Juſtum eſt et ludicias
virgines non tacere que cum illum mitterent ex more per
annos circiter mille nulla obſeni rumores et pulute vir
ginitatis ullam fabulam dedit. Quis valeat ſilencio preterire
ſeptem mileſias virgines que gallorum impetu cuncta vaſ
tante nequit indecens ab hoſtibus ſuſtinerent turpitudi
nem morte fugerunt. Exemplum ſui cunctis virginibus relin
tes honeſtis mentibus magis pudiciciam curare eſſe quam ui
tam vicarior victis thenis atque ſubuerſis unius capti
uitatis virginis amore ſupatus eſt cuius coniugium expetens
et voluptarios amplexus quod ſic licet captiua optare de
buerat ſenſit pudicas mentibus plus   certe, virginita
tem eſſe quam regnum et interfectam abuerit hi   propria ma
nu flex et ligris amator tenuit   s triui   ſtarant
ſcriptores gregie et altam thebanam   virginem quam

de v^9ginib^9

hostis macedo corruperat bis simulasse postea dormientem
seque interfecisse tanto gaudio ut nec vivere voluerit post perdi-
tam castitatem nec ante mori quam ultor existeret apud gi-
mno bragmanas sophistas in die quasi per manus unius o-
pinionis auctoritas traditur quod buddam principem dogma-
tis eorum ex latere suo virgo generarit nec hoc mirum de bar-
baris cum mervam quoque de capite iovis et liberum patrem de
femore eius procreatos doctissima finxerit grecia Spesippus
quoque sororis platonis filius et clearcus in laude platonis
et anaxilides in secundo libro philosophie pitionem matrem platonis
fantasmate apollinis oppressam ferunt et sapientie prin-
cipem non aliter arbitrantur nisi de partu virginis editum
Sed et timeus scribit phitagore virginem choro virginum prefuis-
se et castitates eas instituisse Diodorus socraticus quinque
filias dialecticas insignis pudicitie habuisse narratur de qui-
bus et filo carneadis magister plenissimam scribit hysto-
riam atque nobis dominum salvatorem de virgine procreatum — *de maria virgine*
romana exprobraret cum auctoris urbis et gentis sue
illa virgine et marte genitos arbitrantur hec de virginibus
seculi currens per multiplices hystorias et properans sermone
perstrinxerim

Per quinque sensus quos per quasdam fenestras vitiorum
ad animam introitus est non potest autem metropo-
lis et armentis campi nisi per portas eius irrue-
rit hostilis exercitus horum perturbationibus anima pregra-
vatur et capitur aspectu auditu odoratu sapore et tactu Si
circensibus quispiam delectetur si athletarum certamine si mo-
bilitate hystrionum si formis mulierum si splendore gemmarum
vestium metallorum et ceteris huiusmodi per oculorum fenestras — *nota de fenestris corporis*
anime capta libertas est et implebitur illud propheticum mors
intravit per fenestras vestras Rursum auditus vario orga-

vocum cantu et vocum flexionibus delectant et carmine poetarum
et comediorum minorumque ut vanitatibus et strophis et quidquid
per aures introiens virilitatem mentis effeminat. Odoris autem
suavitas et diversitas thimiamatum et amomum et cyphone nan
the muscus et peregrini muris pellicula quod dissolutis et ama
toribus conveniat et nemo nisi dissolutus negat. Porro ciborum
aviditas quod avaritie mater sit et examinum quasi quibusdam com
pedibus degravatum in terra teneat. Quis ignorat propter breve
gule voluptatem terre lustrant et maria ut mulsum vinum preci
osusque cibus fauces nostras transeat totius vite opere desudamus.
Tactus autem alienorum corporum et feminarum ardentior appetitus vi
cinus insanie est. Ob hunc sensum cupimus irascimur gestimus
invidemus et ululant solliciti sumus et expleta voluptate per
quandam plenitudinem rursus accendimur querimusque facere quod cum
fecerimus iterum peniteamus. Igitur cum per has portas quasi qui
dam perturbationum turbe ad arcem nostre mentis intraverint ubi
est libertas ubi fortitudo eius ubi de deo cogitatio maxime cum
tactus depingat sibi etiam preteritas voluptates et recordatione
viciorum cogat animam compati et quodammodo exercere quod non
ut his igitur rationibus invitati multi philosophorum reliquerunt frequenti
as urbium et ortulos suburbanos ubi ager irriguus et
arborum come susurrus avium fontis speculum rivus murmu
rans et multo odorum auriumque illecebre ne per luxum et ha
bundanciam copiarum anime fortitudo mollesceret et eius pudici
cia constupraretur. Inutile quippe est crebro videre per quem
aliquando captus sis et eorum te experimento committere quibus difficul
ter careas. Nam epitagarici huiuscemodi frequentiam declinan
tes et in solitudine et desertis locis habitare consueverunt. Pla
tonici quoque et stoyci in templorum porticibus et lucis versa
bantur ut amoniti angustioris habitaculi sanctitate nil ali
ud quam de virginibus cogitarent. Sed et ipse Plato cum esset

diues et coros eras diogenes lutatis pedibus conculcaret
ut posset vacare philosophie elegit academiam villam ab urbe procul
non solum desertam sed et pestilentem ut cura et assiduitate mor
borum libidinis impetus frangerent. discipuli quoque sui nullam aliam
sentirent voluptatem nisi earum rerum quas discerent. Quosdam le
gimus effodisse sibi oculos ne per eorum illecebra contemplacione
philosophie uocarent. Unde et socrates ille thebanus proiecto in mare
non paruo auri pondere abite inquit pessimi male cupiditates
ego uos mergam ne ipse mergar a uobis. Quod si quis existimat et
habundancia ciborum potorumque se posse et vacare posse sapientie
hoc est versari inter delicias et deliciarum vicijs non teneri se ipsum de
cipit. Cum eciam procul remoti ab hijs sepe capiamur. Ea capere quorum
copiam non habemus. quanto magis si circumdati rebus volupta
tum esse nos liberos arbitremur. Sensus noster illud cogitat quod videt
audit odorat. gustat attractat et ad eius retrahitur appetitum cuius
capitur voluptate quod mens videat et mens audiat et quod nec au
dire quippiam nec videre possimus nisi sensus mea que cernimus
et audimus fuerit intentus. Vera quoque sentencia est. Difficile immo im
possibile est delicijs et voluptatibus affluentes non ea cogitare
que gerimus. Frustra que et quidam simulant salua fide et pudici
cia et integritate mentis se abuti voluptatibus cum contra naturam
sit et corpus voluptatum sine voluptate perfrui et apostolus hoc ipsum
cernens dixerit que autem in delicijs est viuens mortua est. Sen
sus corporum quasi equi sunt sine racione currentes. Anima vero
in aurige modum retinet frena currencium equorum. Equi absque
rectore precipites ruunt. ita corpus sine racione et imperio anime
in suum fertur interitum. Alia quoque comparacio anime et corporis a
philosophis ponitur. corpus puerum. anima pedagogum dicit esse eius
Unde et hystoricus anime inquit imperio corporis seruicio mag
utimur. Alterum nobiscum dijs alterum cum brutis rebus commune
est. igitur nisi vita adolescentis et pueri prudencia pedagogi

[Margin notes:]
nota de socrate qui thesaurum proiecit in mare
nota impossibile est in delicijs non cogitare
nota sensus corporum qui equi sunt
nota comparacio anime et corporis ad puerum et pedagogum

Nota de cibis

Nota de inordinato cibo

Galienus doctissimus ypocratis interpres

reverit omnis conatus eius et impetus ad lasciviam properant
Sine ceteris sensibus vivere possimus verbi gratia sine aspectu auditu
odoratu et tactu absque gustu autem et cibis impossibile est
humanum corpus sustineri adesse ergo debet racio ut tales et
tantas sumamus escas quibus non oneretur corpus nec liber
tas anime pregravetur quia et comedendum est et deambulan
dum et dormiendum et digerendum et postea inflatis venis
incentiva libidinis sustinenda luxuriosa res et contumeli
osa ebrietas omnis autem qui cum hijs miscetur non erit sapiens
Sic tales amplamus cibos quos aut difficulter digerere aut con
mestos magno partos et perditos labore doleamus Olerum
et pomorum ac leguminum et facilior apparatus est et arte in
pendijs coquorum non indiget et sine cura sustentat humanum
genus moderateque sumptus quia nec avide devoratur quod irri
tamenta gule non habet leviori digestione concoquitur Nemo
enim uno aut duobus cibis hijs que vilibus usque ad inflam
acionem ventris honoratur que diversitate carnium et saporis
delectatione capitur cum varijs nidoribus sumant patinae
ad esum sui explenda esurie quasi captivos ducit et morbi sa
turitate nimia concitantur multique impaciencia gule vomi
tu remediantur et quod turpiter ingesserunt turpius egerunt
uel ypocrates in afforismis docet crassa et obesa corpora
que crescendi mensuram impleverint nisi cito oblaciones
sanguinis minuantur in paralysim et pessima morborum genera
erumpere et ideo esse necessariam detraccionem ut rursum ha
beant in que possent crescere Non enim manere in uno statu
natura corporum sed aut crescere semper aut decrescere nec posse
vivere animal nisi crescendi capax sit Unde et galienus vir
doctissimus ypocrates interpres athletas quorum vita et ars
sagina est dicit in exortacione medicine nec vivere posse diu
nec sanos esse animas que corum ita nimio sanguine adipibus

quasi luto inuolutas nichil tenue nichil celeste se semper de carnibus et uictu et ventris ingluuie cogitare diogenes tyrannos et subuersiones urbium bellaque uel hostia uel similia non pro simplici uictu olerum pomorumque sed pro carnibus et epularum delitijs asserit excitari Quoque mirandum sit epicurus voluptatis assertor omnes libros suos repleuit oleribus et pomis et vilibus cibis dicens esse uiuendum quia carnes exquisite epule ingenti cura ac miseria preparantur maioremque penam habeant inquirendo quam voluptatem in abutendo Corpora autem nostra cibo tantum et potu indigere ubi aqua et panis sit et cetera et similia ibi nature satisfactum quicquid sumpta fuerit non ad uite necessitatem spectare sed ad uitium voluptatis bibere et comedere non delicias ardorem sed sitim famemque restinguere qui carnibus nesciunt indigere et hijs que non sunt carnium Qui autem simplici uictu abutuntur eos carnes non requirere sapientie quoque operam dare non possumus si mense copiam cogitemus que labore nimio et cum diligentia ingenti indiget Cito expletur nature necessitas frigus et fames simplici vestitu et cibo expelli potest unde et apostolus habentes inquit victum et vestitum hijs contenti simus delicie et epule varietatum fomenta sunt auaritie Grandis exultatio anime est cum paruo contentus sis cibo mundum habere sub pedibus et omnem eius potentiam epulas libidines propter que diuitie comparantur iubet mutare cibis et grossiori tunica compensare tolle epulas et libidinis ardoribus luxuriam nemo querat diuitias quorum usus aut in ventre aut sub ventre est Qui egrotat non aliter recipit sanitatem nisi tenui cibo et castigato uictuque Asserit dieta vigiliter quibus ergo cibis recipitur sanitas et hijs et seruari potest Nequis putet morbos oleribus Conitari Si autem milonis illius crotoniate uires olera non ministrant que nascuntur et aluntur et carnibus quid necesse est sapienti uiro

nota hic quare carnes sunt cytande

nota de gula

nota de cibis

et philosophos christi tantam habere fortitudinem que athletis et militibus
necessaria est quoniam cum habuerit ad vicia provocetur. Illi arbitrantur
cognatas qui volunt abuti libidine et incentiva temeraria volupta
tum ad coitum semper excitant. Christiano sanitas absque viribus
nimiis necessaria est. Nec turbare nos debent si rari sunt huius proposi
ti sectatores quia rari sunt et amici boni et fideles et pudici
continentes semperque virgines. Rata est lege Fabricii continentia
tur paupertatem et in tanta urbe vix paucos invenies quos se
quaris. Soli timere ne si carnes non comedam aucupes et vena
podagra a gula causatur tores frustra artificia didicerunt. Legimus quosdam morbo arti
culari et podagre humoribus laborantes per proscriptionem bonorum ad
simpliciorem mensam et pauperes cibos redactos convaluisse. Ca
ruerant enim sollicitudinem dispensande domus et epularum largi
tate que et corpus frangunt et animum. Irridet oracius appetitum cibo
rum qui consumpti relinquebant penitentiam. Sperne volupta
de gula tes nocet empta dolore voluptas. Et cum in amenissimo agro
in morem voluptuosorum hominum se crassum pinguemque describeret
lusit his versibus: Me pinguem et nitidum bene curata cute vi
ses cum ridere voles Epicuri de grege porcum. Sed ex vilissimis
cibis invicta sanctitas est. Nichil enim tam obruit animum ut plenus
venter et exestuans et huc illucque se vertens et in ructus vel in
nota contra ieiunatores qui comedunt ultra satis crepitus ventorum et flatum respirans. Quale illud ieiunium
aut qualis refectio post ieiunium cum pridianis epulis disten
dimur et guttur nostrum meditatorium efficit latrinarum. Dumque
volumus prolixioris inedie famem querere tantum voramus quantum
alterius vix diei nox digerat. Itaque non tam ieiunium applaudendum
est quam crapulam ac ferens et molestia digestio. Dicearchus in
libro antiquitatum egregie descriptione referens sub Saturno id est in
aureo seculo cum omnia humus funderet nullum comedisse car
nes sed universos vixisse frugibus et pomis que terra gig
nebant. Psarum i. cirmitam Xenophon octo voluminibus expli

cat pollenta et cardamio sale ac pane cibario eos asserens in
citare lacedemoniorum mense frugalitatis que et super scriptis
xenophon et theophrastus et omnes pene scriptorum grecie testes
sunt Cheremon stoicus uir eloquentissimus narrat de uita an
tiquorum Egiptiis sacerdotum quod omnibus mundi negociis curisque postpo
sitis semper in templo fuerint et rerum naturas causasque ac ra
tiones syderum contemplati sunt nunquam mulieribus commisti
erant nunquam cognatos et propinquos ne liberos quidem uiderant ex eo tempore
quo cepissent diuino cultui deseruire Carnibus et vino semper
abstinuerunt propter tenuitatem sensus et vertiginem capitisque
ex paruo cibo patiebantur et maxime propter appetitum libidinis qui
ex hiis cibis et ex hac potione nascitur pane raro uescebantur
ne onerarent stomachum et si quando comedebant tusum pariter
ysopum sumebant in cibo ut escam grauiorem illius calor de
coquerent oleum tantum in oleribus nouerant uerum et ipsum parum
propter nausiam et asperitatem gustus timendam Quid loquar in
quit de volatilibus cum ouum quoque pro carnibus uitauerint et lac
Quorum alterum carnes liquidas alterum sanguinem esse dicebant
colore mutato Cubile eius de foliis palmarum quas uaias uocant
contexerat Scabellum acclive ex una parte obliquum in terram
pro puluillo capitis supponebant biduum triduumque mediam sus
tinentes et humoris corporis qui nascitur ex ocio et remansi
one unius loci iniuria victus castigatione siccabant Josephus
in secunda captiuitatis hystoria et in octauo decimo antiqui
tatum libro et contra opinionem duobus voluminibus michi
scribit dogmata iudeorum phariseos saduceos esseos Quorum nouis
simus miri refert laudibus quod et uxoribus et vino et car
nibus se semper abstinuerint et cotidianum ieiunium uerterint in
naturam supradictorum uitam Et philo uir doctissimus proprium vo
lumen edidit Santes tricenus et asclepiades ciprius et hac etate qua
pigmalion in oriente regnabat scribunt esum carnium non fuisse

Nota vita philosophorum quanto sobrie exstant

de abstinentia

Eubulus quoque qui hystoriam mitre multis voluminibus
explicavit narrat apud persam tria genera magorum quorum primos
qui sint doctissimi et eloquentissimi excepto farina et olere
nil amplius in cibo sumere. apud eleusinam volucribus et pis-
cibus et quibusdam pomis abstinere sollempne est. Bardesanes
vir babilonius in duo dogmata apud indos gimnosophis-
tas dividit quorum unum appellat bragmanas alterum samaneos
qui tante continentie sint vel ut pomis arborum iuxta gangem
fluvium vel publico orige vel farine alantur cibo et cum rex
ad eos venerit adorare illos solitus sit pacemque provintie
in eorum precibus arbitratur sitam. Euripedes in creta iovis prophetas
non solum carnibus sed et coctis cibis abstinuisse refert. Xeno-
crates philosophus de tripto lemi legibus apud athenienses
tria tantum precepta in templo eleusine residere scribit. hono-
randos parentes venerandos deos carnibus non vescendum.
Orpheus in carmine esum carnium penitus detestatur. pitago-
re socratis antistenes et reliquorum fragilitatem referrem
in confusionem nostram nisi et longa esset et proprii operis indi-
geret. hic certe et antistenes qui cum gloriose docuisset
rethoricam audisset quod socratem dixisse fertur. ad discipulos
suos abite et magistrum querite ego enim iam reperi. Statimque
venditis que habebat et publice distributis nichil sibi plus
quam palliolum reservavit paupertatisque eius et laboris Xeno-
phon testis est in simposio et innumerabiles libri eius quorum
alios philosophico alios rethorico genere conscripsit. huius Diogenes
ille famosissimus sectator fuit potentior rege allexandro
et nature victor. Nam cum discipulorum antistenes nul-
lum reciperet et perseverantem diogenem removere non posset
novissime clava minatus est nisi abiret. Cum ille subiecisse
dicitur caput atque dixisse nullus tam durus baculus erit
qui me a tuo possit obsequio separare. Refert satirus qui il-

lustrium virorum scripsit hystorias quod dyogenes pallio dupli
ci usus sit propter frigus peram procellario habuit senemque
portant clavam ob opusculi fragilitatem qua iam senex membra
sustinere solutus erat   vulgo appellatus sit inpre
sentem horam poscens a quolibet et accipiens cibum habitavit
aut importorium vestibulis et porticibus civitatum Cumque hoc con
torquens in dolio volubilem habere domum vocabat et cum tem
poribus inmutantem frigore enim os dolei vertebas in meridiem
estatem ad septentrionem et ut cumque sed sol inclinavit Dioge
nes simul pretorium vertebatur quodam vero tempore habens ad potan
dum cautum ligneum vidit puerum in manu concava bibere eli
sis se fertur illud ad terram dicens nesciebam quod natura haberet
poculum virtutem eius et continentiam mors quoque indicat
Nam cum ad agamonem olim pisarum qui magna frequentia gregie
celebrabatur iam senex pergeret febre itinere dicitur appreben
sus accubuisse intrepitudine vie volentibus quoque eum amicis
aut iumentum aut vehiculum tollere non acquievit sed transi
ens ad arboris umbram locutus est Abite queso et expectate
pergite me hec nox auctorem probavit aut victum Si autem
febrem vicero ad agonem veniam si me vicerit febris ad
inferna descendam et ibique per noctem elisio gutture non
tam mori se ait quam febrim morte excludere unius cantum phi
exemplum posuit ut formosuli nostri et trosuli vix summis pe
dibus ad umbrantes vestigia quorum verba inpugnemus sunt et
silogismi in cassibus qui paupertatem apostolorum et crucis Christi
aut nesciunt aut contempnunt mutentur gentilium saltem
paupertatem hec sunt que de argumentis phorum exemplis quoque de
servi

diogenes et eius paupertate

Sequitur Epistola Jeronimi ad furiam de viduitate

Obsecras litteris et suppliciter deprecaris ut tibi scribam quo
modo vivere debeas et viduitatis coronam illesa pudi
citie nomine conservare. Gaudet animus exultant vis
cera gestit affectus hoc cupere te esse post virum quod sancte memorie mater
tua Titiana multo fuit tempore sub marito. Exaudite sunt preces eius
et orationes impetravit in unica filia quod vivens ipsa possederat.
Habes preterea generis tui gratiam privilegium quod ex inde ac a Camillo vel nulla
vel rara vestre familie scribitur secundos nosse concubitus ut non
laudanda sis tam si vidua perseveres quam execranda si id christiana
non serves quod per tanta secula gentiles femine custodierunt. Taceo
de Paula et Eustochio stirpis vestre floribus ne per occasionem exhor
tationis me illas laudare videar. Blesillam quoque pretereo que maritum
suum tuum secuta germanum in brevitate spatii temporis virtutum multa com
plevit. Atque utinam preconia feminarum imitarentur viri et rugosa
senectus redderet quod sponte offert adolescentia. Sciens et videns
in flammam mitto manum. Adducentur supercilia extendetur brachium iratus
quoque tremens timido deseruit ore. Consurgent proceres adversus epistolam
meam turba patricia detonabit me magum me seductorem clami
tans et in terras ultimas asportandum. Addant si volunt et samaritem
ut domini mei titulum recognoscam. Certe filiam a parente non divi
do nec dico illud de evangelio Sine mortuis sepeliant mortuos suos.
Vivit enim qui credit debet utique quomodo ille ambulavit et ipse am
bulare. Facessat invidia quam nomini christiano maledictorum semper
genuinus livor infigit ut dum probra metuunt ad virtutes non
provocant. Exceptis epistolis ignoramus alterutrum solaque causa pie
tatis est ubi carnis nulla notitia est. Honora patrem tuum sed si te a vero
patre non separat. Tam diu scito sanguinis copulam quam diu ille
suum noverit creatorem. Alioquin David tibi protinus canet Audi
filia et vide et inclina aurem tuam et obliviscere populum tuum et do
mum patris tui et concupiscet rex decorem tuum quia dominus deus tuus.
Grande premium parentis oblivio. Concupiscet rex decorem tuum quia au

disti quia vidisti quia inclinasti aurem tuam et populi tui domusque
patris oblita es . Idcirco concupiscet rex decorem tuum et dicet tibi to
ta pulcra es amica mea et macula non est in te . Quid pulcrius a
nima quo dei filia nuncupatur et nullos extrinsecus querit amplexus
al' ornatus . Credit in christo et hac ambitione ditata pergit ad spon
sum eundem habens dominum quem virum . Quid angustias habeant
nuptie didicisti in primis nuptiis et quasi coturnicum carnibus usque
ad nausiam saturata es amarissimam coleram tue sensere fauces
sic acida atque morbidos cibos revelasti estuantem stomachum
quid vis rursum ingerere quod tibi noxium fuit . Canis reversus ad suum
vomitum et sus lota in volutabro luti . Bruta quoque animalia et
vage aves in easdem pedicas retiaque non incidunt . An vereris ne
proles furiana deficiat et ex te parens tuus non habeat pusionem pue
rum pusionem qui reptet in pectore cervices eius stercore liniat .
quasi vero omnes habeant filios qui habuere matrimonia et quibus
nati sunt sibi suo generi responderint . Exibuit ciceronis
patrem in eloquentia . Cornelia vestra pudicitie simul et fecunditatis
exemplar graccos suos se genuisse letata est . Ridiculum est quod nesci
as sperare pro certo quod multos et non habere videas et cum habue
rint perdidisse . Cui dimittis tantas divitias christo qui mori non
potest . Quem habebis heredem ipsum quem et dominum . Contristabitur pater
sed letabitur christus lugebit familia sed angeli letabuntur . Faciat pater
quod vult de substantia sua non es eius cui nata es sed cui renata es et
qui te grandi pretio redemit sanguine suo . Cave nutrices et geru
las et istiusmodi venenosa animalia que de corio tuo saturari suum
ventrem cupiunt . Non suadent quod tibi sed sibi prosit et sepe
illud eligamunt solane (?) ypetua meros carpere inveniunt nec dul
ces flatus veneris nec permanseris ubi pudicitia et sanctitas ibi
frugalitas est ibi dampna servorum quidquid domino tulerint sibi abla
tum putant nec considerant de quanto sed quantum accipiant . Utcumque
viderint christianam statim illum de trivio impostorem vocant . hii

rumores turpissimos serunt et quod ab ipsis egressum est ab aliis
audisse se simulant, idem auctores et exaggeratores. Exit infamia
de mendacio que cum ad matronas peruenerit et earum linguis
fuerit uentilata prouintias penetrat. Uideas plerasque rapido ore se
uire et uncta facie uipereis coloribus dentibus pumicatis cor
pore christianos hic aliqua curua humeros iacinctus ita leniter gen
titulum quiddam balba de nare locuta perstrepit ac tenero sup
plantat uerba palato. Omnis consonat chorus latrans uniuer
sa subsellia iungunt. Nisi ordinis qui et rodunt et roduntur
aduersum nos loquaces per se muti quasi et ipsi aliud sint quam mo
nachi et non quicquid in monachos dicitur redundet in cleri
cos qui patres sunt monachorum. Detrimentum gregis pastoris
et ignominia est. Sicut ex regione monachi illius uita lau
danda est qui uenerationi habet sacerdotes Christi et non detrahit
gradui per quem factus est christianus. Hec locutus sum in Christo
filia non dubitans de proposito tuo. Siquidem enim exhortatorias
litteras et postulares si ambigeres de bono monogamie sed
ut nequitiam seruulorum qui te uenalem portant et insidias af
finium ac pium parentis errorem intelligeres. Cui ut amorem
inter retribuam amoris scientiam non concedo dicens ad eum apostolo
Confiteor zelum dei habent sed non secundum scientiam. Imitare po
tius crebro enim id ipsum repetam sanctam matrem tuam cuius
ego quotiens recordor uenit in mentem ardor eius in Christum
pallor ex ieiuniis elemosina in pauperes obsequium in seruos
dei humilitas cordis et uestium atque in cunctis que ego ca
honoris nomine non quia consuleris et patricius sed quia
christianus est implecat nomen suum et letetur Christus se filiam genuisse
non seculo. Quin potius doleat quod et uirginitatem amiseris
et fructus perdideris nuptiarum. Ubi est maritus quem tibi
dedit? Et si amabilis etiam si bonus fuisset mors finisset
omnia et copulam carnis soluisset interitus. Arripe queso

detractores

Clerici sunt patres monachorum

occonem et fac de necessitate virtutem. Non queruntur in xpianis initia sed finis. paulus male incepit sed bene finivit. iude laudant exordia sed finis proditione dampnatur. lege in ezechiel. Justicia iusti non liberabit eum in quacumque die peccaverit. Et impietas impii non nocebit eum in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua. Ista est scala iacob per quam angeli ascendunt et descendunt cui dominus innititur lapsis porrigens manum et fessos ascendentium gressus sui contemplatione sustentans. Sed sicut non vult mortem peccatoris quantum ut convertatur et vivat. Ita tepediosos odit et cito emansiam facit. Cui plus dimittitur plus diligit. Meretrix illa in evangelio baptizata lacrimis suis et crine quo multos ante deceperat pedes domini tergens salvata est. non habuit crispantes mitras nec stridentes calceolos nec orbes stibio fuliginatos. quanto fedior tanto pulcrior. Quid facit in facie xpiane purpurissus et cerussa. quorum alterum ruborem genarum labiorumque mentitur. alterum candoris oris et colli ignis iuvenum fomenta libidinum impudice mentis indicia. quomodo flere potest pro peccatis suis que lacrimis cutem nudat et sulcos ducit in faciem. Ornatus iste non domini est velamen illud antixps est. Qua fiducia erigit ad celum vultus quos conditor non agnoscit frustra obtenditur adolescentia et etas puellaris asseritur. Vidua que marito placere desiit et iuxta apostolum vera vidua est nichil habet necesse nisi perseverantiam. Meminit pristine voluptatis scit quid amiserit quo delectata sit. ardentes dyaboli sagitte ieiuniorum et vigiliarum frigore restringende sunt aut loquendum nobis est ut vestiti sumus aut vestiendum ut loquimur. Quid aliud pollicemur et aliud ostendimus. lingua personat castitatem et totum corpus prefert impudiciam. hec quantum pertinet ad habitum et ornatum. Ceterum vidua que in deliciis est non est meum sed apostoli vivens mortua est. quid sibi vult hoc quod ait vivens mortua est vive-

no(ta) quod in xpianis principium sit finis

no(ta) de viduis

no(ta) aliud in ore et aliud in corde

Nota de anima que peccaverit ipsa morietur

quidem videtur ignorantibus non esse peccato mortua si Christus quem sacrati non fallunt mortua est anima enim que peccaverit ipsa morietur. Quorundam hominum peccata manifesta sunt precedentia ad iudicium similiter quosdam autem et subsequuntur et facta bona manifesta sunt et que se habent aliter abscondi non possunt quod dicit illius modi est. Quondam tam libere et palam peccant ut postquam eos videris statim intelligas peccatores alios autem qui callide occultant vitia sua apud aliquos in propatulo sunt in aliis longo usu didicimus. Quod ergo necesse est nos iactare pudicitiam que sine comitibus et appendiciis suis continentia et parcitate fidem sui facere non potest. Apostolus macerat corpus suum et anime subicit imperio ne quod aliis precepit ipse non servet. Et adolescentia fervens ei ibi corpore de castitate secura est. Neque vero hoc dicens contempno cibos quos deus creavit ad utendum cum gratiarum actione sed iuvenibus et puellis incentiva asseto esse voluptatum. Non ethnei ignes non vulcania tellus non vesevus et olimpus tantis ardoribus estuant ut iuvenales medulle vino plene et dapibus inflammate. Avaritia calcatur a plerisque cum marsupio deponitur. Maledicam linguam indictum emendat silentium corporis cultus et habitus vestium unius ore spacio commutatur.

Nota quod sola libido insita a deo ob liberorum procreationem

Omnia alia peccata extrinsecus sunt et quod foris est facile abicitur. Sola libido insita a deo ob liberorum procreationem si fines suos egressa fuerit redundat in vitium et quadam lege nature in coitum gestit erumpere. Grandis ergo virtutis est et sollicite diligentie superare quod nata es in carne non carnaliter vivere tecum pugnare cotidie et inclusum hostem argui ut fabule ferunt centum oculis observare. Hoc est quod apostolus aliis verbis loquebatur. Omne peccatum quod fecerit homo extra corpus est qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Aiunt medici et qui de humanorum corporum scripsere naturis precipue que galienus in libris quorum est ΠΕΡΙ ΥΓΙΕΙΝΩΝ puerorum

Nota Galienus in libris quorum est

et iuvenum ac provecte etatis virorum mulierumque corpora insito calore fervere et noxios esse hiis etatibus cibos qui calorem augeant

sanitatique

sanitatique nocere alii conducere frigida queque in esu et in potu sumere
sicut et contrario senibus qui pituita laborant et frigore calidos cibos
et vina prodesse vetera et salvator attendite inquit vobis ne forte gra-
ventur corda vestra in crapula ebrietate et apostolus vinum in quo est luxuria
nec mirum hic figulum sensisse de vasculo quod ipse fabricatus est
cum etiam hiis comicus cuius finis est humanos mores nosse atque
describere dixit sine cerere et libero friget venus primum igitur si stoma
chi infirmitas patitur donec puellares annos transeas aquam in po
tum sume que natura frigidissima est aut si hoc infirmitas pro
hibet audi cum thymotheo vino modico utere propter stomachum
et frequentes tuas infirmitates in ipsis cibis calida queque devita non
solum de carnibus loquor super quibus vas electionis profert sententiam
bonum est non manducare carnem et non bibere vinum sed et in primis
leguminibus inflantia queque et gravia declinanda sunt ita
scias conducere christianis adolescentibus ut esum olerum nostri et in a-
lio loco ait Qui infirmus est olera manducet ardor que corpo
rum frigidioribus epulis temperandus est Sic autem tres pueri et daniel
leguminibus vescebantur pueri erant nec dum ad sartaginem vene
rant in qua rex babilonis senes iudices frixit sed nobis non corporum
cultus qui in illis excepto privilegio gratie dei ex huiusmodi cibo
creverat Sed anime vigor queritur que carnis infirmitate fit for
tior presertim quod nonnulli vitam pudicam appetentium in medio itinere
corruunt dum solam abstinentiam carnium putant et leguminibus
honerant stomachum que moderate parceque sumpta innoxia sunt
Et ut quod sentio loquar Nichil sic inflammat corpora et titillat me
bra genitalia sicut indigestus cibus ructusque convulsus Malo a
put te filia verecundia parum pro quam causa periclitari Quidquid
seminarium voluptatis est venenum puta parcus cibus et semper venter
esuriens triduanis ieiuniis preferatur et multo melius est cot
tidie parum quam raro satis sumere pluvia illa optima est que sensim
descendit ad terras Subitus imber et preceps arva subvertit Quando

no qui infirmus est olera comedere infirmus

medium tenere beati

comedis cogita statim quod tibi orandum sit illico et legendum sit
de scripturis sanctis habeto fixum versuum numerum istud pen
sum domino tuo redde nec ante te quieti membra concedas quam
calathum pectoris tui hoc sub tegmine impleas post scripturas
sanctas doctorum hominum tractatus lege eorum dumtaxat quorum fides nota
est Non necesse habes aurum in luto querere multis de margaritis
unam redime margaritam Sta iuxta Ieremiam in viis pluribus
ut ad illam viam que ad patriam ducat pervenias amorem moni
lium atque gemmarum sericarumque vestium transfer ad sciam scripturarum
ingredere terram promissionis lacte et melle manantem Comme
de similam et oleum vestire cum Ioseph variis indumentis
perforentur aures tue cum Ierusalem in sermone dei ut preciosa exulis
novarum segetum grana dependeant habes sanctum exuperium pro
bate etatis et fidei qui te monitis suis frequenter instituat
fac tibi amicos de iniquo mammona qui te recipiant in eterna ta
bernacula illis tribue divitias qui non fasides aves sed ciba
rium panem comedant qui famen expellat non qui augeat lux
uriam intellige super egenum et pauperem omni petenti te da
sed maxime domesticis fidei Nudum vesti esurientem ciba egro
tantem visita Quotienscumque manum extendis Christum cogita Cave
ne mendicante domino tuo alienas divitias augeas Iuvenum fuge
consortia cum maculis comptus atque lascivus domus tue tecta
non videant Cantor repellatur ut noxius fidicinas et psalte
rias et istius modi chorum dyaboli quasi mortifera sirenarum
carmina per turba ex edibus tuis Noli ad publicum subinde
procedere et spadonum exercitu preeunte viduarum circumferri liber
tatem pessime consuetudinis est cum fragilis sexus et inbe
cillis etas suo arbitrio abutitur et putat licere quod non libet
omnia quidem licent sed non omnia expediunt nec procurator cala
mistratus nec formosus nec candidulus rubicundus adhe
reant lateri tuo Interdum animus dominarum ancillarum habitu iudi

catur Sanctarum virginum et viduarum societatem appete et si ser
mocinandi cum viris incumbit necessitas arbitros non devites
tantaque confabulandi sit fiducia ut intrante alio non paveas
ne erubescas Speculum mentis est facies et taciti oculi cordis
fatentur archana

Epistola Jeronimi consolatoria ad paulam de dormitione Besille

Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fon
tem lacrimarum et plorabo non ut Jeremias ait
vulneratos filios populi mei non ut Jhesus miseram
urbem sed plorabo sanctitatem misericordiam innocenti
am caritatem castitatem plorabo omnes pariter in unius morte
virtutes non quo lugenda sit illa que habiit sed quo nobis i
patientius sit dolendum quo talem videre desivimus Quis enim
siccis oculis recordetur xx annorum adolescentulam tam ardenti
fidei crucis levare vexillum ut magis amissam virginitatem
quam mariti doleret interitum Quis sine singultibus transeat o
randi instantiam nitorem lingue memorie tenacitatem acu
men ingenii si grece audisses loquentem latine eam nescire pu
tares si in romanam linguam se verteret nichil omnino peregrinus ser
mo sonabat Jam vero quod in origine quoque illa grecia tota
miratur in paucis non dicam mensibus sed diebus Ita he
bree lingue vicerat difficultates ut in ediscendis canendis
que psalmis cum matre contenderet Humilitas vestium non ut
in plerisque tumentes animos arguebat sed interiori se
mente deiecerat inter ancillarum cultum virginum domina quod
nichil medium nisi quod in eo facilius dinoscebatur quod neglige
mus incedebat vacillabant gressus egrotatione fessa et
trementem pallentem faciem in collum tenue sustinebat
Et tamen ante prophetam aut evangelium semper in manibus te

Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem

nebat semper lacrimis hora complectitur singultus occupat uo
cem et herenti lingua uiscera commota non laxant Cum sancti
corpusculum febris ardor excoqueret et semianimus lectulus conuallaret
anhelitus propinquorum hec in extrema verba mea dabat orate dominum ihe
sum xpm ut michi ignoscat quia implere non potui quod volebam
Secura esto o mi blesilla confidimus probata vera esse que dicimus iniquum
est sera conuersio vox hec primum dedicata est in latrone amen dico
tibi hodie eris mecum in paradyso postquam autem sarcina carnis abiecta
ad suum anima reuolauit auctorem et antiquam possessionem diu peregri
nata consendit ex more parantur exequie et nobilium ordine preeunte
aureum feretro velamen obtenditur videbatur tunc michi clamare de
celo non agnosco uestes amictus iste non est meus hic ornatus ali
enus est sed quid agimus matris prohibentes lacrime et ipsi plangimus
Confiteor affectus meos totus hic liber fletibus scribitur fleuit et
ihesus lazarum quia amabat illum Non est optimus consolator
quem proprii vincunt gemitus cuius visceribus emollitis fracta lacri
mis verba desudant testor mi paula ihesum quem blesilla nunc sequitur
testor sanctos angelos eius quorum consortio fruitur eadem me dolorum
perpeti tormenta que pateris patrem esse spiritu nutricium caritate et

interdum dicere pereat dies illa in qua natus sum heu michi mater
ut quid me genuisti virum qui iudicer discernens omnis terre et iustus
es domine verumptamen iudicia tua loquar ad te Quid est quod vie
peccatorum prosperantur et mei quoque pene moti sunt pedes pacem peccatorum
uidentes et dixi quomodo cognouit deus et si est scientia in excelso Ecce
ipsi peccatores et habundantes in seculo optinuerunt diuitias Et rursus illud
occurrit Sin autem uero sic eram quidem filiorum tuorum preuaricatus sum
Numquid in meam mentem non hic sepius fluctus illidit Quare
senes impii seculi diuitiis perfruuntur Quare adolescentia rudis et sine
peccato pueritia in maturo flore metitur quid cause est ut sepe bimuli tri
mulique et verba materna lactantes a demonio corripiantur reple
antur lepra morbo regio deuorentur et econtrario impii adulterii ho

Nota quare peccatores prosperantur

micide sacrilegi negett atque securi de sua in deum sanitate blas
phemet presertim cum in iusticia patris non redimitur ad filium
et anima que peccaverit ipsa morietur aut si manet vetus illa se
tentia peccata patrum in filios oportere restitui iniquum sit longevi patris
in nimia delicta in innocentem infanciam repensare et dixi ergo sine
causa iustificavi cor meum et lavi inter innocentes manus meas
et factus sum flagellatus tota die Sed cum hec cogitare statim di
dici cum propheta Et suscepi ut cognoscerem hec laborem in conspectu
meo donec ingrediar in sanctuarium dei et intelligam novissima
eorum Iudicia enim domini abyssus multa Et o profundum divitiarum sapi
encie et sciencie dei quam inscrutabilia sunt iudicia eius et inves
tigabiles vie eius Bonus est dominus et omnia que bonus facit bona
sunt necesse est matri orbitas irrogatur plango quod accidit sed quia sic
domino placet equo animo sustinebo Unicus raptus filius est durum
quidem sed tollerabile quia sustulit ille qui dederat Si cecus fi
ero amica me lecto consolabitur Si auditum quoque surde aures ne
gaverint vocabo auxilium nichil aliud nisi deum cogitabo Immi
nebit super hec dura paupertas frigus langor et nuditas extremam
expectabo mortem et breve putabo malum et quod finis melior sibi
sequetur Consideremus quod ethimus ille psalmus sonat Iustus es
domine et rectum iudicium tuum hic non potest dicere nisi ille qui ad u
niversa que patitur magnificat dominum et suo merito imputaris
in adversis de eius clemencia gloriatur Exultaverunt filie iude in
omnibus iudiciis domini Si iuda confessio interpretatur confitens autem
omnis anima credentis est Necesse est ut qui se credere dicit in christo
in omnibus christi iudiciis gaudeat Sanus sum gratias refero crea
tori langueo et in hoc laudo domini voluntatem Cum enim infirmor
tunc fortior sum et virtus spiritus in carnis infirmitate perficitur
patitur et apostolus aliquid in infirmitate quod non vult pro quo ter
dominum deprecatur Sed dicitur ei sufficit tibi gratia mea Nam virtus
in infirmitate perficitur Et ad revelationis humiliandam superbiam

[Margin: de anima nota — beside lines 1–2]
[Margin: nota de bonitate dei — beside line 12]
[Margin: nota pulcrum dictum ut quod dicatur christianus — beside lines 24–25]

Nota quod sumus ad hoc nati ut non maneamus hic

monet quidem humane imbecillitatis et apponit in similitu
dine triumphantium Quibus in curru retro comes adhere
bat per singulas acclamationes civium dicens homine te me
mento Cur autem durum sit quod patiendum est dolemus quemquam mor
tuum Ad hoc enim nati non sumus ut maneamus eterne Abraham
Moyses Ysaias Petrus Johannes Paulus vas electionis et super
omnia dei filius moritur et nos indignamur aliquem exire de
corpore qui adhuc forsitan raptus est ne malicia mutaret
intellectum placita enim erat anima eius propter hoc properavit e
ducere eum de media iniquitate ne longa via in itinere

De morte

deviis obviaret an fratribus lugeatur mortuus Sed ille quem
ghehenna suscepit quem tartarus devoravit in cuius
pena eternus ignis estuat Nos quorum exitus angelorum tur
ba comitatur quibus obviam xpus occurrit gravemur magis si
diucius in tabernaculo isto mortis habitemus quia quamdiu
hic moram peregrinamur a deo Illa illa nos cupido teneat Heu

Nota quod peregrinacio mea prolongata est

michi quia peregrinacio mea prolongata est a me habitavi cum
habitantibus cedar multum incola fuit anima mea Si ce
dar tenebre sunt et mundus ipse sunt tenebre quia lux lucet
in tenebris et tenebre eam non comprehenderunt Servia
mus besille nostre que de tenebris migravit ad lucem inter
fidei incipientis ardorem consummati operis percepit coronam
Revera si secularie desiderium et quod deus a suis avertat deli
cias inter illius cogitantem mors immatura rapuisset plan
genda erat et omni lacrimarum fonte plangenda Nunc vero
propicio deo ante quatuor sermo mensis secundo quodammodo
se proposito baptismi laverit et ita deinceps vixerit ut concul
cato mundo semper monasterium cogitaret non vereris ne
tibi salvator dicat Irasceris paula quia filia tua mea facta
est filia indignaris de iudicio meo et rebellibus lacrimis
facis invidiam possidenti Scies enim quid de te qui de ceteris

tuis cogitem cibum tibi denegas non in ieiuniorum studio sed
doloris Non amo singularitatem istam ieiunia hec adversarii
mei sunt Nullam animam recipio que me nolente separatur a cor
pore Tales stulta philosophia habeant martires habeant zenonem
cleombrotum vel cathonem Super nullum requiescat spiritus
meus nisi super humilem et quietum et trementem verba mea
hoc est quod monasterium michi promittebat quod habitu ama
tronis ceteris separato quasi religiosior videbaris mens ista
que plangit vestium sericarum est interceptis et emoreris et quasi non
in manibus meis ventura sis Crudelem iudicem fugis fugerat
quondam et Ionas animosus propheta sed in profundum maris emersus
meus fuit Si viventem crederes filiam numquam plangeres ad me
liora migrasse hoc est quod per apostolum meum miseram ne pro dor
mientibus nisi multitudine gentium tristaremini Erubesce ethni
ce comparatione superans melior dyaboli ancilla quam mea est et illa
infidelem maritum translatum fingit in celum tu meum tuam filiam
commorantem aut non credis aut non vis Sed dicis quomodo
lugere me prohibes cum et iacob et ioseph in sacco fleverit Co
gregatisque ad se omnibus propinquis noluit consolari dicens de
scendam lugens in infernum et david absalon operto capite planxit
repetens filius meus absalon quis dabit ut moriar pro te
absalon fili mi Moysi quoque et aaron ceterisque sanctorum solep
nis sit luctus exhibitus Proficis ad ista responsione luxisset
iacob filium quem putabat occisum ad quem ipse erat descensurus
dicens descendam ad filium lugens in infernum quia nec dum
paradysi ianuam christus effregerat necdum flammeam illam romphe
am conflagrantem presidentium cherubin sanguis eius extinxerat
unde et abraham licet in loco refrigerii tamen apud inferos cum
lazaro scribitur Et david iuste flevisse filium parricidam qui alium
parvulum postquam vidit quia impetrare non potuit quia sciebat non
peccasse non flevit De moysi vero et aaron et quod eis ex veteri

quomodo lugere non prohibetur

more sit planctus exhibitus non mirandum cum et in actibus apostolorum iam euangelio coruscante stephano fecerint Ierosolimi fratres planctum magnum utique planctus magnus non plangentium examinatione ut tu extimas sed in pompa funeris exequiarum frequentia intelligendus sit Denique de Iacob scribitur ac si loquitur et ascendit Ioseph sepelire patrem suum et ascenderunt cum eo omnes pueri pharaonis seniores domus eius et omnes seniores terre omnis domus Ioseph et fratres eius et post paululum ascenderunt cum eo xl. equites et facta sunt castra grandia nimis ac deinde et planxerunt eum planctu magno et forti nimis planctus iste solempnis non longas Egyptijs imperat lacrimas sed funeris monstrat ornatum Iuxta quem modum aaron quoque et moysen fletos esse manifestum est Sequitur satis scripture laudare misteria et diuinum sensum in verbis licet simplicibus admirari Quid sibi uelit quod moyses plangitur et ihesus naue vir sanctus sepultus refertur tamen fletus esse non scribitur Semper illud quod in moysi idest in lege veteri omnes sub peccato adam tenebantur elogio ad inferos descendentem consequentur iuxta apostolum lacrime prosequebantur secundum apostolum qui ait Et regnauit mors ab adam usque ad moysen et super eos qui non peccauerunt In ihesu vero idest in euangelio per quem paradysus apertus mortem gaudia prosecuntur Flentibus hodieque iudei et nudatis pedibus in cinere voluptatis sacco uolubant ac neque desit supersticioni ex ritu uanissimo phariseorum primum cibum lentis accipiunt videlicet ostendentes quasi edulio primogenita perdiderint Sed merito quia in resurrectionem domini non credentes antixpi parantur aduentui Nos vero qui xpistum induimus et facti sumus iuxta apostolum genus regium et sacerdotale non debemus super mortuos contristari Et dixit inquit moyses ad aaron et eleazar et itamar filius eius qui relicti erant Caput vestrum non nudabitis et vestimenta vestra non scindetis ne moriamini et super omnem synagogam veniat ira Nolite inquit scindere vestimenta vestra et luctum exhibere gentile ne moriamini Mors vestra pec

No q flere in funera libus est licitum

catum est et qd forsitan crudele alicui videat. Sed fidei necessari
um in eodem leuitico scribit quod sacerdos magnus ad patrem ma
trem feri· quis liberos mortuos prohibet accedere. Si enim de misi a
nima dei sacrificiis vacans et tota in illius misteriis occupata aliquo
impediat affectu. Si enim aliis ub ad ipsum in euangelio precipit ut no
renunciet domini discipulus ut mortuo pri non exibeat sepultu
ram. Et de sanctis inquit non exiet et no contaminabit sanctifi
catio dei eius qui sancti oleu unctionis a deo super eum e. Certe
postqm credimus in xpo et oleu unctionis eius accepto illu porta
mus in nob non debemus exire de templo. i. de proposito xpiano
non foras egredi incredulitati videlicet gentiliu comisceri sed
esse semper intrinsecus ide voluntati do ministrari. H ideirco ne
ignorancia scripturarum auctoritatem tibi preberet in luctu cum
videris ronabiliter errare. Adhuc sic locutus sum quasi una de trib
conuenerim xpianam. Nunc vero cum sciam toto renunciasse te mu
do et abiectis calcatisq deliciis oroni ieiuniis lectioni vacare cotti
die cum ad exemplum abraham exire de terra tua et ut caldeis
eis potamina derelictis terram repromissionis intueas cu omez
sbam ciolam aut pauperibus largita sis at filiam qndo morte mu
do mortuam dederis miror te facere que si fecerint cetere repre
hensione digne viderent. Redit tibi in memoria confabulacio
eius blandicie sermo consorciu et cur hiis careas pati non pot.
Ignoscimus matris lacrimis sed modum querimus in dolere. Si
parentem cogito non reprehendo qd plangis. si xpianam et mona
cham ab istis nominibus mater excludit. recens vulnus est et
tactus iste quo blandior no tam curat qm exaspat. attame qd
tempore mitigandu cur rone non vincat. nam et neomi fam
fugiens in terram moab et mariti perdit et filios et cum suoz
esset auxilio destituta ruth alienigena ab eius latere non recedit
vide qnti meriti sit desolate prestitisse solaciu et ex eius semine xpc ex qbs xps fuit natus
orit. Respice iob qnta sustinuit et videbis te nimiu delicatam

erectis in celum oculis inter ruinam domus penas uel tenis
innumeras orbitates et ad extremum uxoris insidias inuictam
tenuisse patientiam Scio quod responsurum sis hoc illi quasi iusto
ad probationem uenisse Et tu ex duobus elige quod uelis uel sancta
es et probaris aut peccatrix Et iniuste quereris minora susti
nens quam meruit Quid uetera repetam presentia exempla sectare

no(ta) de uirtute melanie in audita

Sancta melania inter christianos uere nobilitatis decus cui tibi dominus
michique concedat in die sua habere partem calente adhuc
mariti corpusculo nec dum humato duos simul filios per
didit Rem sum dicturus incredibilem sed christo teste non fal
sam Quis illam tunc non putaret more lymphatico sparsis
crinibus ueste conscissa lacerum pectus inuadere lacrime gut
ta non fluxit Stetit inmobilis et ad pedes christi aduoluta

expeditius tibi seruitura domine quia tanto etc.

quasi ipsum teneret arrisit dicens Expeditius tibi seruitura
sum domine quia tanto honere liberasti Sed forsitan superata
in ceteris quin potius quam illos mente contempserit in unico post
a filio probat cui omnem quam habebat possessionem concessam
ingruente iam hyeme Ierosolimam nauigauit Parce queso
tibi parce filie iam cum christo regnanti parce saltim Eustochie
tue cuius parua adhuc etas et rudis pene infantia te magis
tra dirigitur Seuit nunc diabolus et quia cernit unam de tuis
liberis triumphantem obtritum esse se condolens querit
inminentem uictoriam quam in preeunte iam perdidit Grandis
in suos pietas impietas in deum est Abraham unicum filium
letus interficit et tu unam de pluribus quereris coronatam
Non possum sine gemitu quod dicturus sum cum de media po
pa funeris exanimem te referrent hoc inter se populus
mussitabat Nonne illud est quod sepius dicebamus Dolet fili
am ieiuniis interfectam quod uel de secundo eius matri
monio tenuerit nepos Quousque genus detestabile mona
chorum uero urbe pellitur non lapidibus obruitur non praeci

ad paula consolatoria

tatur in fluxibus matronam miserabilem seduxerunt que
quia monacha esse noluit hinc probatur quod nulla gentilium ita
suos unquam filios fleverit Qualem putas ad istas voces xpm ha
buisse tristitiam Quomodo exultasse sathanam qui nunc tuam animam
eripere festinans et tu tibi proponens doloris illecebras dum
ante oculos tuos filie semper ymago versatur cupit matrem simul
necare incruis et solitudine sororem invadere derelictam Non
ut terream loquor sed ut michi testis est dominus quasi ante tribu
nal eius assistens in te hec verba convenio detestande sunt iste la
crime plene sacrilegio incredulitatis plenissime que non habent
modum querisque ad vicinam mortis accedunt ululas excla
mitas et quasi quibusdam facibus accensa quantum in te est
tui semper homicida es Sed ad talem clemens ingreditur ihesus
et dicit Quid ploras non est mortua puella sed dormit Iride
ant circumstantes ista infelicitatis iudeorum est te quoque si volueris
ad sepulcrum filie voluptare angelus increpabit Quid queris
viventem cum mortuis Quod quia maria fecerat magdalene
postquam vocem domini se clamantis agnovit ad eius provoluta
pedes audit ne tetigeris me nec dum enim ascendi ad patrem
meum idest non mereris tangere resurgentem quem mortuum
estimas in sepulcro quas nunc estimas blesillam pati cru
ces que ferret tormenta quod xpm videas subiratum clamat il
la nunc voce lugenti Si unquam me amasti mater Si tua ubera
suxi si tuis instituta sum monitis ne invideas glorie mee ne
hoc agas ut a nobis in perpetuum separemur putas enim esse me so
lam habeo pro te mariam matrem domini Multas hic video quas an
nesciebam O quam melior est iste comitatus habeo annam quondam
in evangelio prophetantem et quo magis gaudeas tantorum annorum
laborem ego in tribus mensibus consecuta sum Unam pal
mam accepimus castitatis miserere mei quod mundum reliqui
At ego vestri sortem doleo quos adhuc seculi carcer includit quos

morum male consentanea de luctu

cottidie in acie preliantes nunc ira nunc avaricia nunc libido nec
variorum incentiva viciorum pertrahunt ad ruinam Si vis ut mater
mea sis cur placere xpo non vis Ion agnosco mrem meo dno dis
plicentem loquitur et illa et alia multa que tacito pro te dnm ro
gat michique ut te eius michi securus sim veniam impetrat prior
Quod monui quod ortatus sum quod invidiam propinquorum ut salua eet
excepi Itaque dum sps hos regit artus dum vite fruitur comeatu spo
deo promitto polliceor illam mea lingua resonabit illi mei dedi
cabuntur labores illi sudabit ingenium Nulla erit pagina que non
blesillam sonet Quocumque sermonis nri momenta pervenerint
illa cum opusculis peregrinabit hanc univam mentem defixam le
gent virgines vidue monachi sacerdotes Brevis vite spacium et
na memoria compensabit Que cum xpo vivit in celis in hominum
quoque ore victura est Transio et presens etas sequntur secula post
futura que sine amore sine invidia iudicabunt Inter paule eu
stochieque nomen media ponetur nunquam in meis moritura est libris
Audiet me semper loquentem cum sorore cum matre Amen

Beatus Jeronimus ad metriadem virginem

Inter omnes materias quas ab adolescentia usque ad hanc
etatem uel mea uel notariorum scripsi manu nichil presenti
ope difficilius Scripturus enim aliquid ad metriadem vir
ginem xpi que et nobilitate et diviciis prima est morte romano si
cuncta virtutibus eius congrua dixero ad mari putabor et si quedam
subtraxero ne incredibilia videantur dampnum laudibus eius mea fi
ciat verecundia Quid igitur faciam quod impleri non possum negare non
audeo Tanta est avie eius et matris insignium feminarum in iubendo
auctoritas impetendo fides in extorquendo perseverancia Neque enim ut no
vum et precipuum quidem a me flagitant Cuius ingenium super huiuscemodi ma
teriis sepe tectum est sed ne vocis mee pro virili parte desit testimonium

in eius virtutibus explicandis cuius ut incliti oratoris utar senten
tia Spes magis laudanda quam res est quamquam puellares annos fidei
ardore superarit et inde cepit unde alijs desisse perfecte consumateque vir
tutis est procul obtrectatio facessat invidia nullum in ambitione sit
crimen ignoti ad ignotam scribimus duntaxat iuxta faciem corporalem
Alioquin interior homo penitus sibi cognitus est illa noticia qua apostolus
paulus Colocenses multosque credentium noverat quos ante non viderat
quantum sit apud me meritum immo miraculum virginis nostre hinc pot
est estimari quod occupatus in explanatione templi Ezechielis quod opus in omnibus
scripturis sanctis vel difficillimum est et in ea parte libri quo sancta sanctorum
et thimiamatis altare describitur malui parumper hoc quasi diverticulo ut de al
tari transirem ad altare hostiam vivam placentem deo ac sine ulla macula
eterne pudicitie consecrarem Scio quod ad imprecationem pontificis
flammeum virginale sanctum operuit caput illud apostolice vocis insigne sit
celebratum Volo autem vos omnes virgines castam exhibere christo Quando
astitit regina a dextris eius in vestitu deaurato circumamicta varietate
qua veste polimita et multarum virtutum diversitate contexta indutus
fuit et ioseph et regum quondam utebantur filie unde ipsa sponsa letatur
ac dicit Introduxit me rex in cubiculum suum sodalium que respondit
chorus Omnis gloria filie regis intrinsecus Sed nostra oratio dabit aliquid
emolumenti Equorum cursus favore pernicior fit pugillum fortitudo clamo
ribus incitatur paratas ad prelium acies strictos que mucrones sermo im
peratoris accendit Igitur et in opere presenti avia materque plantaverint Sed
et nos rigabimus et dominus incrementum dabit Rethorum disciplina est
avus et atavus et omni retro nobilitate ornare quam laudes ut ra
morum sterilitatem radix servanda compensat et quod in fructu non te
neas mireris in trunco Scilicet tunc michi et proborum et olibriorum clara
repetenda sunt nomina et illustris aniciorum sanguis genus in quo aut nul
lus aut rarus est qui non meruit consulatum aut proferendus olibrius
virginis nostre pater quem inmatura morte subtractum roma congemuit
Vereor plura dicere ne sancte matris vulnus exasperem et virtutum eius re

ad met ad virg

nota quod spes est laudanda

Colocenses

cordatio fiat doloris instauratio pius filius vir amabilis clemens
dominus civis affabilis consul quidem in pueritia sed morum bonita-
te senator illustrior felix morte sua qui non vidit patriam cor-
ruentem immo felicior sobole qui demetriadis proavie nobilita-
tem insigniorem reddidit de metriadis filie perpetua castitate

Nota de virginitate laudanda

Verum quod ego oblitus propositi dum admiror iuvenem laudavi
aliquod bonorum secularium Cum in eo michi virgo magis nostra laudan-
da sit quod universa contempserit quod non se nobilem non divitiis
prepotentem sed hominem cogitare Incredibilis animi fortitudo
inter gemmas et sericum inter eunuchorum et puellarum catervas et ad-
ulationem ac ministeria familie perstrepentis et exquisitas epulas
quas ample domus prebebat habundantia appetisse eam ieiuni-
orum laborem asperitatem vestium victus continentia legerat enim
domini verba dicentis qui mollibus vestiuntur in domibus regum

Nota de helia et iohanne babtista

sunt Stupebat ad conversationem Elye et Iohannis baptiste quorum uter-
que zona pellicia astrinxit mortificavit lumbos et secundus alter ve-
nisse narratur in spiritu et virtute Elye precursor domini in utero
prophetans parentis et ante diem iudicii iudicis voce laudatur
Anne filie Phanuelis mirabatur ardorem que orationibus
et ieiuniis usque ad ultimam senectutem in templo domini serviebat.
Quatuor virginum filiarum Philippi desiderabat chorum et unam se il-
larum esse cupiebat que pudicitia virginali prophetie gratiam consecute sunt
Hiis et huiusmodi cogitationibus pascebat animum nichil magis me-
tuens quam aviam matremque offendere quarum cum incitaretur exemplo
voluntate et studiis terrebatur Non quod displiceret eis sanctum propo-
situm sed quod pro rei magnitudine optare id et appetere non
auderent Estuabat Christi tirunculla odiat ornatum suum et cum Hester
loquebatur ad dominum Tu nosti quod oderim insigne capitis mei hoc est
dyadema quo utebatur quasi regina et tante ducebat immunditie
velud pannum mulieris menstruate Aiunt sancte et nobiles fe-
mine que eam viderunt atque noverunt quas de litore Galliarum

ad metriadē v̄ginē

ad habitationē scōꝝ locorum hostiū per affricam compulit se
ua tempestas noctibus secreto consiliis tm̄ virginibus dei que
in matris et auie comitatu erant nūqm̄ eam lintheamine
nūqm̄ plumaꝝ usam mollicie sed ciliciū in nuda humo habu
isse prostrata iugibus faciem rigasse lacrimis saluatoris mēte
genibus ad uolutā ut suū temperet ꝓpositum ut implerēt desi
deriū ut auie almi matrisqꝫ molliret qd ultra dico Cum iam
nuptiaꝝ appinquaret dies et futuro matrimonio thalamus ꝑpa
rat' secreto et absqꝫ arbitris noctemqꝫ habens pro solatio talib;
fertur se armasse consiliis Qd ais demetria Cur pudicitiam
tanto pauore defendis libertate opus est et audacia que sic in
pace metuis qd facies in martirio ꝑpetrando qꝫ tuoꝝ uultū
ferre non potes quomodo sustinebis tribunalia persecutoꝝ Si te ui
roꝝ exempla non prouocant hortet' faciatqꝫ securam beata
martir agnes que etatem uicit et tyrannū et titulū castitat'
martirio coronauit Nescis misera nescis cui debeas virgini
tatem tuam Dudum int' barbaras tremuisti manus auie ma
tris qꝫ sinu pallens tegebaris vidisti te captiuam et pudici
am tuam non tue potestatis horruisti truces hostiū uult' rap
tas virgines dei gemitu tacito complexisti Vrbs tua quondam
orbis caput romani ppli sepulcꝰ est et tu i libico litore exu
lem nupta exul accipies Quā habitā ꝑnubam quo comitanda
stridor lingue punice procacia t' fescēnina cantabit Rumpe moras
omnes perfecta dilectio foras mittit timorem Assume scutum
fidei loricam iusticie Galeam salutis procede ad preliū hr̄
et seruata pudicitia martiriū suū Qd metuis auiam Quid
formidas parentē forsitan et ipse uelint qd te uelle non credūt
His inflāmata stimulis omnem corporis cultum et habitū
secularē quasi ꝓpositi sui īpedimenta proicit Preciosa mo
nilia et grauescentes uniones ardentesqꝫ gemme reconduntur
scriniis uili tunica uiliori tegit' pallio et insperata auie gem

Nō de uita et austeritate ipsius metriadis

nō pulcra v̄ba ad confortandū se inter ipsum in signo dey

perfecta dilectio foras mittit timorem

bus repente prouoluitur fletu tantum et planctibus que esset osten
tens obstupuit sancta et grauis femina alienum habitum in nepte con
spiciens mater gaudio stabat attonita vtraque verum non credunt quod
verum esse cupiebant hesit vox faucibus et inter ruborem atque pal
lorem metumque ac leticiam cogitationes varie mutabantur Succumbendum
et huic loco neque narrare aggrediar quod dicendo minus faciam ad
explicandam incredibilis gaudii magnitudinem et tulliani fluuius
siccaretur ingenii et contorte demostenis uibrateque sententie tardius
languidius que ferrentur Quodque potest cogitare animus quidquid sermo
explicare Illo in tempore factum audiuimus certatim in oscula
neptis et mater et filia ruunt ubertim flere pre gaudio iacentem manu
attollere amplexarique trepidantem agnoscere in illius proposito men
tem suam et gratulari quod nobilem familiam virgo virginitate sua
nobiliorem faceret inuenisse eam quod prestaret generi quod romane vr
bis cineres mitigaret Ihesu bone quid illud in tota domo exultationis
fuerit quasi ex radice fecunda multe simul virgines pullularunt
exemplumque patrone et domine secuta est clientum turba atque famularum
per omnes domos feruebat virginitatis professio Quarum cum impar
esset in carne condicio vnum erat premium castitatis parum loquor
cuncte per affricam ecclesie quodam exultauere tripudio non solum
ad vrbes opida uiculosque sed ad ipsa quoque mappalia celebris fa
ma penetrabit Omnes inter affricam italiamque insule hoc rumore
replete sunt et inoffenso pede longius gaudia cucurrerunt Tunc lugu
bres uestes italia mutauit et semiruta vrbis Rome menia pristi
num ex parte receperunt fulgorem propicium sibi existimantes deum in alumne
conuersione profecto putares extinctam gothorum manum et collu
uiem perfugarum atque seruorum deum desuper intonantis fulmine concidis
se Non sic post trebiam tharasumenum et cannas in quibus locis
romanorum exercituum cesa sunt milia marcelli primum apud nollam prelio se
populus romanus erexit minori prius gaudio stratas gallorum
auro redempta nobilitas et seminarium romani generis matre cogno

uit penetrauit h rumor orientis littora et in mediterraneis q̄q̄
urbibus glie xp̄iane triumphus auditus est qui virginū xp̄i nō
hui9 se sonetate Iactauit Q mat non tm̄ Juliana beatū clamauit
uterum Incerte apud fideles sint p̄ma fuebrum plus interim re
cepisti virgo qm̄ obtulisti Quā sponsam homīs una tm̄ prouīcia
nouāt virginem xp̄i totus orbis audiuit Solent miseri parentes
et non plene fidei xp̄iane et deformes et aliquo menbro debiles
filias quia dignos genos non inueniūt virginitati tradere tantis
ut dicat uitrū q̄m margaritū Certe qui religiosior es sibi videt
paruo sumptu et qui uix ad alimenta sufficiat v̄ginibus dato oēz
censum in vtroq̄ sexu sclāribus libis largiūt Q̄d nuper in hac
urbe diues quidā fecit p̄sbr̄ ut duas filias in p̄posito uirginali in
opes relinquēt et alioz luxurie ad omēm copiam filioz atq̄ deli
tijs prouideret fecerunt h p̄chdolor multe nr̄i p̄positi femine atq̄
utinam rarum esset exemplū q̄d q̄nto crebrius est tanto iste feli
ciores q̄ne plimaz quidam exempla secute ferunt et oīm xp̄ia
noz laude celebrat quidq̄d fuerat nuptijs p̄paratum etiam xp̄i
sincere virgini tradiciū sic sponso fieret iniuria Immo ut de totis
pristinis opibus veniret ad sponsum et q̄d in rebus mūdi pitu
rat domesticoz dei inopiam sustentaret Quis hic credat probam
illam oīm dignitatū et cuncte nobilitat in urbe romana nomen
illustrius cuis sanctitas et ad vniūsos effusa bonitas ē apud bar
baros veneābilis fuerit qm̄ triū liberoz p̄bini olibrij et probi nō
fatigarunt ordinarij consulatus et cum incensis direptisq̄ do
mibus in urbe captiuitas non habitas venūdare dicat possessiōs
et facere sibi amicos de mamona iniquo qui recipiant se in eter
na tabernacula et erubescat omīs ecclīastica mīstij gradus et cas
sa nomiā monachoz emē predia tanta nobilitate vendente viv
barbaroz effugerat manus et auulsas de complexu suo virgi
nes fleuerat cum subito intollābili et q̄d nūq̄m timuerat amā
tissimi filij orbitate percutit et quasi futura virginis ca̅ra spe

futurorum mortiferum ictus excepit probans in se verum esse quod
in illirico carmine super iusti preno dicitur Si fractus illabatur or
bis inpavidum ferient ruine legimus in volumine iob adhuc
isto loquente venit alius nuntius et in eodem temptacio siue ut me
lius habetur in hebreo Milicia est vita hominis super terram ad
hoc enim laboramus et seculi huius periclitamur milicia ut in futuro se
culo coronemur nec mirum hoc de hominibus credere cum dominus
ipse temptatus sit Et de abraham scriptura testatur quod deus temp
tavit eum Quam ob causam apostolus loquitur Gaudentes in tri
bulacione et scientes quod tribulacio pacienciam operatur paciencia
probacionem probacio spem spes autem non confundit Et in alio loco:
Quis nos separabit a caritate xpi tribulacio an angustia an per
secucio an fames an nuditas an periculum an gladius sicut scrip
tum est Quia propter te mortificamur tota die estimati sumus ut ou
es occisionis Et ysayas huiuscemodi homines cohortatur dicens
quod ablactati estis a lacte quia uulsi ab ubere tribulacionem
super tribulacionem expectare spem super spem Non sunt con
digne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Cur ista replicaverim
sequens sermo monstrabit que de medio mari fumantem uidit
patriam et fragili cimba salutem suam suorumque commiserat crude
liora excepit litora ab eo quem nescias utrum avarior an crudelior
fuerit cui nichil dulce preter vinum et partium et qui sub occasione
partium clementissimi principis seuissimus omnium extitit tyran
norum Et ut aliquid loquar de fabulis poetarum quasi orcus in tar
taro non triplicis percem sed multorum capitum habuit cerberum qui
cuncta traheret laceraret hic matrum gremiis abducere pactas
negociatoribus et avidissimis mortalium Siris nobilium puellarum
nuptias vendere non pupillarum non viduarum non virginum
xpi inopie parcere manus quia manus rogancium expectare quam
multis hanc ferream caribdim scillamque se cinctam multis
canibus barbaros matrona sustinuit que nec naufragus par

Nota quod milicia est vita hominis super terram

Nota quis nos separabit a caritate xpi

teret nec captiuitatibus flecteretur puniret crudelis ſaltem hoſ
tem romani imperij Exercitus nřī temporis tantū qd̓ inuenerat tu
lit Tu queris qd̓ non inuenis et miratur emulus Virtus enī ſemper
inuidie patet Cur tanta tua ſeculi pudicicia tacita per ſcriptione mer
cata ſit tu et ille partem ſit dignatus accipere qui totum potuit aufer
re et h̄ quaſi comiti negare non auſa ſit que ſe intelligat ſub no
mine priuate dignitatis tyranno ſeruientem Sciat me inimicae
patrie morſibus qd̓ adulari uidear nobiliſſime et clariſſime femi
ne qui accuſari non poterit ſi me ſacerit huc uſq; tacuiſſe ſleq; ei
laudaui in ea nūquā antiquitatem generis diuitias et potentie magni
tudinem viro viuente uel mortuo Qui alij forſitan meretricio ora
tione laudauerit michi propoſitum eſt ſtilo eccleſiaſtico laudare auiā
virginis mee et grās agere qd̓ voluptatem eius ſua adiuuerit vo
luptate Alioquin cellula monaſterij viliſſibus veſtis q; contep
ta ẽ etas vicina iam morti breuiſq; temporis viatici curent oīa
abſcuta coctijs in fama deniq; in reliquis partibus ortus michi
ſermo ad virginem diriget et virginem nobilem non minus
ſanctitatis quā generis Cuius quanto ſublimius aſcenſus eſt tanto
lapſus periculoſior Illud tibi nata deo pre que omnibus mīa pre
dicam et repetens iterum iterumq; monebo vt aīum tuum ſacre
lectionis amore occupes ſed in bona terra pectoris tui ſemente
lolij auenare que ſuſpicias ne dormiente patre qui eſt N vy
o Idem animus ſemper deo adherens inimicus homo ziza
nias ſuper ſeminet ſed ſemper que loqueris in noctibus que
ſiui quem dilexit anima mea vbi paſcas vbi cubas in meridie
et inheſit poſt te anima mea me ſuſcepit dextera tua Illudq;
Jeremie ſion laboraui inſequi te Neq; eīn eſt dolor in iacob neq;
labor in iſrl Qū eras in ſeculo ea que erant ſeculi diligebas
polire faciem purpuriſſo et ceruſa ora depingere ornare crine
alienis capillis turritum verticem conſtruere vt taceam de ma
ri non potius candore margaritarum rubri maris profunda teſta

nō virtus parit inuidie

nō quanto ſublimius aſcenſus ē tanto lapſus periculoſior

tium et margarit[ar]ū nitore ceraunior[um] flāmis iacinctor[um] pelago at
q[ue] ardent et insaniūt studia matronar[um]. Nunc que seculum reli
quisti et seculo post baptīm gradū iuisti pactum cum adversario
tuo dicens ei Renūtio tibi dyable et seculo tuo et pompe tue et o
peribus tuis. Serva fedus qd̄ pepigisti et esto consentiens pactiq[ue]
custodiens cum adversario tuo dū ēēs in via hui[us] seculi ne forte
tradat te iudicō et de suo aliquid usurpasse convincat tradaris
q[ue] ministro quia et ipse est inimicus et iudex et mittaris in carcere
et in tenebras exteriores que quāto a xp̄o vero lumine separamur
tanto nos maiori horrore circumdant et non in exeas nisi sol
vas novissimū quadrantem idest minimū q[uo]q[ue] delictum. Quia
et pro otioso verbo reddituri simus rōnem in die iudicij hec
dicta sunt nō in fausto contra te vaticino sed pavidi cautiq[ue] mo
nitoris officio. Et quoq[ue] in te que tua sunt formidantes. Si spirit[us]
inquit potestatem habentis ascenderit super te locum tuū ne dimi
seris. Quas in procinctu et in acie stamus semper ad pugnā vult
nos loco movere hostis et de gradu excedere sed sollidanda vestigi
a sunt et dicendum Statuit sup̄ petram pedes meos et petra re
fugiū leporibus pro quo multi erinacios legunt animal parvū et fu
gax et peccator[um] sentibus pgravatum. Si ihs spinis coronatus est et nra
delicta portant pro nobis doluit ut de sentibus et tribulationib[us]
feminar[um] ad quas dicit[ur] in anxietatibus et doloribus paries mulier
et ad virū conversio tua et ipse tui dnabit[ur] rose virginitatis et lilia
castitatis nascerent[ur] unde et sponsus pascat[ur] inter lilia et inter eos
qui vestimenta sua non coinquinaverunt virgines enī permanse
runt audieruntq[ue] preceptum Candida sint semper vestimenta tua
et quasi auctor virginitatis et princeps loquit[ur] confident[er] Ego flos
campi et liliū convalliū petra igit[ur] leporū est qui persecutionibus
de civitate fugiunt in civitatem nec timent. Illuc pphetiū perijt fu
ga a me montes aūt excelsi cervis quor[um] collubrinabis quos edu
cit pauper pmulus de foramine et qui p[os]t et cui requiescit simul.

de lepore

no q̄ d̄s fir[?] renunciatio diabolo

bos leo

bos leo comedent paleas ut nequaquam bos discat feritatem sed leo
doceatur mansuetudinem. Revertatur ad propositum testimonium. Si spiritus pote-
statem habentis ascenderit super te locum tuum ne dimiseris. Post quod sequitur:
Quia curatio quiescere faciet peccata maxima. Qui versiculus hunc habet
sensum: si in cogitationes tuas coluber ascenderit omni custodia ser-
va cor tuum. Et cum David canito: Ab occultis meis munda me et
ab alienis parce servo tuo. Et ad peccatum maximum quod opere perpetratur
nequaquam quoniam pervenisset incentiva vitiorum statim in mente iugula-
bis et parvulos babilonios allides ad petram in qua serpentis vesti-
gia. Cauteque domino promittis: Si mei non fuerint dominati tunc imma-
culatus ero et emundabor a delicto maximo. Hoc est quod et alibi scriptura
testatur: peccata patrum reddam in tertiam et quartam generationem. Ut
cogitationes nostras mentisque decreta non statim puniat sed reddat
in posteris id est in malis operibus et in delictorum perseverantiam
quam loquitur per Amos: Super tribus et iiiior impietatibus illius et
in illius civitatis nomine adversabor eam. Haec cursim quasi de prato
pulcherrimo sanctarum scripturarum parvos flores carpsisse sufficit
pro commonitione tui ut claudas cubiculum pectoris tui et crebro sig-
naculo munias frontem tuam nec exterminator Egypti in te lo-
cum repiat. Sed primogenita quae apud Egyptos pereunt in tua mente
salventur et dicas cum propheta: Paratum cor meum deus paratum cor meum
cantabo et psallam. Exurge gloria mea exurge psalterium et cythara.
Quam assumere iubetur et Tyrus multis peccatorum confessa vulneribus ut
agat penitentiam et maculas pristine feditatis cum Petro amaris ablu-
at lacrimis. Verum nos ignoremus penitentiam ne facile pecce-
mus. Illa quasi secunda post naufragium miseris tabula sit; in virgine
integre servetur navis. Aliud est quaerere quod perdideris aliud est pos- non aliud est quaerere
sidere quod numquam amiseris. Unde et apostolus castigabat corpus suum et in
servitutem redigebat ne aliis praedicans ipse reprobus inveniretur.
Corporisque ex persona generis humani inflammatus ardoribus loque-
batur: Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius

et iterum Scio quia non habitat in me hoc est in carne mea
bonum velle enim adiacet michi ut faciam autem bonum nequaquam neque
nota quod in carne sunt placere deo non possunt
enim quod volo bonum sed quod nolo malum hoc facio et deinde Qui in carne
sunt placere deo non possunt vos autem non estis in carne sed
in spiritu si tamen spiritus dei habitat in vobis post cogita
tionum diligentissimam cautionem ieiuniorum tibi arma sumen
da sumenda sunt et canendum cum david Humiliavi in ieiu
nota humiliavi in ieiunio animam meam
nio animam meam et cinerem quasi panem manducabam
et cum molesti essent michi induebar cilicio Eva per cibum eiec
nota de Eva et elias et moyses
ta est de paradyso Elyas xl dierum exercitatus ieiunio igneo
curru rapitur ad celum Moyses xl diebus ac noctibus fami
liaritate et sermone dei pascitur et in se verissimum probans Non
nota non in solo pane vivit homo
in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod procedit de ore
dei Salvator generis humani qui virtutum et conversationis sue no
bis reliquit exemplum post baptismum statim assumitur a spiritu ut
pugnaret contra dyabolum et oppressum eum atque contritum tradat dis
cipulis calcandum unde et apostolus loquitur Deus autem conterat satha
nota deus conterat sathanam sub pedibus vestris
nam sub pedibus vestris velociter Et tantum hostis antiquus post
xl dierum ieiunium per cibum molitur insidias dicit Et si fi
lius dei es dic ut lapides isti panes fiant In lege mense sep
timo post clangorem tubarum decima die mensis totius gen
tis hebree ieiunium est Et exterminatur anima illa de populo suo que
saturitatem pretulerit et continentie In iob scriptum est de
nota virtus eius in lumbis fortitudo in umbilico
dracone virtus eius in lumbis eius et fortitudo eius in umbi
lico ventris eius Adversum nos iuvenes et puellas etatis
ardore abutitur et inflammat totam antiquitatis mee Et implet
illud in osee Omnes adulterantes quasi clibanus ardens corda
nota omnes adulterantes quasi clibanus ardens
eorum que dei misericordia et ieiuniorum frigore restringuntur Hec sunt
ignita dyaboli iacula que simul et vulnerant et inflammant et
a rege babilonio tribus pueris preparantur qui succendit fornacem
xl viiij cubitorum hiis et ipse septem ebdomadas ad perditionem

quas dominus observare iusserat ad salutem Sed quia ibi quartus
habens speciem quasi filius hominis inmensos mitigavit ardores
et intercamini estuantis incendia docuit flammas calorem
amittere et aliud oculis cominaret aliud prebere tactu sic et in aio
virginali rore celesti et ieiuniorum frigore calor puellaris extin
guitur et humano corpori angelorum impetratur conversatio Quam ob
rem et vas electionis de virginibus se dicit non habere p
ceptum Quia contra naturam est non exercere quod nata sis interficere
inte radicem tuam et sola virginitatis poma decerpere nescire
thorum omnium virorum horrere et tactum in corpore vivere sine
corpore Neque vero inmoderata tibi imperamus ieiunia enormem cibo
rum abstinentiam quibus statim corpora delicata franguntur et
ante egrotare incipiunt quam sancte conversationis iacere fundamenta
philosophorum quoque sententia est EHOC THC TACAYETATITYS YBOATKA
KIATEI HAI quod latinus ita potest resonare moderatas
esse virtutes Excedentes modum atque mensuram inter vitia re
putamur Unde et unus de septem sapientibus neque quid ait nimis Quod
tam celebre factum est ut comico quoque versu expressum sit Sic debes
ieiunare ut non palpites et respirare vix possis ut comitum tuarum
vel porteris vel traharis manibus Sed ut fracto corporis appetitu
nec in lectione nec in psalmis nec in vigiliis solito quid minus
facias Ieiunium non perfecta virtus sed ceterarum virtutum fundamen
tum et hec sanctificatio atque pudicitia sine qua nemo videbit
deum Gradus prebet ad summa scandentibus nec tamen si sola
fuerit virginem poterit coronare legamus evangelium sapientium et
stultarum virginum quarum alie cubiculum ingrediuntur sponsi alie bono
rum operum oleum non habentes extinctis lampadibus excludun
tur latus est super ieiuniis campus in quo et nos sepe cucurrimus
et multorum et proprii habentur libri ad quorum te mittimus lectionem
ut discas quid boni habeat continentia et quid e contrario ma
li saturitas Imitare sponsum esto avie matrique subiecta nullum

Non per ieiunia debent esse temperata

uirorum et max̃ iuuenū nisi tu illis uideas stultum scias quem ille
nesciant. Secularis quoque sententia est eadem nolle velle ea demū fir
ma amicitia est. ut appeteres virginitatem ut xp̄i precepta cognos
ceres ut scires quid tibi expediret quid eligere debeas. Illarum te ex
empla docuerūt scā domi instruxit conuersatio. Non igitur solum tuū
putes quod tuū sed earum que suam uite expressere pudicitiam et ho
norabiliū nuptiarum cubil' quia inmaculati p̄posissimū germinauere
te florem qui p̄fectos afferret et fructus. Si humiliaueris te sub pote
ti manu dei et scriptum semper memineris Sup̄bis deus resistit hu
milibus autem dat gratiam. Ubi autem gratia non operum retributio sed donantis
est largitas ut impleatur dictū apostoli Non est volentis neque currentis
sed miserentis dei. et tamen velle et nolle nostrum. Ipsum quoque quod nos
trum est et puellarum ac seruulorum mores magis elegant' quam uultum
elegantia quia modi sexu et etate et truncatorum corporum violenta
pudicitia animi considerandi sunt qui amputari nisi xp̄i timore
non possunt. Scurrilitas atque lasciuia representem non habeat lo
cum. Numquam verbū inhonestum audias aut si audieris nō iras

Nō ꝯ audientes v̄ba in honesta

caris. Perditē mentes hominū uno frequenter leuique sermone temptant
claustra pudicitie recedere et videri sedaribus derelinq̃ grauitas
tuam personam decet. Catonem quoque illum dico censorium et uestri
quondam urbis principem qui in extrema etate grecas litteras non er
ubuit censor nec desperauit senex discere. Et marcū crassum semel in
vita scribit risisse lucius. fuerat illa affectata seueritas et gloriam que
rens animique pplarem. Nos affectus et perturbationes quamdiu in ta
bernaculo corporis huius habitamus et fragili carne circumdamur
moderari et regere possimus amputare non possumus. Unde et psal
mista dicit Irascemini et nolite peccare. Quod apostolus disserens Sol inquit
non occidat super iracundiam uestram. Quia et irasci hominis est et fi
nem iracundie ponere xp̄iani. Superfluū reor te monere contra auari
tiam cum generis tui sit et habere et calcare diuitias. Et apostolus doceat
auaritiam esse ydolorum cultū. dominus qui responderat sciscitanti Ma

ad metaciam virgine

gister bone quid bonifaciens vitam etiam possidebo [Si vis ee pfcus | no si vis pfectus esse etc
vade et vende oma que habes et da paupib et habebis thesaurum in
celis et veni sequere me aplici fastigij est perfecteq virtutis vendere
omnia et pauperibus distribuere et sic leuem atq expeditum cum
xpo ad celestia subleuare nobis Immo tibi diligens credita est dis
pensacio qm qm in hoc omi etate omniq persone libertas arbitrij dere
licta sit Dns meq esse perfectus non cogo non impero sed ppono pal
mam ostendo pmia tuum est eligere si volueris in agone atq certami
ne coronari et consideremus qm sapienter sapiencia sit locuta
vende que habes cui ista precipiunt nempe illi cui dictum est Si
vis esse perfectus non partem tuorum bonorum vende sed oma Cumq | nota qualiter bona debent distribui per deo
vendideris quid sequitur et da pauperibus non diuitibus non pro
pinquis non ad luxuriam sed ad necessitatem Siue ille sacerdos sit
cognatus sit et affinis nichil in illo aliud consideres nisi pauper
tatem laudent te esurientium viscera non eructancium opulenta con
uiuia in actibus aplorum Cum dni nri adhuc calebat cruor et feruebat
recens in credentibus fides vendebant omnes possessiones suas
et precia earum aplorum deferebant pedes ut ostenderet pecunias esse
calcandas dabaturq singulis prout opus erat Ananias et Saphira
dispensatores timidi immo corde duplici et ideo condempnati
quia post votum obtulerunt quasi sua et non eius cui semel ea vo
uerat partem quam sibi iam aliene substancie reseruare metuentes famem
qm vera fides non timet presentem meruere vindictam non crudeli
tate sue sed correpcionis exemplo Denique et aplus petrus nequaquam
imprecatur eis mortem ut stultus phus calumpniatur sed dei iudicium
prophetico spiritu annunciat ut pena duorum doctrina mul
torum Ex eo tempore quo virginitati perpetua consecrata es tua
non tua sunt immo vere tua quia xpi esse ceperunt que aua viuen
te vel matre ipsarum arbitrio dispensanda sunt Si autem obedie
rit et sompno sanctorum requieuerint [Scio enim illas hoc optare ut te | nota quod etas fiat propinquas maturas et voluptas fragilior
habeant superstitem cum etas maturior fuerit et voluptas gra

mor firmiorque sententia facies quod tibi visum fuerit immo quod dominus imperat
Saturam michi te habituram nisi quod in bonis operibus erogaueris
Alij edificent ecclesias vestiant parietes marmorum crustis colump
narum moles aduehant earumque deaurent capita pretioso ornatu non

nota contra illos qui edificant ecclesias et non visitant pauperes in ebdomadis et vestuarijs

sentientia ebore argentoque ualuas et gemmis aureas aurata distin
guant altaria non reprehendo non abnuo vnusquisque in suo sensu habun
det melius quod est hic facere quam repositis opibus incubare sed tibi
aliud propositum est xpm vestire in pauperibus visitare in langue
tibus pascere in esurientibus suscipere in hijs qui tecto indig
ent et maxime in domesticis fidei virginum alere monasteria
seruorum dei et pauperum spiritu habere curam qui diebus et noctibus
seruiunt domino tuo qui in terra positi imitantur angelorum conuersationem
et nichil aliud loquuntur nisi quod ad laudes dei pertinet habentesque
victum atque vestitum hijs gaudent diuitijs qui plus habere no
lunt si tamen seruant propositum alioquin si amplius desiderant hijs
quoque que necessaria sunt probantur indigni hec ad virginitatem nobi
lem sum locutus nunc tantum ad virginitatem sed non ea que
extra te sed itaque in te sunt tantum considerans preter psalmorum et
orationis ordinem quo tibi hora tercia sexta nona ad vesperam me
dio noctis et mane semper est exercendum statue quod horis sanc
tam scripturam discere debeas quanto tempore legere non ad labo
rem sed ad delectationem instructionem anime Cumque hec finieris

nota quod orationes debent diuidi et postea dispensare ne sis ociosa

spatia et frequenter te affigenda sollicitudo animi suscitauit ha
beto lanam in manibus semper uel staminis pollice fila deducito uel
ad torquenda subtegmina in laneolis fusa uertatur aliorumque ne
ta aut in globum collige aut texenda compone que texta sunt
inspice que errata sunt reprehende que facienda constitue Si tan
tis operum varietatibus fuit occupata numquam tibi dies longi erunt
sed quamuis estiuis tendantur solibus breues videbuntur in quibus
non aliquid operis pretermissum est hec obseruans et te ipsa sal
uabis et alias et eris magistra sancte conuersationis multarumque

ad demetriadem virginem

castitatem lucru tuu facies Scripta dicentem In desiderijs est
omis anima ociosi Precedit ideo tibi ab opere cessandu est quia deo
pcepto nulla re indiges Sed ideo cum omibus laborandu est ut
per occasionem opis nichil aliud cogitet nisi qd ad deu ptinet
suitute [Simplr loquar qmuis oem censum tuu in paupes dis — nulli gratis distribucio bonorum deo placet
tribuas nich apud xpm erit pciosius qm id qd in manibus
tuis ipa confeceris uel in usus pprios uel in exemplu virginu
cetera ut qd auie matrique offeras maiora ab eis in refectoem
paupum pcia recepta pene preterij qd ul pcipuu e dū ees paru
la et sancte ac beate memorie anastasius epus romana regeret
eccliā de orientis ptibus hereticor seua tempestas simplicitatem
fidei que apli voce laudata est pllue et labefacta conata e Sed
vir ditissime paupertatis et aplice sollicitudinis Statim noxium
pculit caput lanea idre ora compescuit et quia vereor imo ru
more cognoui in quibusdam adhuc uiuere et pullulare vena
ta plantaria Illud te cupido caritatis affectu pmonenda puto
ut sancti innocentij qui aplice cathedre supradicti viri succes
sor et filius est teneas fidem nec pegrina qmuis tibi prudens
callidaque uideat doctrina recipias Solent eni huiuscemodi per
angelos mussitare et quasi iusticiam querere dei Cur illa anima in
illa nata est puincia qd causa extitit ut alij de xpianis nascant
parentibus alie inter feras et seuissimas nationes ubi dei nul
la noticia est Cumque h quasi in scorpionis ictu simplices quos
que pcusserint et fistulato ulcere locu sibi fecerat veneda descen
dunt putas ne frustra infans puulus et qui uix matrem risu
et ulca uarietatem cognoscat Qui nec boni aliquid fecit nec
mali demone corripit morbo opprimit regio et ea sustinet q
videmus impios homines non sustinere deo servientes Sunt
aut iudicia inquiunt domini vera iustificata in semetipsis et nich
apud deum iniusti est ipsa rone compellimur ut credamus a
nimas fuisse in celestibus et propter quedam antiqua pcta dap

natas in corporibus humanis et ut ita loquar sepultas nosque
in valles lacrimarum penas luere priorum vitiorum et prophetam dicat: Prius quam
humiliarer ego peccavi. Educ de carcere animam meam. Et iste peccavit ut
Io cecus ex utero nasceretur aut parentes eius et cetera hiis similia. Hec im-
pia et scelerata doctrina olim in egypto et orientibus partibus
versatur plerosque. Et nunc abscondite quasi in faucis viperarum apud il-
larumque partium polluit puritatem et quasi hereditario malo serpit
in paucis ut perveniat ad plurimos. Quam certus sum quod si audieris non
recipias habes enim apud deum magistras quarum fides norma doctrine
est intelligis quod loquar. Dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Nec sta-
tim adversum sevissimam heresim et multo his nequiora quam dixi respon-
sionem ordinis flagitabis ne non tam prohibuisse videar quam commo-
visse. Cumque presentis operis sit instruere virginem non hereticis respondere.
Ceterorum omnes fraudulentias eorum et cuniculos quibus nituntur subvertere
veritatem in alio opere deo adiuvante subvertimus quod si volueris
propter te libenter mittemus. Vltroneas n. aiunt putere merces et precia fa-
cilitate decrescere que semper in raritate maiora sunt. Sed inter ple-
rosque esse certamen utrum solitaria an cum multis vita sit melior. Que
prior prefertur quidem secundo sed in viris quidem periculosa est ne ab-
stracti ab hominum frequentia sordidis et impiis cogitationibus
pateant plene arrogancie ac supercilii cunctos despiciant. Armentque
linguas suas vel clericis vel aliis monachis ad detinendum. De qui-
No filii hominum dentes eorum arma et sagitte bus rectissime dicitur: Filii hominum dentes eorum arma et sagitte
et lingua eorum gladius acutus. Quanto magis in feminis quarum
mutabilis fluctuansque sententia si suo arbitrio relinquatur cito ad
deteriora dilabitur. Novi ego in utroque sexu per nimiam abstinentiam
cerebri sanitatem in quibusdam fuisse vexatam precipueque in hiis
qui in humectis et infrigidis habitavere cellulis ita ut nescirent quid
agerent quo se verterent quid loqui quid tacere deberent. Certe si
rudes secularium litterarum de tractatibus eorum disertorum quippiam legerint
verbositatem solam discunt absque notitia scripturarum et iuxta elo-

ginum cum loqui nesciunt tacere non possint docentque scripturas
quas non intelligunt et cum aliis persuaserint eruditorum sibi assu
munt supercilium prius imperitorum magistri quam doctorum discipuli bonum est
igitur obedire maioribus parere perfectis et post regulas scripturarum
vite sue tramitem ab aliis discere nec preceptore uti pessimo scilicet pre
sumptione sua de talibus feminis et apostolus que circumferuntur omni
vento doctrine semper discentes et numquam ad scientiam veritatis per
venientes Matronarum maritis ac seculo servientium tibi consortia de
clinentur ne sollicitetur animus et audias qui vel maritus uxori vel
uxor locuta sit viro Venenate huiusmodi confabulationes sunt
quarum dampnationem secularem versum assumens apostolus fecit ecclesiasti
cum Corrumpunt bonos mores colloquia prava Cuius iambicum metri
cum dum verbum servat ex verbo nequaquam expressit latina
translatio graves femine et maxime vidue ac virgines tibi co
mites eligantur quarum probata est conversatio sermo moderatus
sancta verecundia Fuge lasciviam puellarum que ornant capita a fronte — Nota fuge lasciviam puellarum
demittunt crines cutem poliunt utuntur lumentis districtas habent ma
nicas vestimenta sine ruga soccosque crispantes ut sub nomine
virginali vendibilius pereant Mores enim et studia dominarum plerumque — Nota mores dominarum
ex ancillarum et comitum moribus iudicantur Illa sit tibi pulcra illa
amabilis illa habenda inter socias que nesciat se esse pulcram que
negligit forme bonum et procedens ad publicum non pectus et
colla denudat nec pallio revelato cervices aperit sed que celat fa
ciem et que vix uno oculo qui viae necessarius est patente ingre
ditur Dubito an loquar sed velim nolim quia crebro fit dicendum
est non quod hec inter timere debeam que ista forsitan nescias
nec umquam audieris sed quo per occasionem cui tecte ponde sunt Gari
tinam cultos pueros et calamistratos et peregrini muris olentes
pelliculas de quibus illud alibi dictum est Non bene olet qui semper
bene olet quasi quasdam pestes et venena pudicitie virgo devitet ut
taceam de ceteris quorum importuna visitatio et se infamans et alias

ut etiam si nichil mali operis perpetretur tamen hoc sit uel maximum malum frustra patere maledictis morsibus hominum nec hoc de omnibus dicimus sed de hijs quos ecclesia ipsa reprehendit quos interdum abicit et quos non numquam episcoporum et presbiterorum censura depellit ut pene periculosius sit lasciuis puellis ad loca religionis quam ad publicum procedere Qui uiuunt in monasterio et quarum simul magnus est numerus numquam sine matre procedunt De agmine columbarum crebro accipiter unam separat quam statim inuadat et laceret et cuius carnibus et cruore saturetur. Morbide oues suum relinquunt gregem et luporum faucibus deuorantur. Scio ego sanctas uirgines que diebus festis propter populorum frequentiam domi se cohibent nec tunc egrediuntur quando maior est adhibenda custodia et publicum penitus deuitandum Ante annos circiter XXX de virginitate seruanda edidi librum in quo necesse fuit michi ire contra uitia et propter instructionem virginis quam monebam diaboli insidias patefacere Qui sermo offendit plurimos dum unusquisque in se intelligens quod dicebatur non quasi monitorem libenter audiuit sed quasi criminatorem sui operis aduersatus est verum tamen quid profuit armasse exercitum reclamantium et uulnus conscientie dolore monstrasse liber manet homines preterierunt. Scripsi et ad plerasque virgines ac viduas ΤΟΛΟΓΛΑ Τ ΗΛΛΛ et quicquid dici poterat in illis opusculis defloratum est ut aut ex superfluo eadem ab orbe repetantur aut nunc pretermissa plurimum noceant Certe et beatus Cyprianus egregium de virginitate volumen edidit et multi alij tam latino sermone quam greco omniumque gentium litteris ac linguis precipue in ecclesijs agnetis uite laudata est sed ad eas pertineat que necdum elegerant virginitatem et exortatione indigent ut sciant quales sint qui eligere debeant nobis electa seruanda sunt inter scorpiones et colubros incedentibus ut accinctis lumbis calciatisque pedibus et apprehensis baculis in manibus iter per insidias huius seculi

Morbide oues suum relinquunt gregem

et inter venena faciamus possimus quod ad uites iordanis pervenire aquas et terram repromissionis intrare et domum dei ascendere ac dicere cum propheta Domine dilexi decorem domus tue et locum habitationis glorie tue Et illud unam petii a domino hanc requiram ut habitem in domo domini omnibus diebus uite mee Felix consciencia et beata virginitas in cuius corde preter amorem christi qui est sapiencia castitas paciencia atque iusticia ceteraque virtutes nullus alius versatur amor nec ad recordationem hominis aliquando suspirat nec videre desiderat quem cum viderit nolit dimittere Scio virginum propositum et celestis angelorum que familie gloriam quorundam non bene se agencium nomen infamari quibus aperte dicendum est ut aut nubant si se non possint continere aut contineant si nolunt nubere Digna res risu immo planctu incedentibus dominis ancilla virgo procedit ornatior ut pro nimia consuetudine quam in tempora videris dominam suspiceris. Non nulle separate et absque arbitris querunt hospitia ut vivant licencius utantur balneis faciantque quod nolunt et dimittens consciencias plurimarum hec videmus et patimur et si aureus nummus affluxerit inter bona opera reputamus Finem virgo principio nec semel monuisse contentus sum Ama scripturas sanctas et amabit te sapiencia dilige eam et servabit te honora illam et amplexabitur te Hec monilia in pectore et in auribus tuis habeant nichil aliud noverit lingua christum nichil possit sonare nisi quod sanctum est Aule tue tibi semper ac matris in ore dulcedo insistat quarum imitatio forma virtutum est

Nota quod aliquae virgines quae volunt vivere separate

Jeronimus ad athletam de instructione filie

Apostolus paulus scribens ad corintheos et rudem christi ecclesiam sacris instruens disciplinis inter cetera mandata hec quoque posuit dicens Si qua mulier habens virum infidelem et hic consentit habitare cum ea non di

Nota quod hic infidelis potest stare cum muliere fideli

Nota quod mulier infidelis sanctificata erit per virum fidelem et propterea habere si vult etc.

mittat virum suum Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem et sanctificata est mulier per virum fidelem Alioquin filii vestri inmundi essent nunc autem mundi sunt Si cui forte hactenus videbatur nimirum disciplinę vincula laxata et preceps indulgentia preceptoris consideres domum patris tui clarissimi quidem et eruditissimi viri sed adhuc ambulanti salutet in tenebris et intelliget consilium apostoli illum profecisse ut radicis amaritudinem dulcedo fructuum compensaret et viles virgule balsama preciosa sudarent tu es nata de impari matrimonio de te et toxotio nostro paula generata est Quis hoc crederet ut albini pontificis neptis de repromissione matris filia nasceretur ut presente et gaudente avo parvula adhuc lingua balbuciens alleluia resonaret et virginem christi in suo gremio senex nutriret Bene et feliciter expectamus Sancta et fidelis domus unum sanctificat infidelem Iam candidatus est in fide quem filiorum et nepotum credens turba circumdat Ego puto etiam ipsum Iovem si habuisset talem cognationem potuisset in christo credere Despuat licet et irrideat epistolam meam et me stultum vel insanum clamet hoc et gener eius faciebat antequam crederet Nunc non nascuntur christiani Auratum squalet capitolium fuligine et aranearum telis omnia romana templa cooperta sunt Movetur urbs sedibus suis et inundans populus ante delubra semita currit ad martyrum Al' martyrum tumulas si non extorquet fidem prudencia extorqueat saltem verecundia Hoc leta religiosissima in christo filia dictum sit ut non desperes parentis salutem et eadem fide merueris filiam et patrem recipias totaque domus beatitudine perfruaris Sciens illud a domino promissum que apud homines impossibilia sunt Numquam est sera conversio Latro de cruce transiit ad paradisum Nabogodonosor rex babilonius post efferitatem corporis et cordis et beluarum in heremo convictum mentem recepit humanam Et ut omittam vetera ne apud incredulos nimis fabulosa videantur Ante paucos annos propinquus noster Grecus nobilitatem patriciam nomine

sonoras cum presbitera regeret urbanam nonne specum mitre et omnia
portentuosa simulacra quibus corax nimphus miles leo perses eliodro
mus pater initiantur subvertit fregit excussit et hys quasi obsidibus
ante premissis impetravit baptismum christi. Solitudinem patitur et in urbe gen
tilitas. Dii condam nationum cum bubonibus et noctuis in solis culminibus
remanserunt. Vexilla militum crucis insignia sunt. regum purpuras
et ardentes diadematum gemmas patibuli salutaris pictura condecorat.
et que egiptius serapis factus est christianus. marnas gaze luget in
clusus eversionem templi iugiter timescit. De India persida et ethiopia
a monachorum cothidie turbas suscipimus. Deposuit pharetram
armenius. huni discunt psalterium. Scitie frigora fervescunt calore
fidei. Ghetarum rutilus et flavus exercitus ecclesiarum circumfert ten
toria. et ideo forsitan nos equa pugnant acie quia pari religione
confidunt. Pene lapsus ad aliam materiam et currente rota dum
urceum facere cogito amphoram finxit manus. Propositum enim michi erat
sancte marcelle et tuis precibus invitato ad matrem, id est ad te sermo
nem dirigere et docere quomodo instituere puellam nostram debe
as que prius in christo est consecrata quam genita quam ante votis quam utero. Vidimus
aliquid nostris temporibus de prophetalibus libris. Anna sterilitatem alvi
fecunditate mutavit. Tu luctuosam fecunditatem in talibus liberis
commutasti. Fidenter loquor accepturam te filios que primum fetum domino red
didisti. Ista sunt primogenita que offeruntur in lege. Sic natus est
samuel sic natus sampson. Sic iohannes baptista ad introitum marie exultavit
et lusit. Audiebat enim verbum domini per os virginis intonantis et
de utero matris in occursum eius gestiebat erumpere. Sibi que
de repromissione nata est dignum habeat ortui institutionem
parentis. Samuel nutritus in templo et iohannes in solitudine
preparatur. Ille sanctimonie venerabilis est vinum et siceram non bi
bit adhuc parvulus cum domino sermocinatur. Hic fugit urbes zona
pellicia cingitur locustis alitur et melle silvestri et in typo pe
nitentie predicante tortuosissimi animalis vestitur exuviis.

Textus de iohanne baptista ad introitum marie exultavit 17

Nota puelle quales debent nutriri

Sic erudienda est anima que futura est templum dei nichil
aliud discat audire nichil loqui quod ad timorem dei perti
net turpia non intelligat cantica mundi ignoret adhuc tene
ra lingua psalmis dulcibus imbuatur procul sit etas lasciua
puerorum ipse puelle et pedissequę secularibus consortiis arce
antur ne quod male didicerint peius doceant fiant ei littere
buxee uel eburnee et suis nominibus appellentur ludat in eis et
ut ludus eius erudicio fit non solum ordinem teneat litterarum
et ut memoria nominum in canticum transeat sed ipse inter se crebro
ordo turbetur et mediis ultima primis media misceantur ut eas
non sono sed et uisu nouerit cum uero ceperit trementi manu
stilum in cera ducere ceperit uel alterius supposita manu te
neri regantur articuli uel in tabella sculpantur elementa ut per
eosdem sulcos marginibus trahantur uestigia et foras nequeant e
uagari sillabas iungat ad premium et quibus illa etas deliniri
potest munusculis inuitetur et habeat in discendo socias quibus
inuideat quarum laudibus mordeatur non est obiurganda si tar
dior sit sed laudibus excitandum ingenium ut uicisse gaude
at et uictam doleat Cauendum in primis ne odit studia ne ama
ritudo eorum percepta in infantia ultra rudes annos transeat
ipsa nomina per que consuescat paulatim uerba contexere non
sint fortuita sed certa et coaceruata de industria et prophetarum
uidelicet et apostolorum Et omnis ab adam patriarcharum series de
matheo lucaque descendat ut dum aliud agit future memorie
preparetur Magister probe etatis et uite et eruditionis est eligen
dus est Nec puto erubescit doctus uir id facere uel in propinqua
uel in nobili uirgine quod aristotiles fecit in philippi filio ut ipse
librariorum utilitate initia monstraret litterarum non sunt contemp
nenda quasi parua sine quibus magna constare non possunt
ipse elementorum sonus et parua institucio preceptoris aliter de
erudito aliter de rustico ore profertur unde et tibi est prouidendum

ne ineptis blandiciis feminarum dimidiata dicere verba filia con
suescat et in auro atque purpura ludere quorum alterum lingue
alterum moribus efficiat ne discat in tenero quod ei postea dediscendum
est Grecorum eloquencie multum ab infancia sermo matris scribitur
contulisse ostensionis ro in patrio sic coaluit difficulter eraditur
quod rudes animi perbiberunt lanarum conchilia quis in pristi
num colorem renovet rudis es testa diu et saporem retinet et
odorem quo primum inbuta est Greca narrat hystoria Allexan
drum potentissimum regem orbis dominatorem et in moribus et in
incessu leonidis pedagogi sui non potuisse carere viciis quibus ad
huc parvulus fuerat infectus proclivis est enim malorum emulatio et
quorum virtutes assequi nequeas cito imiteris vicia Nutrix ipsa non
sit temulenta non lasciva non garrula habeat modestam geru
lam nutricium gravem Cum avum ludit impetus eius transiliat et col
lo dependeant nolenti alleluia decantet rapiat eam avia patrem risi
bus cognoscat Sit omnibus amabilis et universa propinquitas
rosa ex se nata gaudeat et discat statim quam habeat alteram
aviam quam amitam cui imperatori cui exercitui tirunculam nutriatur
istas desideret ad illas imitetur absterso ipse habitus et vestitus
doceat eam cui promissa sit Cave ne aures eius perfores nec ce
russa et purpurisso consecrata Christo ora depingas ne collum auro
et margaritis premas nec caput gemmis honores nec capillum in
feras et de gehenne aliquid ignibus auspiceris habeat alias mar
garitas quibus postea venditis emptura est preciosissimum margari
tum Pretextata nobilissima quondam et christianissima femina iube
te viro hemetio qui patruus eustochie virginis fuit habitum eius
cultumque mutavit et neglectum crinem mundano more texuit vincere
cupiens et virginis propositum et matris desiderium Et ecce ibi eadem
nocte cernit in sompnis venisse angelum terribili facie minantem
penas et hec verba frangentem tu ne ausa es viri imperium prefer
re Christo tu caput virginis dictus sacrilegis attractare manibus

que iam nunc arescent ni sententias exsecuta quod feceris et finito
mense v. ad infera duceris. Si autem perseveraveris in scelere et ma
rito simul et filiis orbaberis. Omnia per ordinem expleta sunt et seram
misere penitentiam velox signum mortis. Sic ulciscitur Christus viola
toribus sui templi sic gemmas et pretiosissima ornamenta defen
dit. Et hec retuli non quod insultare velim calamitatibus infelicium sed
ut te moneam cum quanto metu et cautione servare debeas quod domino spo
(nota episcopus fieri non potest qui filios habuerit luxuriosos et cetera [illegible])
pondisti. Hely autem sacerdos offendit dominum ob vitia liberorum. Episcopus fieri
non potest qui filios habuit luxuriosos et non subditos. Econtrario de
muliere scribitur quod salva fiet per filiorum generationem si permanserit
in fide et caritate sanctificatione cum pudicitia. Si perfecta etas et sui
iuris imputatur parentibus quanto magis lactens et fragilis que iuxta
sententiam domini ignorat dexteram et sinistram id est boni ac mali nescit
differentiam. Si sollicita et prudens es ne filia percutiatur a vipera non ea
dem cura provideas ne feriatur a malleo universe terre ne bibat
de aureo calice babilonis ne egrediatur cum dina et velit videre fili
as regionis aliene ne ludat pedibus ne trahat tunicam. Venena non
dantur nisi melle circumlinita et vitia non decipiunt nisi sub specie umb
que virtutum. Et quomodo inquies peccata patrum in filios non redduntur nec
filiorum parentibus sed anima que peccaverit ipsa morietur. Hoc de his dicitur
qui possunt sapere de quibus in evangelio scriptum est. Etatem habet
loquatur per se. Autem parvulus est et sapit ut parvulus donec ad annos sa
pientie veniat et pitagorice littere eum perducant ad bivium tam
mala eius quam bona parentibus imputantur. Nisi forte estimas christianorum
filios si baptisma non acceperint [illegible] ipsos tantum reos esse peccatis
et non scelus referri ad eos qui dare noluerunt. Maxime eo tempore
quo contradicere non poterant qui accepturi erant sicut regione sa
lus infantium maiorum lucrum est. Offerre filiam potestatis tue fuit quamquam
alia sit tua condicio que prius eam vovisti quam conciperes ut autem
oblatam negligas ad periculum tuum pertinet. Plus autem parentes solli
citi esse debent ut parvulus baptizetur. Qui claudam et mutilam et

qualibet sorde maculatam obtulerit hostiam sacrilegii reus est
quanto magis qui partem corporis sui et illibate anime puritatem regis
amplexibus parat si negligens fuerit punietur. Postquam grandiuscula esse
ceperit et in exemplum sponsi sui crescere sapientia etate et gratia
apud deum et homines pergat ad templum veri patris cum parentibus
suis sed cum illis non egrediatur ex templo. Querant eam in itinere se
culi inter turbas et frequentiam populorum vel propinquorum et nusquam
eam reperiant nisi in adito scripturarum prophetas et apostolos de spiritualibus
nuptiis sciscitantem. Imitetur Mariam quam Gabriel solam in cubi — nota quod maria sola erat ubi angelus ad eam venit
culo suo reperit et ideo forsitan timore perterrita est quia virum
quem non solebat aspexit. Emuletur eam de qua dicitur: Omnis gloria
eius filie regis intrinsecus. Loquatur et ipsa dilectio caritatis vulneratam
Introduxit me rex in cubiculum suum. Si numquam exeas foras ne inve
niant eam qui circumeunt civitatem ne percuciant et vul
nerent et auferentes teristrum pudicicie nudam in sanguine de
relinquant. Qui potius cum aliquis hostium eius pulsaverit dicat Ego
murus et ubera mea turris. Lavi pedes meos et non possum inquina
re eos. Non vescatur in publico .i. in parentum convivio nec videat cibos
quos desideret. Et licet quidam putant maioris esse virtutis pre
sentem contemnere voluptatem tamen ego securioris arbitror conti
nentie nescire quid queras. Legi quondam in scolis puer: egre reprehen — nota doctrina puerorum qualiter nutriantur
das quod sinas consuescere. Discat iam tunc vinum non bibere in quo
est luxuria. Ante annos robuste etatis periculosa est teneris gravis absti
nentia usque ad idem tempus necessitas postulaverit et balneas ad
hibeat et vino modico utatur propter stomachum et carnium esu
sustentetur ne prius deficiant pedes quam currere incipiant. Et hoc dico
iuxta indulgentiam non iuxta imperium timens debilitatem non docens
luxuriam. Alioquin quod iudayca supersticio ex parte facit in secernere
quorundam animalium atque escarum quod Indorum bragmanorum egiptio
rum gymnosophiste in polente et ordeorum et pomorum solo obser
vantes cibo cur virgo Christi non faciat in toto. Si tanti vitrum quare

quare non et maioris sit pretii margaritum quae nata est ex promissione sic uiuat ut illi uiuere qui de promissione gnati sunt Et qua gratia equum habeat et laborem Surda sit ad organa tibia lira et citara cur facta sint nesciat Reddat tibi pensum cottidie de scripturarum floribus carptum Discat grecorum versiuum numerum sequatur statim et latina eruditio Qui si non ab initio os tenerum composuerit in peregrinum sonum lingua corrumpitur et externis uitiis sermo patrius sordidatur Te habeat magistram te rudis imitetur infantia nichil in te et patri suo uideat quod si fecerit peccet Mementote vos parentes virginis et magis eam exemplis doceri posse quam voce Cito flores pereunt cito uiola et lilium et crocum pestilens aura corrumpit Numquam absque te procedat in publicum basilicas martirum et ecclesias sine matre non adeat Nullus eam iuuenis nullus cincinnatus adrideat vigiliarum dies et solempnes pernoctationes Sic virguncula nostra celebret ut ne transversum quidem unguem a matre discedat Nolo de ancillulis suis aliquam plus diligat cuius crebro auribus insusurret Quicquid uni loquitur omnes sciant placeat ei comes non compta que liquido gutture carmen dulce moduletur sed grauis pallens sordidata subtristis preponatur ei et morum ac pudicitie virgo veneranda que illam doceat et assuescat exemplo ad orationes ad psalmos nocte consurgere mane ymnos canere tertia sexta nona hora stare in acie quasi bellatorem Christi accensaque lucerna reddere sacrificium vespertinum Sic dies transeat sic nox inueniat laborantem orationi lectio lectioni succedat oratio Breue uidebitur tempus quod tantis operum varietatibus occupatur Discat et lanam facere tenere colum ponere in gremio calatum rotare fusum stamina pollice ducere Spernat bombicum telas sericum uellera et aurum in filia lentescens talia uestimenta paret quibus pellatur frigus non quibus uestita corpora nudentur Cibus eius olusculum sit et simila

nota quod melius est docere exemplis quam voce

nota ad conservandas puellas

variique pisciculi et ne gule precepta longius traham de quibus
in alio loco plenius sum locutus sic comedat ut semper esuri
at ut statim post cibum possit legere orare psallere displicent
michi in teneris vel maxime etatibus longa et inmoderata
ieiunia quibus iunguntur ebdomade et oleum in cibo ac po
ma vitantur experimento didici asellum in via cum lapsus fuerit
diverticula querere faciant hoc cultores ysidis et cibele qui
gulosa abstinentia fasides aves et fumantes turtures vorat
scilicet cereal' dona contaminent h' in perpetuum ieiunium precep
tum sit ut longo itineris vires subpetant properes et ne in pri
ma mansione currentes in medijs ceterum ut ante scripsi in qua
dragesima vela pandenda sunt et tota aurige retinacula equis
laxanda properantibus quamquam alia sit condicio secularium alia vir
ginum ac monachorum secularis homo in quadragesima ventris
ingluviem decoquit et ideam more suo vivitans sucto futuris
dapibus ac sagine aqualiculum parat virgo monachus sic in qua
dragesima suos dimittant equos ut sibi meminerint semper
esse currendum finitus labor magis infinitus inmoderatior est
ibi enim respiramus hic perpetuo incedimus si quando ad suburbana per
gis domi filiam non relinquas nesciat sine te nec possit se vi
vere et cum sola fuerit pertimescat non habeat colloquia se
cularium et malarum virginum contubernia non intersit nuptijs
servulorum nec familie perstrepentis lusibus misceatur scio pre
cepisse quosdam ne virgo christi cum eunuchis lavet nec cum
maritatis feminis quia alij non deponant animos virorum
alie tumentibus uteris preferant feditatem michi omnino in adulta
virgine lavacra displicent que se ipsa debet erubescere et
nudam videri non posse si enim vigilijs et ieiunijs macerat
corpus suum et in servitutem redigit si flammam libidinis et incen
tiva pueritia etatis extinguere potuit continentie frigore
si appetitus sordibus turpare festinat naturalem pulcritudi

Nota ... puellis nutriendis

nentur e contrario balnearum fomentis sopitos ignes suscitat
pro gemmis et sericis codices amet in quibus non auri et pellis
babilonie vermiculata pictura sed ad fidem placeat emendata et
erudita distinctio. Discat primum psalterium his se canticis avocet
et in proverbiis salomonis erudiatur ad vitam in ecclesiaste consues
cat que mundi sunt calcare in Iob virtutis et pacientie exempla secte
tur ad evangelia transeat numquam ea depositura de manibus apos
tolorum acta et epistolas toto corde imbuat voluntate cumque pectoris
sui cellarium hiis opibus locupletaverit et mandet memorie prophetas
et optaticum et regum et paralipomenon libros Esdre et hester volu
mina ultimo sine periculo discat canticum canticorum ne si in exordio
legerit sub carnalibus verbis spiritualium nuptiarum epythalamium non in
telligens vulneretur. Caveat omnia apocrifa et si quando ea ad doctrinam
veritatem sed ad signorum reverenciam legere voluerit sciat non eorum
esse quorum titulus multa que in hiis admixta viciosa et grandis
esse prudentie aurum in luto querere. Cypriani opuscula semper in
manu teneat Anastasii epistolas et hylarii libros inoffenso cur
rat pede illorum tractatibus illorum delectetur ingeniis in quorum
pietas fidei non vacillat ceteros sic legat ut magis iudicet quam
sequatur respondebis quomodo hec omnia mulier secularis in tanta frequen
cia hominum rome custodire poterit noli ergo subire onus quod ferre
non potes sed postquam ablactaveris eam cum ysaac et vestieris
cum samuele mitte avie et amitte redde preciosissimam gemmam
cubiculo marie et cunis ihesu vagientis impone nutriatur in monas
terio sit inter virginum non choros virorum · iurare non discat men
tiri sacrilegium putet nesciat seculum vivat angelice sit in carne sine
carne omne genus suum simile putet Et ut cetera taceam certe
te liberarent difficultas et custodie parvulum melius tibi est desider
rare absentem quam pavere ad singula cum quo loquatur quid loquatur
cui annuat quem libenter aspiciat trade eustochie parvulam cuius nunc
et ipse vagitus pro te oratio est trade comitem sanctitatis futuram

No apocrifa sunt cavenda

heredem illam uideat illam amet illam imitet᷑ p̄mis ab ãnis
Cui⁹ et ſermo et habitus et inceſſu doctrina virtutū eſt Sit ingre
nio aue que repetat inepte Quicq̄d p̄miſit in filia que longo uſu
didicit nutrire docere ſeruare virgines In cui⁹ coronā centenarij
cotidie numeri caſtitas texitur felix virgo felix paula coniugum
q̄ per auie amiteq̄ virtutes Nobiliorem ſc̄itate q̄m gn̄e O ſi tibi
contingeret videre ſocrū et cognatam tuam et in paruis corpuſculis
ingentes ãimos intueri pro inſita pudicitia tibi non ambigerem
quin precederes filiam et primā dei ſnīam ſcd̄a euangelij lege mu
tares necnon poſtponderes aliorū deſidia liboꝝ et te ipſam magis
magis offerres deo ſed quia tempus eſt amplexandi et tempus lō
ge fieri a complexibus et uxor non habet poteſtatem ſui corporis
et unuſquiſq̄ in qua vocatione vocatus ē in ea permaneat ī dn̄o
et qui ſub iugo eſt ſic debet currere ne in luto comitē derelinquat
Totum redde in ſobolem qd̄ in te interim diſtuliſti Anna filiū q̄
dn̄o uouerat poſtq̄m obtulit in tabernaculo nunq̄m recepit Inde
cens arbitrata ut futurus pph̄a in eius domo creſceret que adhuc
alios filios habere cupiebat Deniq̄ poſtq̄m concepit et peperit nō
eſt auſa ad templū accedere et vacua apparere coram dn̄o niſi pri⁹
redderet qd̄ debebat taliq̄ immolato ſacrificio reuerſa domū quinq̄ libe͛os
ſibi genuit quia primogenitū deo pepererat Miraris felicitatem ſc̄e
mulieris Imitare fidem Ipſe ſi paruulam miſeris et magiſtrū me
et nutricem ſpondeo Geſtabo humeris balbutientis ſi uix u͛ba for
mabo multo glorioſior mūdi philoſopho qui non regem macedonū
babilonio periturū veneno ſed ancillam ſponſam xp̄i erudiam
regnis celeſtibus offerendam

Ad Julianū dyacon̄

Parce queſo anime tue Crede dei futurū eē iudicium
Recordare a quo ep̄o dyaconus ordinatus ſis nec mirū
q̄muis ſcm̄ hoiem tam̄ in hoiem eligendo potuiſſe falli

cum et deus peniteat quod saul in regem unxit et in xii apostolis iu
das proditor sit reptus et de quondam ordinis tui hominibus
Nicolaus anthiocenus inmunditiarum omnium et neophitarum hereseos
auctor extitisse referatur. Non tibi illa nunc replico quod plures vir
gines violasse narreris quod a te nobilium violata matrimonia pub
lico cesa sint gladio quod per lupanaria impurus cum elluonum
curristi. Magna quippe sunt pondere suo sed fiunt eorum que in lati
rus sunt comparatione leviora. Rogo quantum crimen est ubi stuprum
et adulterium parum est. Infidelissime mortalium tu speluncam
illam in qua dei filius natus est et veritas de terra orta est et
fructum suum dedit de stupro condicturus ingrederis. Non
times ne de presepe infans vagiat ne puerpera virgo te videat
ne mater domini contempletur. Angeli clamant pastores currunt stella
desuper rutilat magi adorant herodes terretur. Ierosolima con
turbatur et in cubiculum virginis decepturus irrepis. Paveo
o miser et tota mente ac corpore perhorresco ponere tibi vo
lens ante oculos opusculum. Tota ecclesia nocturnis vigi
liis xpistum dominum personabat in diversarum gentium linguis unus
in laudibus dei spiritus concinebat tu inter hostia quondam presepis
domini nunc altaris amatorias epistolas fulciebas quas postea illa
miserabilis quasi flexu ad ornatum genu inveniret et legeret
et stabat deinceps in thoro psallentium et impudicis nutibus
loquebaris. Pro nephas non possum ultra progredi prorumpunt
lacrime ante quam verba et indignatione pariter ac dolore in
ipso meatu faucium spiritus coartatur. Ubi mare illud eloque
ne tulliane ubi torrens fluvius demosthenis. Nunc profecto
essetis muti ambo et vestra lingua torpesceret. Inventa est
res quam nulla eloquentia explicare queat et repertum est faci
nus quod nec mimus fingere nec scurra ludere nec atellanus possit
effari. Moris est in syriis et egyptiis monasteriis ut tam virgo
quam vidua que se deo vovit et seculo renunciantes omnes

delitias seculi consecrarunt Eam monasteriorum matribus offerant
desecandam sed non intecto et postea contra apostoli voluntatem incedere
capite sed ligato pariter et uelato Nec hoc quisquam preter tonden
tes nouit et tonsas nisi quod quia ab omnibus fit pene nescitur ab om
nibus hoc autem duplicem ob causam de consuetudine uersum est in na
turam vel quia lauacra non adeunt uel quia oleum nec capite nec
ore norunt ne a paruis animalibus que inter cutem et crinem gigni so
lent et concretis sordibus opprimantur Videamus igitur uir bone
inter ista quid feceris sub matrimonio in spelunca venerabili
quasi quosdam obsides accipis capillos sudariola infelicis et
angelum dotale pignus deportas iuras ei te nullam similiter arma
turum Deinde curris ad pastorum loca et angelorum desuper strepi
tu continente in eadem verba testaris Sileo dico amplius quod
in ostia ruens quod amplexus sis Totum quidem de te credi potest sed
veneratio presepis et campi non me sinunt plus dicere Quid te volun
tate tantum et animo corruisse miser nonne quando in spelunca
tam virginis stare cepisti Caligauerunt oculi tui lingua torpuit
conciderunt brachia pectus intremuit nutauit incessus post
apostoli petri basilicam in qua christi flammeo consecrata est post crucis
et resurrectionis et ascensionis dominice sacramenta in quibus rursum
est michi monasterio victuram spoponderat Audes crinem accipe
re eam noctibus dormituram que christo mentita fuerat in spelunca
Deinde a vespere usque ad mane illius assidens et quia propter altitu
dinem herere communis non licebat per funiculum uel accipis a
liquid uel remittis Vide quanta diligentia domine fuerit ut numquam
domi virginem nisi in ecclesia uideris et tum talem utque numquam ha
buerit voluntatem nisi per fenestram nocte facultas nobis non
fuerit colloquendi Ridebat tibi ut postea didici sol in nutu Ex san
guinis macidus pallidus ut suspicione omni careres euangelium
vero quasi dyaconus lectitabas sed pallorem ieiunii putabamus
et exangues institutum hac more tuum quasi confectum uigiliis

mirabantur. Iam tibi et scale per quas deponeres missam parabantur. Iam
iter dispositum, decreta navigia, condicta dies fuge, animo pertracta-
ta; et ecce angelus ille cubiculare Marie, ianitor cunarum Christi, custos
et infantis Christi gerulus, coram quo tanta faciebas, ipse te prodidit.
O funestos oculos meos, o diem illam omni maledictione dignissimam,
in qua epistolas tuas quas hucusque retinemus consternata mente legi.
Qui ibi turpitudines, que blandicies, quanta de condicto stupro exultatio,
hec ne dyaconum non dicam loqui sed sapere potuisse. Ubi, miser, ista dedi-
cisti, qui in ecclesia nutritum te esse iactabas? Preter illud quod in hisdem epistolis
iuras te numquam pudicum fuisse diaconum. Si negare volueris, manus
tua te redarguet, ipsi apices proclamabunt. Habeo igitur lucrum scele-
ris, non possim tibi ingerere que scripsisti. Iaces itaque advolutus
genibus meis et iniuria evenies ut tuis verbis utar sanguinis ore
missum neglecto iudicio dei ac tacitum iudicem times. Ignovi, fateor. Quid
enim tibi aliud possem facere christianus? Hortatus sum ut ageres penitentiam et
in cinere et cilicio volutareris, ut solitudinem peteres, ut viveres in mo-
nasterio, ut dei misericordiam vigiliis et lacrimis. Ac tu bone spei columen sub-
vertens simul inflammatus factus es michi in arcum perversum et contra
me contumacie sagittas iactas. Inimicus factus sum vera dicens. Non
ne doleo te maledictis. Quis enim nesciat vel nisi flagitiosum ab
ore laudari? Hoc plango quod tu ipse non plangis, quod te non sentis
mortuum. Quod quasi gladiator paratus libidine in proprium funus hor-
naris. Dentes pulvere [illegible], raros in rubente calvaria digeris capil-
los, saurnia cervix toris adipeis intumescens, nec quia fracta in-
clinat. Super hoc unguentis flagrans mutas balnea et contra
renascentes pilos pugnas, per forum ac plateas nitidus
et pulitus amator incedis. Facies meretricis est tibi nescis eru-
bescere. Convertere, miser, ad dominum, ut ad te deus convertatur. Age
penitentiam, ut et ille agat penitentiam super omnibus que locutus
est malis ut faceret tibi. Quid neglecto vulnere [illegible] proprio alios inte-
ris infamare? Quod me bene et tibi sedule consulentem quasi freneticus

morsu laceras. Esto ego flagitiosus sum ut vulgo iactitas, saltem
mecum age penitentiam. Criminosus ut simulas, imitare lacrimas cri-
minosi. Num mea vitia tue virtutes sunt, an malorum tuorum putas so-
lacium si multos tuos similes habeas? Fluant paululum de oculis la-
crime. Inter sericum et lintheamina quibus tibi videris fulgidus
et formosus intelligam te nudum contritum sordidum mendicantem.
Numquam est sera penitentia. Quamvis de Iherosolimis descenderis
et in itinere vulneratus sis, tamen ille samaritanus est qui impo-
sito iumento curandum ad stabulum referat. Sed et si mortuus iaceas in
sepulcro tamen et fetentem dominus suscitavit. Imitare saltem cecos il-
los propter quod salvator dimittens domum suam et hereditatem suam Iericho
venit. Sedentibus in tenebris et umbra mortis lux orta est eis. Qui
postquam transire dominum cognovissent ceperunt clamare dicentes:
fili David miserere nostri. Poteris et tu videre si clamaveris, si ac-
citus ab eo sordida vestimenta proicias. Cum conversus inge-
mueris tunc salvus eris et tunc scies ubi fueris. Tangat modo ci-
catrices tuas, pertractet luminum quondam tuorum vestigia. Licet ab u-
tero sit genitus, sic et in delictis concepit te mater tua. Asperge
te ysopo et emundaberis, lavabit te et super nivem dealbaberis.
Quid miraris terre heres et totus in ceno iaces? Illa quam x et octo
annis sathanas vinxerat postquam a salvatore erecta est celum erecta sus-
pexit. Quod ad eam dictum est puta peccasti quiesce. Quid longius
fluctuas? Saltem statuis supra petram pedem tuum. Cave ne te fines
cum madianite fornicante ferro absisse configat. Quid plus quam
thamar virginem frater et consanguineus polluisti? Velut abes-
salon occidere eum cupis qui te rebellantem plangit et mor-
tuum. Clamat contra te sanguis nabuthe et vinea israel, hoc est semi-
nis dei et ortus voluptatis que in lascivie olera convertisti dig-
nam de te ultionem reposcunt. Mittit tibi helyas tormenta et in-
teritum nuntians. Incurvare et sacco vestire paululum et de te poterit
dici deus: vidisti quia reveritus Achab fuerit a facie mea? Non sup-

ducam maliciam in diebus eius Sed forte blandiris tibi quod
a tali episcopo dyaconus ordinatus es Jam ut superius dixi nec patrem
pro filio nec filium pro patre punire vult dominus anima enim que peccaverit
ipsa morietur et samuel habuit filios qui recesserunt
a timore dei et abierunt post avariciam et iniquitatem Et he-
ly sacerdos factus fuit sed habuit filios qui ut in hebreorum vo-
luminibus legimus fornicabantur cum mulieribus in tabernaculo
dei in similitudinem tui impudenter sibi dei ministerium vindica-
bant unde et locus tabernaculi ipse subversus est Et propter vicia
sacerdotum sanctuarium dei destructum est Quamquam et ipse hely dum
nimium lenis in filios offendit in dominum Tantumque habet te episcopi
tui iusticia liberare ut timendum sit ne propter te de solio suo cor-
ruens periat insanabilis Ozias leuites archam domini quam
portare ipse debuerat quia mentem sustentare voluit percus-
sus est Quid de te futurum putas qui stantem archam domini pre-
cipitare conatus es Quanto episcopus qui te ordinavit probabilis
est tanto tu amplius detestandus es qui talem hominem
fefellisti Solemus mala domus nostre scire novissimi ac li-
berorum et coniugum vicia vicinis canentibus ignorare Scie-
rat te omnis ytalia vniuersi ante altare christi stare ingemescebat
nec tu tam callidus eras ut prudenter tua vicia celares
Sic estuabas sic subantem te et lasciuientem huc atque il-
luc rapiebat voluptas et quasi quosdam triumphos palmam
que viciorum ageres de expletis libidinibus Denique inter labios
barbari mariti potentis excubias impudentie te flamma
rapuit Non timuisti in illa domo adulterium facere in qua
sine iudice lesus vir se poterat ulcisci Duceris ad hortulos
pertraheris tam libere et in facie te agis ut absente mari-
to uxorem te putes hec non adulteram vim per quosdam
amiculos dum illa tenetur erinnpis Romam omultis uigilis
latitas inter famulas iacentes et ad primum mariti nuntium

nec patrem pro filio nec filium pro patre punire vult deus

qđ nomis tibi ex alpibus anibal descenderis et nauigio te
credis in tanto fluctu caute fuge celeritas fuit ut tempestate
t'ra duces timorem venisti ut tum qđ syriam p'i te uelle iero
solimā descendere et seruiturū dño pollicceris Quis nō susti
peret eum qui se monachū promittebat presertim ignorās
tragedias tuas Episcopi tui cōmendatiuas ad ceteros sacer
dotes eplās legens aūt tu infelix trāsfigurabas te in angelū
lucis et ministrū sathane ministrū iustitie simulabas Sub
uestitu ouiū latebas lupus et post adulteriū hoīs adult'
xpi esse cupiebas Et hec idcirco ut totam sibi tenā opum
tuor quasi in breui depingerem tabella et gestatua ante
oculos ponerem sic mīa dñi inmiāq clementiā materiam
estimes delictor rursū crucifigens t'met ipi filiū dei et oste
mur habens et non legens illud qđ sequit' t'ra n. venientem
sepe super se ymbrem bibens et generans herbam oportu
nam ill' a quibus colit' accipere benedictonē a dño pro
ferens aūt spinas et tribulos reprobata est et maledictōi
pxima cui' consumatio in conbustione HIERONIMUS
ad rusticū monachū de superandis et uitandis istius illecebris fu
giendis

Ad Rusticum monachum

Nichil est xpiāno felicius c' pmittitur' regna celo
rum Nichil laboriosius qui cottidie de uita pich
tat' Nichil fortius qui vincit dyabolū Nichil imbe
cillius qui a carne supat' Vtriusq rei exempla sunt plima
latro credidit in cruce et statim meruit audire Amē amen
dico tibi hō' meū eris in padyso Judas de applātus fastigio i
pditionis tartarū labit' Et nec familiaritate cōuiuij nec in
tictone buccille nec osculi grā frangit' ne quasi hominem t'
dat quem filiū dei nouit Quid samaritana vilius Non solū

hic q' diabolus multociens transfigurat se in angelū lucis

nō de latrone q' credidit in

nō q' judas p't' pditionē tartarū labitur

ipsa credidit et post sex uiros unum inuenit dominum messiamque cog
nouit quem ad fontem in templo iudeorum populus ignorabat sed auc
tor fit multorum salutis et apostolis ementibus cibos esurientem reficit las
Nota quod salamon sapientius — sumque sustentat. Quid salomone sapientius attamen infatuatur amoribus
feminarum. Bonum est sal nullumque sacrificium absque huius aspersione sus
cipitur unde et apostolus precipit sermo noster sit sale conditus. Quod si infatu
atur foris proicitur intantum quod perdit nominis dignitatem ut nec in
sterquilinio quidem utile sit quo sole ut credencium arua condiri et
sterile animarum solum pinguescere. hec dicimus ut prima te fili rus
tice fronte doceamus magna cepisse et excelsa sectari et adolescentie
immo pubertatis incentiua calcantem perfecte quidem etatis gradum scan
dere sed lubricum iter esse per quod ingrederis nec tantum sequi gloriam
post uictoriam quantum ignominiam post ruinam. Non tibi nunc per
uirtutem prata ducendus est riuulus nec laborandum ut ostendam
tibi uariorum pulcritudinem florum quid in se lilia habeant puritatis
quid rosarum uerecundia possideat quid uiole purpura promittat in reg
no quid rutilancium spondeat picta gemmarum. Iam enim propicio domino s
tiua tenes iam intectum a te solarium cum petro apostolo conscendisti
qui esuriens in iudeis cornelii saturatur fide et famem incredulitatis
eorum gencium conuersione restinguit atque in uas euangeliorum qua
drangulo quod de celo descendit ad terras docetur et discit omnes ho
Nota beati mundo corde — mines posse saluari. Rursum quod uiderat in specie candidis
simi lintheaminis in superna transfertur et credencium turba de ter
ris in celum et rapitur ut pollicitatio domini compleatur. Beati mun
do corde quoniam ipsi deum possidebunt. Totum quod apprehensa manu
insinuare tibi cupio quod quasi doctus nauta post naufragia rudem
tenor instruere lectorem illud est ut in quo litore pudicicie
pirate sint nouis ubi caribdis et radix omnium malorum auaricia ubi
scille obtrectatorum canes de quibus apostolus loquitur ne mordentes
inuicem mutuo consumamini. Quomodo in media tranquillitate securi
bias interdum uiciorum syrtibus obruamur. Quid uenenator animum

cum desertum huius seculi mutant navigantes rubrum mare in
quo optandum est ut verus pharao cum suo mergatur exercitu multis
difficultatibus ac periculis ad urbem maximam perveniunt utrumque
litore gentes vage immo bellue habitant ferocissime semper
solliciti semper totius anni vehunt cibaria latentibus saxis va
disque durissimis plena sunt omnia ita ut speculator et doctor in
summa mali arbore sedeat et inde regende et circumflectende na
vis dictata predicat felix cursus est si post sex menses supradicte ur
bis portum teneant a quo se incipiat aperire oceanus per quem
vix anno perpetuo ad indiam pervenitur et ad gangem fluvium quem
physon sancta scriptura cognominat qui circuit omnem terram evilath
et multa genera pigmentorum de paradisi dicitur fonte devehere ibi nascitur
carbunculus et smaragdus et margarita candentia et uniones
quibus nobilium feminarum ardet ambitio montesque aurei quos adire
propter dracones et gryphas et inmensorum corporum monstra hominibus
impossibile est ut ostendatur nobis quales custodes habeat avaritia Cor
sum ista perspicuum est Si negotiatores seculi tanta sustinent ut ad
incertas perveniant periturasque divitias et servant cum anime dis
crimine que multis periculis quesierant quid christi negotiatori faciendum
est qui venditis omnibus quesivit pretiosissimas margaritas qui
totis substantie sue opibus emit agrum in quo repperiat thesaurum
quem nec fur effodere nec latro possit auferre Scio me offensurum
esse quam plurimos qui generalem de viciis disputationem in suam
refert contumeliam et dum michi irascuntur suam indicant con
scientiam multoque peius de se quam de me iudicant Ego enim neminem
iudicabo nec veteris comedie licentia certas personas eligam at
que perstringam prudentis viri est ac prudentium feminarum dissimul
are immo emendare quod in se intelligunt et indignare sibi magis quam
michi nec in monitorem maledicta convertere qui et si in isdem tene
atur criminibus certe meo melior est quod sua ei mala non place
ant Audio religiosam habere te matrem multorum annorum viduam que aluit

Nota unde veniunt lapides preciosi

Nota

Nota prudentis est dissimulare et corrigere

que erudiunt infantem et post studia galliarum que veluti flo
rentissima sunt misit romam non parcens opibus et absentiam
filii spe sustinens futurorum ut ubertatem gallicam nitoremque sermonis
gravitas romana conderet nec calcaribus in te sed frenis uteretur
Quod et in disertissimis viris grecie legimus quia sic animi tu
morem acato siccaberit sale et luxurientes flagellis vineas
facilius retinebant ut eloquentia torcularia non verborum pampinis
nota sed sensuum quasi uvarum expressio. Hanc tu suscipe ut parentem
ama ut nutricem venerare ut scias nec aliorum sinitteris exemplum
qui relinquunt suas et alienas appetunt quorum dedecus in propatulo
est sub nomine pietatis quaerentium suspecta consortia. Novi ego
iam quosdam maturioris etatis et plerosque generis libertini et mato
lescentibus delectari et filios querere spirituales paulatimque pudore
superato ficta matrum nomina erumpere in licentiam maritalem
Alii sorores virgines deserunt et exterius indutis copulantur
Sunt que oderunt suos et non suorum palpantur affectu. Quarum
impatientia index animi nullam recipit excusationem et cassa impudi
citie velamenta quasi aranearum tela fila disrumpit. Videas non
nullos accinctis renibus pulla tunica barba prolixa a mulieri
bus non posse discedere sub eodem manere tecto simul inire con
vivia ancillas iuvenes habere in ministerio et preter vocabula
nuptiarum omnia esse matrimonii. Nec tamen culpam esse nominis
xpiani simulator religionis in vitio sit quin immo confusio
nota monachus qualiter debet vivere gentilium cum ea videant ecclesiis displicere que hominibus bonis
non placent. Tu vero si monachus esse vis non videri habeto curam
non rei familiaris cui renuntiando hoc esse cepisti. Sed anime
tue sordes vestium candide mentis indicia sint vilis tunica con
temptum seculi probat ita dumtaxat ne animus tumeat ne habi
tus sermoque dissentiat. Balnearum fomenta non queras qui
calorem corporis ieiuniorum cupis frigore extinguere que et
ipsa moderata sint ne nimia debilitent stomachum et maio

rem refectionem postenta erumpat incredulitate que pa
rens libidinum est Medicus ac temperatus tibi et carni et anime
utile est Matrem ita uide ne per illam alias uidere coneris Quarum
uultus cordi tuo ereant et tacitum uiuat sub pectore uulnus an
cillas que illi in obsequio sunt tibi scias esse insidijs Quanto ui
lior earum condicio tanto facilior ruina est Johannes baptista sanctam matrem
habuit pontificis filius erat et tamen nec matris affectu nec
patris opibus uincebatur sic in domo parentum cum periculo uiuere
castitatis viuebat in heremo et oculis desiderantibus Christum nichil
aliud dignabatur aspicere vestis aspera zona pellicea cibus locus-
te melque silvestre omnia virtuti continentie preparat Filii propheta-
rum quos monachos in veteri testamenta legimus edificabant
sibi casulas prope fluenta iordanis et turbis et urbibus derelictis
polenta et herbis agrestibus victiabant quam diu in patria
es tua habeto cellulam pro paradyso varia scripturarum poma carpe
hijs utere delicijs harum fruere complexu si scandalizat te o
culus pes manus proice ea nulli parcas ut soli parcas anime Qui
viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam
in corde suo Quis gloriabitur castum habere cor Astra non sunt
munda in conspectu domini quanto magis homines quorum uita temp-
tatio est ue nobis qui totiens concupiscimus totiens fornicamur
Inebriatus est inquit dominus gladius meus in celo Multo amplius
in terra que spinas et tribulos germinat Vas electionis in
cuius ore Christus resonat macerat corpus suum et subicit seruituti
et tamen naturalem cernit carnis ardorem sue repugnare sen
tentie ut quod non uult hoc agere compellatur et quasi uim pa
tiens vociferatur et dicit Miser ego quis me liberabit de corpore
mortis huius et tu te arbitraris absque lapsu et uulnere posse transi
re nisi omni custodia seruaueris cor tuum et cum saluatore dice
ris Mater mea et fratres mei hij sunt qui faciunt voluntatem
patris mei qui in celis est Crudelitas ipsa pietas est Immo quid

Jo. baptista

qui vocabantur filii prophetarum

no Mater mea et fratres mei hij sunt qui faciunt vo luntatem etc.

tam pium sancte matri quam filium custodire optat et illa te vivere
ad tempus sed ut semper cum Christo videat Anna Samuelem non
sibi sed tabernaculo genuit filii Ionadab qui vinum et siceram non
bibebant qui habitant in tentoriis et quas nox compulerat sedes
habebant scribuntur in psalmo quod primi captivitatem sustinue
rint qui ab exercitu Caldeorum vastante iudeam urbes introire co
pulsi sunt Viderint quid alii sentiant Vnusquisque enim suo sensu
habundat Michi oppidum carcer et solitudo paradysus est Quid de
sideramus urbium frequentias qui de singularitate censemur Mo
yses ut preesset populo iudeorum xl annis eruditur in heremo pastor ovium
hominum factus est pastor Apostoli de piscatione lacus Gennesar ad pisca
tionem hominum transierunt qui tunc patrem habebant rete na
viculam secuti sunt dominum protinus omnia relinquerunt portantes
cotidie crucem suam et ne virgam quidem in manu habentes
Hoc dico ut si titillat (i. flammat) te desiderium clericatus disce quod possis docere et
racionales hostias offeras Christo ne miles antequam tiro ne prior magi
ster sis antequam discipulus Non est humilitatis mee neque mensure iu
dicare de ceteris et de ministris ecclesiarum sinistrum quippiam dicere Ha
beant illi ordinem et gradum suum Quem si tenueris quomodo in eo
tibi vivendum sit editus ad Neopocianum liber poterit edocere Nunc
monachi cunabula moresque discutimus eius monachi qui libe
ralibus studiis eruditus in adolescentia iugum Christi collo suo im
posuit Primum tractandum est utrum solus an cum aliis in monaste
rio vivere debeas Michi placet ut habeas sanctorum contubernium ne
ipse te doceas et absque doctore ingrediaris viam quam numquam ingressus
es statimque in partem tibi alteram declinandum sit et errori pateas
Non plus aut minus ambules quam necesse est ne currens lasseris mo
rasque faciens obdormias in solitudine Cito surrexit superbia
et si parumper ieiunavit hominemque non viderit putat se alicuius
esse momenti oblitusque sui unde quo venerit intus corde foris
lingua vagatur Iudicat contra apostoli voluntatem alienos ser

Nota unusquisque suo sensu abundet

Nota quod non est magister nisi prius sit discipulus

Nota quod homo non plus aut minus ambulet nisi quod necesse est

nos ad quod gula poposcerit porrige manus dormit quantum voluerit
nullum veretur omnes se inferiores putat Crebrisque in urbibus quam in cel
la est et inter fratres simulat verecundiam qui platearum colluditur turbis
Quid igitur solitariam vitam reprehendimus minime quippe quam se
pe laudavimus Sed de luto monasteriorum huiuscemodi volumus
egredi milites quos heremi dura rudimenta non terreant qui specimen
conversationis sue multo tempore dederit qui omnium fuerint minimi
ut primi omnium fierent quos nec esuries nec saturitas aliquando supa
uerit qui paupertate letantur Quorum habitus sermo vultus incessus doc
trina virtutum est qui nesciunt secundum quosdam ineptos homines de
monum pugnantium contra se portenta confingere ut apud imperitos
et vulgi homines miraculum sui faciant ubi exinde sectentur lu
cra Vidimus nuper et planximus croesi opes unius morte depre
hensas urbisque stipes quasi in usus pauperum congregatas stirpi et
posteris derelictas tunc ferrum quod latebat in profundo supernatavit
aque et inter palmarum arbores mirre amaritudo monstrata est Nec
mirum talem et socium habuit et magistrum atque egentium fames suas
fecit esse divitias et miseris derelicta in suam miseriam tenuit
Quorum clamor tandem patientissimas dei vicit aures ut pes
simus angelus missus nabal carmelo diceret Stulte hac nocte au
ferant animam tuam a te que autem preparasti cuius erunt Volo ergo
te et preter causas quas supra diximus non habitare cum matre
et precipue ne aut offerentem delicatos cibos renuendo contris
tes aut si acceperis oleum igni adicias et inter frequentiam puella
rum per diem videas quod noctibus cogites Numquam et oculis tuis
ac manu liber psalterii discedat psalterium discatur ad verbum oratio
sine intermissione vigil sit sensus nec vanis cogitationibus patens Cor
pus pariter animusque tendatur ad dominum Iram vince patientia Ama scientiam
scripturarum et carnis vitia non amabis nec vacet mens tua variis
perturbationibus que si pectori insederint dominabuntur tui et te de
ducet ad delictum maximum Fac et aliquid operis ut semper te dyabolus

Ama scientiam

Fac et aliquid operis ut se[mper] te diabolus inveniat occu[patum] quod non bene

inueniat occupatum. Si apostoli habentes potestatem de euangelio uiuere la
borant manibus suis ne quem grauarent et aliis tribuebant re
frigeria quorum prosperitatibus debebant metere carnalia. Cur tu in
usus tuos cessura non praeparas uel fiscellam texe iunco uel ca
nistrum lentis plecte uiminibus. Sarriatur humus. areole equo li
mite diuidantur in quibus cum holerum iacta fuerint semina uel
plante per ordinem posite aque ducantur irrigue ut pulcherrimorum uersuum
spectator assistas. Ecce supercilio diuosi tramitis undam elicit
illa cadens raucum per leuia murmur saxa ciet scatebrisque arentia
temperat arua. Inserantur ibi fructuose arbores uel gemmis
uel surculis ut paruo post tempore laboris tui dulcia poma de
carpas. Apium fabricare aluearia ad quas te mittunt salomonis
prouerbia et monasteriorum ordinem egregiam disciplinam in par
uis disce corporibus. Texantur et lina capiendis piscibus. Scribantur
et libri ubi et manus operentur cibos et anima lectione satietur.
In desideriis est omnis otiosus. Egiptiorum monasteria hunc morem
tenent ut nullum absque operis ac labore suscipiant non tam uic
tus necessaria quam propter anime ne uagentur perniciosis cogitationibus
et instar fornicantis hierusalem omni transeunti diuaricent pedes
suos. Dum essem iuuenis et solitudinis me deserta uallarent
incentiua uiciorum ardoremque libidinis ferre non poteram. Que
cum crebris ieiuniis frangerem mens tamen hiis cogitationibus estu
abat ad quam edomandam cuidam fratri qui ex hebreis cre
diderat me in disciplinam dedi ut post quintiliani acumina
ciceronisque fluuios grauitatemque frontonis et lenitatem plinii
alphabetum discerem stridentia anhelantiaque uerba medi
tarer quid ibi laboris insumpserim quid sustinuerim diffi
cultatis quociens desperauerim quociens cessauerim et con
tencione discendi rursus inceperim testis est conscientia tam mea qui
passus sum quam eorum qui mecum duxere uitam. Et gratias ago domino
quod de amarissimo semine litterarum dulces fructus capio. Dicam

ad Rusticum monachum

et aliud qd̄ in egipto uiderim. Grecus adolescens erat in ce
nobio qui nulla abstinentia nulla opis magnitudine flāmā
poterat carnis extinguere. hūc periclitātem pater monasterij hac
arte seruauit. Imperat cuidam viro graui ut iurgijs atq; con
uicijs insectaret' hominē et post irrogatam iniuriā primus
ueniret ad querimonias. uocati testes pro eo loquebant' qui
contumeliam fecerat. flere ille contra mendaciū nullus alius
credere ueritati. Solus pat' defensionē callide opponere studuit
ne habundātiori tristitia absorberet' fr̄. Quid multa. Ita an
nus ductus est. Quo expleto interrogatus adolescens cogita
tionibus super pristinis an adhuc molestie aliquid sustine
ret. pape inquit uiuere michi non licet quomodo fornicari libet.
O si solus fuisset quo adiutorio superasset. philosophi seculi solent a
morem vetērem amore nouo quasi clauū clauo expellere. qd̄
et Assuero septem principes fecere persarum ut uasti regine desi
deriū aliarum puellarum amore compescerent. Alij uicium vicio
peccatū peccato remedi ant' nos amore uirtutū vicia superemus. De
clina ait a malo et fac bonū. Inquire pacem et persequere
eam. Nisi oderimus malū bonū amare non possumus. Quin
potius faciendū est bonū ut declinemus a malo. pax queren
da ut bella fugiamus. nec sufficit illam querere nisi inuentam
fugientēq; omni studio persequamur que exsuperat omnem sen
sum in quo habitatio dei est dicente propheta. Et factus est in pace
locus eius. pulchreq; pacis persecutio dicit' iuxta illud apostoli. hospi
talitatem persequentes ut non leui usitatoq; sermone et ut
ita loquar summis labijs hospites inuitemus sed toto mentis
ardore teneamus quasi auferentes secū de lucro nostro atq; com
pendio. Nulla ars absq; magistro discit'. Etiā muta animalia et
ferarum greges ductores sequunt' suos. apibus principes sunt. Grues
unā secunt' ordine litterato. Imperator unus iudex unus prouincie. Ro
ma ut condita est duos fr̄es simul reges habere non potuit. ut

nota pulcra exempla de quodam iuuene

clauum clauo expellere

nota nisi oderimus malum non possumus amare bonum

nota nulla ars absque magistro discitur

paradiso dedicatur. In rebecce utero esau et iacob bella gesserunt
Singuli ecclesiarum episcopi singuli archipresbyteri singuli archidiaconi et omnis or
do ecclesiasticus suis rectoribus nititur. In navi unus gubernator in do
mo unus dominus in quovis grandi exercitu unius signum expectatur
et ne plura replicando fastidium legenti faciam per hec omnia ad illud tendit
oratio ut doceam te non tuo arbitrio dimittendum sed vivere debere in mo
nasterio sub unius disciplina patris consortioque multorum ut ab alio

De consortio multorum ad quod prodest

discas humilitatem ab alio patientiam hic te silentium ille doceat man
suetudinem. Non facias quod vis comedas quod iuberis habeas quod ac
ceperis quantum accepis vestiaris quod accepis operis tui pensum per
solvas subiciaris cui non vis lassus ad stratum venias ambulansque dor
mites nec dum expleto sompno surgere compellaris dicas psalmum in
ordine tuo in quo non dulcedo vocis sed mentis affectus queritur Scri
bente apostolo psallam spiritu psallam et mente et cantantes in cordibus
vestris legerat enim esse preceptum psallite sapienter Servias fratribus hos
pitum pedes laves passus iniuriam taceas prepositum monasterii timeas

De preposito monasterii timeas

ut dominum diligas ut parentem credas tibi salutare quicquid ille preceperit
nec de maiori sententia iudices cuius officium est obedire et implere
que iussa sunt dicente moyse audi israel et tace tantis negotiis oc
cupatus nullis vacabis cogitationibus et dum ab alio transis ad
aliud opus succedit operi illud solum mente retinebis quod agere
compelleris. Vidi ego quosdam qui postquam renuntiavere seculo vestimen
tis dumtaxat et vocis professione non rebus nichil de pristina con
versatione mutasse res familiaris magis aucta quam imminuta

Nota quod illi qui mutant vestes religiose et retinent vitia et pompas

Eadem ministeria servulorum idem apparatus convivii in vitro et patel
la fictili aurum comeditur et inter turbas et examina ministrorum nomen sibi
vendicant solitarii. Qui vero pauperes sunt et tenui substantiola videnturque
sibi scioli pomparum ferculis similes procedunt ad publicum ut caninam exer
ceant facundiam. Alii sublatis in altum humeris et intra se nescio quid
cornicantes stupentibusque in terra oculis tumentia verba trutinant ut
si preconem addideris putes incedere prefecturam. Sunt qui humore cellarum

immoderatisque ieiuniis tedio solitudinis et nimia lectione dum di
ebus ac noctibus auribus suis personant vertuntur in MEΛANK
OΛIAN et hypocratis magis fomentis quam nostris monitis indi
gent plerique artibus et negotiationibus pristinis carere non possunt
mutatisque nominibus institorum eadem exercent commercia non victum
et vestitum quod apostolus precipit sed maiora quam seculi homines emolumen
ta sectantes et prius quidem ab edilibus quos ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΥΣ
greci appellant vendentium coercebatur rabies nec erat impune peccatum
nunc autem sub religionis titulo exercentur iniusta compendia et hono
nominis christiani fraudem magis facit quam patitur Quod pudet dicere sed
necesse est ut saltem sic ad nostrum erubescamus dedecus publice exten
dentes manus pannis aurum tegimus et contra omnem opinionem
plenis sacculis morimur divites qui quasi pauperes viximus Tibi
cum in monasterio fueris hec facere non licebit et molescente
paulatim consuetudine quod primum cogebaris velle incipies et delec
tabit te labor tuus oblitusque preteritorum semper priora sectaberis:
Nequaquam considerans quid alii mali faciant sed quid boni tu facere
debeas Neque vero peccantium ducaris multitudine et te pereuntium tur
ba sollicitet ut tacitus cogites Quid ergo omnes peribunt qui in urbi
bus habitant Ecce illi fruuntur suis rebus ministrant ecclesiis adeunt
balneas unguenta non spernunt et tamen in omnium ore versantur
ad quos ante respondi Et nunc breviter respondebo me in presenti opus
culo non de clericis disputare sed monachum instituere Sancti sunt
clerici et omnium vita laudabilis Ita ergo age et vive in monasterio
ut clericus esse merearis et adolescentiam tuam nulla sorde comma
cules ut ad altare christi quasi de thalamo virgo procedas et habe
as deforis bonum testimonium feminaeque nomen tuum noverint vultum tuum
nesciant Cum ad perfectam etatem veneris si tamen vita comes fu
erit et te vel populus vel pontifex civitatis in clericum elegerit agi
to que clerici sunt et inter ipsos sectare meliores quia in omni [condi]tione
et gradu optimis mixta sunt pessima Ne ad scribe[ndum] cito p

Nota quod sub specie boni mala multa fiunt

Nota non est considerandum mala que alii faciunt

Nota bonum opus pro iuvene ...

Nota quod illos qui respiciunt mulieres in verecundie

Nota multo tempore disce quod doceas

Nota ne credas laudatoribus

sileas et levi ducaris infamia. Multo tempore disce quod doceas
Ne credas laudatoribus tuis immo irrisoribus tuis aurem ne
libenter accommodes qui cum te adulationibus foverint et quodam
modo impotem mentis effecerint si subito respexeris quod ciconi
arum deprehendas post te colla curva aut manu auriculas agi
tari asini aut estuantis canis protendi linguam. Nulli detrahas
nec in eo te sanctum putes si ceteros non laceres. Accusamus sepe quod
fecimus et contra nosmetipsos diserti in nostra vicia invehimur
muti de eloquentibus iudicantes. Testitudineo grunnius incede
bat ad loquendum gradu et per intervalla quedam vix pauca verba
carpebat ut eum putares singultire non proloqui. Et tamen cum men
sa posita librorum exposuisset struem adducto supercilio contractisque nari
bus ac fronte rugata duobus digitulis concrepabat hoc sig
no ad audiendum discipulos provocans. Tunc nugas meras fun
dere et adversum singulos declamare. Criticum diceres esse longinum cen
soremque Romane facundie notare quem vellet et de senatu
doctorem excludere. Hic bene nummatus plus placebat in
prandiis nec mirum qui multos inescare solitus erat factoque cu
neo circumstrepentium garrulorum procedebat in publicum intus ne
ro foris cato totus ambiguus ut ex contrariis diversisque naturis
unum monstrum novamque bestiam diceres esse compactam iuxta
illud poeticum prima leo postrema draco media ipsa chimera. Num
quam ergo tales videas nec huiuscemodi hominibus applicceris
Nec declines cor tuum in verba malitie et audias sedens adver
sus fratrem tuum detrahebas et adversus filium matris tue ponebas
scandalum. Item filii hominum dentes eorum arma et sagitte. Et a
libi molliti sunt sermones eius super oleum et ipsi sunt iacula
Et apertius in ecclesiaste. Si mordeat serpens in silentio sic qui fratri
suo occulte detrahit. Sed dicas ipse non detraho aliis loquentibus fa
cere quid possum. Ad excusandas excusationes in peccatis ista
pretendimus. Christus arte non deluditur. Nequaquam mea

Nota ne declines cor tuum in verba malicie

Nota contra illos qui mordent sub silencio

sed apostoli est sententia Nolite errare deus non irridetur Ille in corde
nos intuemur in facie Salomon loquitur in prouerbijs ventus
aquilo dissipat nubes et uultus tristis linguas detrahentium
Sicut enim sagitta si mittatur contra duram materiem nonnumquam
remittentem reuertitur et uulnerat uulnerantem Illud quoque com
pletur facti sunt michi in arcum prauum et alibi Qui mittit in
altum lapidem recidet in caput eius Ita detractor cum tristem faciem
uiderit audientis Immo ne audientis quidem sed obturantis
aures suas ne audiat cum sanguis illico conticescit pallent uul
tus herent labia Saliua siccatur vnde item ii sapiens Ne commiscea
ris inquit cum detractoribus quoniam repente veniet perdicio eorum
et ruinam utriusque quis nouit Tam scilicet eius qui loquitur
quam illius qui audit loquentem Veritas angulos non amat nec que
rit susurrones Thimotheo dicitur Aduersus presbiterum accusationem non
cito receperis peccantem autem coram hominibus argue ut ceteri
metum habeant Non est facile de perfecta etate credendum quam et
uita preterita defendit et honorat vocabulum dignitatis Verum
quia homines sumus et interdum contra annorum maturitatem
puerorum uicijs labimur si me uis corrigi delinquentem aperte in
crepa tantum ne occulte mordeas Corripiet me iustus in misericordia
et increpabit oleum autem peccatoris non impinguet caput meum
Quem dominus enim diligit corripit flagellat enim omnem fi
lium quem recipit et per ysayam prophetas meus qui beatos nos di
cunt seducunt nos et semitas pedum nostrorum subuertunt Quid
enim michi prodest si alijs mala mea referas si me nesciente
peccatis meis Immo detractionibus tuis alium uulneres et certatim
omnibus narres Sic singulis loquaris quasi nulli alteri dixeris
hoc est non me emendare sed uicio tuo satisfacere Precepit dominus peccantes
in nos argui hortatur secreto uel adhibito teste sed si audire no
luit refert ad ecclesiam habendosque in malos pertinaces quasi
ethnicos et publicanos Hoc expressius loquar ut adolescentem

Nota quod sagitta si mittitur contra duram retundit quandoque vulnerantem

Nota quem dominus diligit corripit flagellat

meñ et lingue et auriũ prurigine liberem ut renatũ in xp̄o
sine ruga et macula quasi pudicam virginem exhibeam scĩm qz
tam mente q̃m corpe ne solo nomĩe glorietur et absqz oleo bonor
opũ extincta lampade excludat a sponso habes ibi scĩm doctissi
mũqz pontificem ꝓculis qui vita et presenti voce tuas scedulas
supet cotidianisqz tractatibus iter tuũ dirigat nec patiatur in par
tem aliam declinando viam regiam relinquere per q̃m isrl' ad
terram repromissiõis ꝑperans se transiturũ esse promittat atqz utinã
exaudiatur vox eccl'ie complorantis dñe pacem da nobis omĩa eñ
dedisti nobis utinã q̃d renũtiamus seculo voluntas sit nõ ne
cessitas et pauptas beat expetitã gl'iam non illata cruciatũ Cetm̃
iuxta miserias hui⁹ temporis et ubiqz gladios sevientes satis dives
est qui pane non indiget nimiũ potens est qui servire non cogi
tur scs̃ exsupius tolose ep̄s vidue sarepton̄s imitator esuriens
pascit alios et ore psallente ieiuniis fame torquetur aliena omẽm
qz sbãm xp̄i visceribus erogavit sicli dicamus qui corpus dñi ca
nistro viminco sanguinẽ portat in vitro qui avaritiã pieat de
templo Qui absqz funiclõ et increpacõne vendentiũ columbas .i.
dona sp̄us scĩ mensasqz subvertit mãmone et nummulariorũ era
dispersit ut domus dei domus vocaretur orõnis et non latronũ
spelunca huiusmodi eminimõ sectare vestigia et ceterorũ qui virtutũ illius
similes sunt quos sacerdotiũ et humiliores facit et paupes aut si pfcm̃
desideras exi cum abraham de patria et de cognacõne tua et per
ge quo nescis si habes sbãm vende et da paupibus si non habes grãn
di onere libatus sludũ xp̄m nudus sequere durũ grande difficile
sed magna sunt premia

Sequitur ep̄la ad asronium

Nota omĩa cum dedisti nobis

Nota q̄ satis e dives q̄ nõ indiget pane et nimium potens q̄ nõ cogitur servire

Ad antonium
ad dindimum regem

Dominus noster humilitatis magister disceptantibus de digni-
tate discipulis unum apprehendit ex parvulis dicens: Quicumque
vestrum non fuerit conversus sicut infans non potest intro-
ire in regnum celorum. Quod ne tantum docere nec facere videretur implevit
exemplo dum discipulorum pedes lavit, dum traditorem osculo ex-
cipit, dum loquitur cum samaritana, dum ad pedes sibi sedente
Maria de celorum disputat regno, dum ab inferis resurgens primum
mulierculis apparuit. Sathanas autem ex archangelico fastigio non aliam
ob causam nisi ob contrariam humilitati superbiam ruit, et iudaicus
populus primas sibi cathedras et salutationes in foro vendicans dis-
putato antea in stillam situle gentili populo succedente deletus est.
Contra sophistas quoque et sapientes mundi Petrus et Iacobus pisca-
tores mittuntur. Cuius rei causa scriptura ait: Superbis deus resistit
humilibus dat gratiam. Vide frater quale malum sit quod adversarium habet
deum, ob quod in evangelio et phariseus arrogans spernitur et humilis pub-
licanus auditur. Decem iam nisi fallor epistolas plenas tam officiis quam
precum misi, cum tu ne mutum quidem facere dignaris et domino lo-
quente cum servis frater cum fratre non loqueris. Nimis inquies con-
tumeliose scribis. Crede michi nisi stili verecundia prohiberet tan-
ta lesus ingererem ut inciperes michi rescribere vel iratus. Sed quoniam
et irasci hominis est et iniuriam non facere christiani, ad antiquum mo-
rem revertens rursus precor ut et diligentem te diligas et con-
servo sermonem conservus impertias. Vale in domino.

Nota quod nisi fuerit conversus sicut infans non intrabit regnum celorum

Nota quod deus superbis resistit humilibus dat gratiam

Sequitur epistola allexandri regis ad dindimum regem bragma-
norum

Sepius ad aures nostras fando peruenit rationem uite
uestre a communi usu qui ubique sunt hominum discrepare quia
nec terre nec pelagi subsidiis uti nos asserunt nun-
ciantes Que res sui nouitate mirabilis immo ut li-
centia uidetur incredula Et recte considerare per has te Dindime
litteras preparaui ut si uerum est quod audiuimus et philosophandi causa
id facitis incunctanter expedias quo certior effectus ego quoque si fi-
eri potest huius discipline sectator exsistam Semper enim uirtutum
studiis ab ineunte etate dedi operam traditaque michi a sapientibus
innocentie mandata diligenter ut arbitror conseruaui Quibus
tamen ita informamur ad bene uiuendum ut uiuendi omnino causas
et remedia non perdamus Sed quia uestra excellens offertur indus-
tria que preter illas philosophicas philosophorum notas usitatasque
doctrinas cultum quendam obseruantie singularis induat queso
ut hanc in me moratus aperias formam nec uobis ex hoc aliquid iactur[e]
proueniet et nos fortasse commodi aliquid sortiemur Libera enim res
est commoditas et nesciens pati dispendium cum in alium participata
diffunditur Sicut ex una face si lumina plura succenderis nullum
dampnum principali materie generabis Que quidem facultatem accipit
plus lucendi quociens causas inuenit plus prandi Quapropter
obsecro prebeas responsa quesitis

Epistola Dindimi ad Allexandrum

Desiderantem Allexander te scire que sit perfecta sapien-
tia licet huius te non ignarum perspiti uelle collaudem quia
quod solum est omni regno prestancius id assequi ma-
luisti Et enim imperator exsors sapientie non dominari solus creditur
sed seruire quamplurimis Verumptamen quia satis michi durum et
prope impossibile uidetur te nunc ad nostra instituta transduci ante
procul aliis quam noster cultus exigit disciplinis et moribus insti-
tutis statueram tacere tecum ueniam super hiis que postulas date
mecum quia nec michi suppetit ullum ubi eloqui et tibi necessitatibus

bellicis occupato parum temporis ad legendum datur. Sed ne in
iudicio causa deserere me dicere expediam ut potero que requi
ris siquidem nos enim de nobis dudum ad te platos non inmerita
fantes incredulus respuisti. Nam solent gaudere figmentis
sunt tamen ex me inconditant prope rex fidem et conten
tus ad bene vivendum quales habeant agnoscere Sunt tibi sani
iudicii que proferimus utrum sequenda censeas an spernenda. Gens
igitur bragmanorum pura et simplici uita uiuit nullis rerum
capitur illecebris. Nichil appetit amplius quam ratio nature pro
bare potest. Omnia patitur ac tolerat. Illud putamus nostrum quod sat
non esse superfluum. Facilis nobis semper alimonia non quam luxu
rie sagacitas per omnia currens elementa perquirit sed quam
tellus ferro inviolata producit. Mensam epulis oneramus in
nocuis. Hinc est quod nulla genera morborum uidimus aut nomina
sed diuturnis gaudiis salutis integritate perfruimur. Nullus itaque
apud nos sanandis corporibus herbarum usus est nec in alie
nas pernicies auxilium petimus constituti. Opem non prestat
alter ab altero ubi uiuitur inter pares locus non prebetur invi
die ubi nullus superior est. Omnes diuites facit paupertatis equa
litas. Iudicia non habemus quia corrigenda non facimus. Leges
nulla tenemus quas apud nos crimina pepererunt. Nam dum
plerique seuerit sanctionibus incognita prohibent facinora
docuerunt. Una genti lex est contra ius non ire nature. Animam
nulli tribuimus quia nec ipsi miseranda committimus. Cul
pas nostras aliorum dimittendo peccata non abluimus nec spar
sis diuitiis scelera egesta redimimus. Quid enim prodest si proxi
mum dispensa munificentia noxii cum sit auctor in scelere
tamen conferatur. Et fortassis sincerior est ille que mali consilius
raptum perpetrata iudicat. Itaque fit ut nimis largientis par q
accipit habeatur. Prauitas enim quos contingit exequat. Labo
rem non exercemus qui nutrit auaritiam. Otium turpe ducimus

libidini membra debilitanda non tradimus ſlocke non utimur
ad tenenda flagicia Nichil facimus qđ caſtigetur cenſura ſlephas
eſt apud nos iuga montiū uulnerare dentibus uel camporū iniurie
rugare uomeribus aut gementibus tauris ſtridentia plauſtra ſb
iungere Cruentis dapibus uter non torquemus deſcendi cauſa ſe
creta litorū retibus non rimamur Nec equoreas animantes ſecreti
uenatõe decipimus aut aeris libertate captiuauiū ſuberamus Sil
uarū īcolas non uaſtamus indagine ſleque ſpolia ferina domi conchi
mus Omīa poſſidemus queaīque non cupimus Eſt enim ferotiſſima peſ
tis cupiditas que ſolet egenos quo capit efficere dum finem inquire
di non inuenit Sed et magis quo fuerit locupleta mendicat In uſum
lauandi torrida climina non leuamus Nec aureas ſalubres arte
quadam decoquimus nec gelidos aquarū rurſus arte quadam deo
feruenti ſtatione concludimus Cur autem lauacra poſtamus quorum
corpus in nudis contactibus non ſordeſcit ſole caleſimus rore hu
mectamur Sitim riuo frangimus thorū miniſtrat humus Somp
nū ſollicitudo non rumpit mentem cogitatio non fatigat In ho
mines nr̄i ſiles ſupbia non agimus imperium nec quemquam uel mini
ma ſeruitute exigimus preter corpus quod ſolum animo familiare
cenſemus Alioquin ſeuicia eſt in obſequium cogere quos nobiſcum
eadem natura progenuit et quibus ab uno patre deo omnium bonorum
ſpondetur hereditas In extruendis domibus igne ſaxa non ſoluimus
Nec limum rurſus in lapides ſubactū fornacibus reformamus nec ad
mixtione uelliſicati puluis cementa duriora conſtituimus funda
menta non iacimus in profundo ne eciam n̄rm uetus occeani poſſeſſio
mutiletur Ibique tabicula ſunt nobis apta ubi fuerat quondā pro
cellosa nauigacio Dum uero terrarū dilatare quodāmodo anguſti
ora molimur defectu creatoris ueluti quedam ſupplementa pre
bemus Quin pocius indefeſſis telluris ſpeluncis aut concauis
moncium latebris commit habitamus ſnullos ibi uentorū fremitus nul
lius tempeſtatem turbinis formidamus Tutus nos defendit

ab ymbre ſpelunca qm̃ tegula Cuius geminus nobis uſus eſt o . in
ſiom dum uiuimus proficit dum morimur ſepulture ſullus ap̄ nos
precioſus amictus nulla veſtis fuſcato colore contexit membra pa
piri tegmine vel quod eſt verius pudore velantur Femine maritos non
ornantur ut placeant Que quidem ornamentorum cultum magis onus
deputant quam decori nec ſtudent in augenda pulcritudine amplius
affectare quam nate ſunt Nam quis poteſt opus nature corrigere Quod
cum fuerit aut infructuoſum eſt quia vincitur aut criminoſum quia
preſumitur Nullus apud nos inceſtus nullum adulterium nulla corrup
cio nominatur Ad concubitum non ammonet nos libido ſed ſobolis a
mor Non nouimus amorem niſi pium Abortiuis actibus feta naſcen
cia procedere non vetamus nec intra unum corpus mortem inueſti
gamus alterius In omnibus compiendis ſterilitatis obitu minime
deum ſuo iure priuamus nec in rapienda vita ſuperſtitum gladios
vrgemus moracius filia pecat arma non ſumimus Bella non gerimus
pacem moribus non viribus confirmamus Sola fortuna eſt ad
verſus quam ſepe pugnamus et ſemper vincimus Que temerita
tem ſuam nos experta deplorat De fatis nichil querimus quia
poteſtatem eis contra nos recte viuendo non damus Mortem non
patimur niſi quam etas tedio ſeniũ affecta portauit Nemo denique
parens filii comitatur exequias Nulla apud nos extimus mitar tem
plorum ſepulcris defunctis nec ingemmatis vrnis funera combuſta
recondimus Quod non honori dixerim ſed potius pene Quid enim
miſerabilius hiis oſſibus que genitrix terra complectenda ut
recipiat concremamur Sed hec veſtra ſunt argumenta diuine que
nec ſacietatem viuentibus conceſſiſtis et mortuis ſup̄ma reges
ſuſtuliſtis Inuenit ut uideo furor veſter in hominibus et poſt fata
quod torqueat Non enim ſmrtis tellurem gremio ſuo cineres fouere
quos genuit dum munificam ſpe miſterii iocundam miſeris eri
pitis ſepulturam Diſcant homines qualem viciſſitudinem veſtris
amatoribus exhibetis Vos eſtis malorum omnium cauſa mortalium

vos asiam et libiam brevibus concludi finibus affirmatis
vos solis meatum trepidare facitis dum cursus sui terminos
armis disquirit alexander vos tartareum custodem sopiri
posse precio suggessistis vos omnia consentientes vultum semp
iternum geritis vos pias natorum dexteras patrum iugulis scele
rastis vos in matrum connubium verecundos iuvenes ipso cu
pidine suspirante duxistis vos in superbiam reges mitissimos
mutastis quibus non terrarum spatia minime sufficere suadet
poli querere sedes hortamini sic deos nostros morbi diutini
expertes statim in ipsos nefanda committitis testes sunt iupi
ter et proserpina ille quidem quod pudicam mulierem fefellit
auratus illa quod vivum corpus in tartarum non nisi auro sus
cepit oblato vos liberos homines honestate privatis vos servos
nobilitate donatis vos captivos triumphis extollitis vos re
ges facitis non posse quod volunt vos iudices integritate nuda
tis omnia tenetis et omnibus vos bñtibus imperatis Sola sapi
entia bragmanorum vos superat non amando terrena sed de
is satis nunc reliqua pertransigamus pestilentiam bragmani
non patiuntur sicque in fedis actibus temeramus celum Semp
tenet apud nos cunctis temporibus natura concordiam et vi
ces suas elementa non offensa custodiunt Medicine remedium
nobis parsimonia est que non solum elapsos potest curare la
gores sed etiam procurare ne veniant stulta nos ludicra et spe
tacula nec equina certamina nec scenicas turpitudines affec
tamus voluptati non ducimus aviam sanguinis fluenta
manantia abhorremus Quod cum mundus hic faciet ubi nul
lum prestigium quod ridendum de nobis possit exhibere recipi
at Quid tragicis agentis michi invenientes quod lugeat cum
clamore Cur iuvenes bestiis obiciantur in manibus cum
nullius noxam talis pena respiciat Nos theatrum spectac
cum volumus opum rerum monumenta relegimus que cum

sunt maxime ridenda deflemus. Alia nobis spectacula diuine
sapientie voluptates exhibet mundi machina in qua videmus polum
pulchre formatum signorum varietatibus stellarumque fulgoribus
rutilare. Solem quoque puniceis innexum iugalibus crines per
orbem radiantes effundere. Quem bissenis meantibus men-
sibus redeuntibus annus prosequitur tempora spaciosa hac per
vicis cuncta redeuntibus commutatur. Dies quoque volubiles et
hore volubiliores antecedunt. Cernimus etiam pelagus colore
purpureo venustatum quod placidis et amicis semper fluctibus
concitatum non ferox germanam terram arcet sed amplecti-
tur. Cuius multiformes pisces nagique delfini per equoreas vndas
saltus innocentes exercent. Camporum et leta viretarum species delec-
tantur. Ex quibus odor gratissimus flores suauitatis exaltans
oculos simul pascit et animum. Nemorum quoque nobis et fontium
opaca arridet amenitas quando varie simul aues musicis con-
centibus personantes melos dulce componunt. Hec sunt natu-
re spectacula que imitari difficile est et refutare culpabile.
Nos mercandi gratia pontum non sulcamus classibus nec sub
alio iacentes sole prouincias fastidias terre alterius expetimus
quod tam commeantibus seua pericula quam solet profectis magna
lucra prebere. Siquidem nos peregrina spes ardore sue libidinis
inflammant quibus decentius nichil esse credit quam visio prio-
rum nec famulos nos sibi faciet multis opum casibus deuinc-
ta maties quos liberos reddit absoluta pauperies. Nos artem
bene loquendi non discimus neque facundie rethorum oratorumque
damus operam. Cuius officium est faleratis sermonibus figmen-
tare mendacia et innocentie sicceam conferre criminibus ac pa-
riendis reos affirmare piissimos. Qui dum putant se aliene
laudis fructum per violentiam rapuisse nesciunt munimentum
se sue conscientie perdidisse. Simplex apud nos eloquentia continuisque
cum omnibus solum precipiens non mentiri. Per philosophorum scolas

minime frequentamus quorum doctrina discordie nichil stabile
certumque diffiniens semper sequentibus priorum placita scinden
tibus quorum una pars bonum in honestate altera in voluptate con
stituit Et quod asserunt unde sciri potuerunt demonstrare non possunt
sed audent opinionibus ambiguis incompta firmare Nostra phi
losophia exaudita est que iuuare non nisi iuste nouit nocere nec
iuste Nec aliis inferre merorem dum cesset quod nobis merorem
generat dum infertur In honorem diuinum pecudes innocuas non
mactamus Nec delubra metallis argenteis incrustata fundamus
nec altaria auro et gemmis splendentia dedicamus Quod si uelut
non habenti deo largiaris superiorem te asseris si uero habenti parem
quod intimus feceris contumelia est Nam quisquis celestia pretiis in
uitat offendit Non suscipit deus sacra sanguinea cultum diligit
incruentum verbo propitiatur orantibus quod solum ei cum homine est
sicque similitudine delectatur Nam verbum deus est hoc mundum
creauit hoc regit atque alit omnia hoc nos veneramus hoc colimus
ex hoc spiritum trahimus Siquidem deus ipse spiritus atque mens
est Atque ideo non in terrenis diuitiis et largitate munifica sed
religionis operibus et gratiarum actione placatur Qua propter nimi
um nos excordes et miserabiles iudicamus qui originem vestram
non suspicitis esse celestem magnamque cum deo habere cognationem
Sed splendorem generis uestri rebus uilissimis obfuscatis quip
pe quibus maxima voluntas in carne est hanc fouetis hanc co
litis hanc amatis Cuius et contrectatio uiuentis inmunda est
et contagio morientis horrenda In cuius usibus elementa uex
antur et mundus exhibendis laborat obsequiis Et quod uehemen
tius est audietis deum cesis carnibus exspirare cultum religionis
non uni qui solus est sed plurimis qui non habent exoluitis
et in hoc scilicet a carne decepti Nam hominem mundum esse par
uum dicimus et sicut in eo multiplicia sunt menbra disposita ita
varios deos fingitis in celo consistere Quorum uniuscuiusque diuersas

partes uestri corporis deputatis et familiaribus singulos uictimis
honoratis uocabula eis exquisita tribuitis Asserentes mineruam
capitis artem utpote sapientiam optinere Iunonem iracundie
presidentem precordia possidere Martem bellorum presulem pectora uul
neribus apta distinguere Mercurium facundie repertorem lingue
ianuas obsidere Herculem sibimet utpote pugilem uendicasse
Cupidinem iecoris secretarium coherere Bachum ebrietatis acto
rem cellaria gutturis obtinere Cererem frumenti datricem horrea
uentris incolere Venerem incentricem libidinis femorum occupasse cubi
lia Iouem quasi aereum spiritum in naribus habere pretorium Apolinem
medicine repertorem ac musice palmarum habitacula possidere Tan
taque hominis fabrica diis quos dicitis uestris traditur nulla parte cor
poris domicilii uestris sedibus reseruata Qui tamen nec gratiam uobis
ut libis hospitibus referunt Sed ut inquilinis obnoxiis soluendo
uectigal imponunt atque alius alia tributa profligit Itaque marthi
aper ceditur bacho ducitur hyrcus Iunoni pauo mactatur apolloni ag
nus offertur ueneri columba decimatur Ioui thaurus ducitur Miner
ue noctua consecratur Cereri farra libantur Mercurio mella libantur
Aras herculeas populea corona circumdat fauum cupidinis rosea
corona circumdat Nec patimini si necessitas exigeret commune sibi pului
nar offerri Sed unusquisque proprios flamines et sorte sibi datum
munus assequitur Si tamen dii applaudendi sunt quibus potestas nisi
in certis rebus non est data digna loca uel potius digna tormen
ta uestris erroribus exhibetis Reuera enim non opitulares deos sed
carnifices teterrimos inuocatis qui uiscera uestra suppliciorum diuer
sitate discerpant Necesse enim est tot in corpore uestro penas constitu
tas esse quot dii sunt dum singuli nos suis cogunt seruire ludi
briis Unus trahit ad bellum alter ad luxum Ille lucrandi causa
hortatur inquiri hic desiderium suggerit explendi Omnes imperant
exigunt urgent spatium quiescendi nullus indulget Et hii modo
sensibus uestris latenti seductione sopitis miserum corpus astricti

officio numeroso marcescit atque ita fit ut malorum vestrorum semi
na dum per socordiam non valetis abire collatis ut cum nimia
Et sane miror vos cum sitis cupidi opibus et avaricie studi
osi frustra tot diis munificos esse preterea omnia excecranda
iubentibus Qui si vos sacrificantes exaudierint conscientie
dampna incurritis Si vero non exaudierint facultatum Ergo
sine ira sui propicii semper nocent Hii sunt ille furie scelerum vin
dices hec illa tormenta tartarea poetharum vestrorum carminibus
decantata que vos velut iam mortuos propter impiam prophanam
namque supersticionem atque contemptum vere religionis cruciant
Etenim si miserias vestras volueritis attencius intueri nichil inani
ter relatum de inferis invenietis Omnia enim quecumque aput eos
finguntur esse simulacra vos estis Igitur eumenides sunt sedulle
cogitaciones Persephone prava conscientia umbre exangues
sunt vestra corpora mentis sanitate carentia pene inferni sunt
curarum pro delicijs continuate vigilie Tantalus est inexplebilis
semperque siciens cupiditatis aviditas Cerberus est mala ven
tris edacitas Cuique non sufficit unum terna ora collata sunt
ydra est maiorum post sanctitatem renascencium feditas vipperina
corona est actuum sordidorum squalor horribilis Pluto est ani
mus humani corporis rector ignavius Qui quoniam celestibus bo
nis ultro caruit merito dampnatus sedibus inferni est Pel
lentes sunt dij quos sine racione colitis O vos infelicissimos quo
rum religio crimen est et vita supplicium

Explicit epistola Didimi Incipit Rescriptum Allexandri

Si hoc est ut asseris o Dindime soli quantum in deo Brag
mani hominum numero tenentur Soli que exortes corporee
creduntur esse substancie Qui vicijs omnibus carere dicuntur qui con
cessis nature voluptatibus non utuntur qui scelus putant esse
quod vivimus qui nephas existimant omne quod agimus quod
beneficia emolumentorum rependa mortalibus molesta pro

neciſs iudicat Cum artiū plurimar̄ miniſteria celebrata p
mittant qui comercio deſtruūt iura viuendi et aut deos ſe eſſe p
fitentur aut inuidere deo cuius tam pulcherrimā uituperāt
creaturam hec iudicio meo demencie potius iudicanda ſūt
quā philoſophie

Ep̄la dindimi ad allexandrum regem grecorum

Non ſumus incole hui⁹ mūdi ſed aduene nec ita in
orbem terrarum venimus ut liceat in eo conſiſtere ſz
tranſire Properamus enī ad larē patrū nullis delictorum ponde
ribus degrauari nec aliquibus illecebrarum tabernaculis co
morantes nec flagitiorum caucionibus obligati ſ nichil enī in
decorum pene contegimus nulla cupiditatū furta precordib᷑
occultamus Quippe qui nuda conſcīe fronte pgredimur ut
expediti ac faciles ſpacium ꝓpoſiti decurramus itineris De
os aūt nos eſſe non dicimus nec in menſitati celeſtis operis
ut aſſeris inuidemus Sz aſſerim⁹ bonitate dei nos male nō
uti ſi licet omīa licere ſumus nec decere firmamus Sed ea q̄ vo
luntas ſibi uendicat honeſta plerumqꝫ negamus admittere
Deus enī rerum conditor varias ſpecies firmauit in mūdo q̄ nul
latenus poterat ſine earum diuiſitate ſubſiſtē quarum uſum huma
no permiſit arbitrio diſcernendū Quiſqꝫ ergo deterioribus
obmiſſis meliora ſectatur non ipſe quidem deus eſt ſed dei amicus
efficitur Cur autem queſo uiſum eſt tibi nos continentes et pre
minentes dicere deos eſſe uel certe inuidere deo Siquidē in nos
cadit iſtius iniuſta ſuſpicio ſ iam cum ſupbiam vr̄am nimie feli
citatis tumor inflauit obliti qd̄ ex hominibus eſtis firmatis deū
non curare mortalia Vobiſmet ipſis templa fundatis atqꝫ aras
erigitis et īmolacionibus pecudum letamini vos uocari hoc
cum tuo cunctiſqꝫ ꝑtibus tuis eſt fieri Hoc enī tibi preſumcō
forſitan ꝑmittet ex tractatu Qua ꝓp̄ nerius furioſos uocare dixe
rim qui qd̄ agitis ignoratis an ſi uerum ſcientes cōtemptibus

Nota quod non ſumus incole ſed aduene

Nota deus rerum conditor varias ſpecies firmauit

sacrilegii reatu tenemini Cura ergo teritatis uestre tenebras recte
cernentibus aplicatis animum uestrum in letali contitio sauciantes non si
nitis ut miserijs uestris lacrimas saltem quod est extremum munus pe
unctum dependamus Valde enim lamentandi estis quibus inexpiabi
les pro diuinitatis iniuria noxe parantur Quare certissimum documen
tum est salmonei iusta dampnatio qui fulgorem superni numinis emu
latus quod imitabatur expertus est Encheladi quoque sepultura qui vi
olentis manibus aggredi celum uoluit premitur annulo montis
igniti Talibus remunerantur honoribus qui se non agnoscunt
esse mortales

Epistola allexandri ad dindimum

Tu nunc ideo te beatum dicis o dindime quia in ea mundi parte
sedem uobis natura constituit in qua nec accessus aduenis nec
exitus indigenis aperitur Sed extimbijs apositie facultatis obsidemini
quia vitare uestram patriam non potestis precoque laudatis et quod dampna
tionis causa patimini continentie iudicio meruisse iactatis Itaque secundum
uestram sententiam et illi beati dicendi sunt qui perpetuis innexi vi
tulis et diuturno squalore marcentes uitam penalem sibi consenes
centem producunt Neque enim distat ab his uestra philosophia Nam
vobis ita bonorum usus interdictus · ut illis est Cruciatus quos apud
nos criminosis leges fecerunt uobis lex naturalis adhibuit pre
cepta continentie que uobis necessitas dedit illis carcer instituit
Ita fit ut quia nobis philosophi vocantur rei pronuntiantur a nobis Et sane
conuenit uestras potius nos miserias lugere pro quam tantis malis tra
here profunda suspiria Quid afflictius quid calamitosius homi
nu libere uiuendi negata potestas Interim quod de uestris moribus
deus auctor presenserit quos noluit post obitum tartareis reser
uare supplicijs sed uiuos perferre uoluit inopiam mortuorum quam
uos philosophie falso vocabulo continuatis Nam nec aliquis uobis
ex hoc fructus laudis exquiritur Nullum enim virtutis meritum
est id necessarium quod mutare non possis Sed nec gloria dicenda est

quam sibi quisque non dederit. Verius ergo non beatitudinis sed cas
tigationis esse confirma quod vivitis. Et si placet institutionum mearum
vestrarum partes singulas percurramus. Non habere bragmanos
consuetudinem semina mandare telluri nec arbores vitibus de
corare nec plantariis nuda vestri camporum nec edificia ditis pul
chra construere. Harum rerum manifesta ratio est quod ferri metal
lum vobis indignatio nature non prebuit quo cuncta que nume
ravimus excoluntur. Aliunde autem assumere negationem navigii non
potestis. Atque ideo vobis necesse est herbarum palmitibus depastos
vitam horribilem pecudum more transigere. An non idem lupi faci
unt quibus cum carnem preda non suggerit terre cibo rabiem fa
mis coguntur expellere. Quod si liceret vos in nostras migrare terras
profecto philosophia vestre penurie nullatenus requireretur sed in suis
deserta finibus inhereret. Quia si nos in vestras sedes transire possemus
sapientes inopes redderemus. Quem exulem non statim comitatur
continentia. Que si venit ex arbitrio virtus est. Si ex imperio pena.
Ergo non in angustiis et egestate sed in opulentia temperanter vixisse
laudandum est. Alioquin paupertas et tenitas sole virtutum nomina sor
timur. Illa quidem quia non habet ut capiat, ista quia non invenit
ut cupiat. Feminarum itaque vestrarum nullus ut asseris decor augetur
ornatibus. Assentio. Nec ars officii nec materies ulla suppetit. Sic e
nim apud nos incesto vel adulterio flammatur amore. Confirmata res esset
si proprio non vanitatis indicio vinceretis, si animum vestrum ab illicitis
ardoribus pudicitie contemplatio non deformitatis arceret aspe
ctio. Sed castitas coactis indicta ieiuniis tetrionum voluptatis non
eripit. Etenim nulla sevior pestis potest mortalibus evenire quam he
res que quod non desideria libidinis solet de sensibus humanis
auferre sed actum id est non mentem abstinere prohibere sed corpus
ab opere non reprimere prohibere iubentis imperium sed tollere fami
liaritatis obsequium. Manet igitur causa peccati cum vel presto est si pos
set subiret. Dicatis nos leges et iudicia non habere litteris non

ſtudere uinum nec petere nec tribuere Omia hec cum beluis
vos constat habere comunia quibus ut facultas ſentiendi
non ſuppetit ita voluntas fruendi ſublata est Rationalib
nobis i. hominibus qui nullius medie pstringere ad bonum vinc
dum libero uinamur arbitrio ut voluntaria continentiam
digna remunerano ſequatur dedit multas natura blanditias
quas plerumque uirtus ſopita cohibet Jnpoſſibile est enim ut tam
tam magnitudine non alicuius temperamenti moderator gub
nans faceret triſtibus leta ſuccedere Siquidem varijs caſib
voluntas humana et mortalium mens ipſa diuiſa fit ac pro vi
ciſſitudine tempor motibus earum ſemper mutatur animor
quin etiam ſpes cum celi mutatione vertitur Et liquido quidem
die nitent et hacte in nube faciſcunt Jpſorum quoque ſenſuum ratio
non minus in ſtabile uidetur eſſe quia multiplex et non ſolum
rex qualitatibus ſed etiam etatibus immutantur hinc est quod ſi
plicitate gaudet infancia temeritate iuuentus exultat Can
nes inbecillitate tardatur Quis enim aut aſtuciam requirit in
puero aut in adoleſcente conſtanciam aut mobilitatem poſcat in
uetulo Multa ſunt que viſui nostro alia que auditui non nulla
que odori uel tactui uel ſapori voluptuoſa ſuccurrunt Quib
ex improuiſo caſibus ex labore conſumptis mulceatur aſperitas et
ita modo ſaltationibus modo cantibus oblectamur nunc nunquam
etiam ſuauitate uel guſtu dulcedinis aut contactus blanda
mollitie reficiemur Quorum omnium ſuggerunt nobis elementa
materiam Que etiam uite nostre credunt eſſe principia Quorum
permixtione contraria humani generis ſtructura credit ut vnum
quodque ſuis partibus ſatisfaciens ſua diſpenſatione nobis
tribuat familiare ſubſidium quo moles corporea ſapienter
fabricata conſiſtat Si ergo fructus nobis ſeminum miniſtrat
ceterarum copie piſcium conferuntur e mari Auium cateruae lar
giuntur ex aere hijs ſi intendo volueris abſtinere aut ſuperbe

notaberis quia donata repudias aut invidie quia inclu
ove prestant explicit

Incipit Seneca de quatuor virtutibus

Quisquis prudentiam sequi desideras
tunc per rationem recte vives si omnia
prius estimes et perpenses et dignitatem
rebus non ex opinione multorum sed ex natu
ra constituas. Scire debes quia sunt
que videntur esse bona et sunt et que videntur esse et non sunt
Quecumque autem ex rebus transitoriis possides non nimis
ne magnum estimes quod caducum est nec apud te que habes tamquam
aliena servabis Sed pro te tamquam tua et dispenses et utaris
Si prudentiam amplecteris ubique idem eris et prout rerum
varietas exigit ita te accomodes tempori nec te in aliquibus
mutes sed potius aptes sicut manus que eadem est et cum in pal
mam extenditur et cum in pugnum constringitur prudentis pro
prium est examinare et non facili atque credulitate ad falsa prolabi
De dubiis non diffinias sed suspensam tene sententiam Si nichil affir
mes quia non omne quod verisimile statim et verum est Sicut et sepius
quod primum incredibile videbatur non continuo falsum est Si pru
dens esse cupis in futura prospectum intende Que possint con
tingere animo tuo cuncta propone Si nichil tibi subitum sit sed totum
ante conspicies prudens fallere non vult falli non poterit O
pinniones tue iudicia sint cogitationes vagas et inutiles et ve
lut sompno similes non recipies Cogitatio tua stabilis et ita sit
sive deliberet sive querat sive contempletur non recedat a ve

Sermo tuus non sit inanis sed aut suadeat aut moneat aut con
solletur aut precipiat | Lauda parce vitupera parcius Similiter reprehensi
bilis est nimia laudatio quam immoderata vitupatio Illa adulatione illa
malignitate suspecta est Testimonium veritati non amicitie reddas | Cum
consideratione promitte potius quam promiseris presta | Presentia
ordina futura provide preterita recordare qui nichil de futuro premedita
tur in omnia incautus incedit | Non semper in actibus sis sed interdum
animo tuo requiem dato | Et requies ipsa plena sit sapientie studijs
et cogitationibus bonis | Prudens numquam otio marcet animum aliquando
remissum habet numquam solutum | Non te moveat dicentis auctoritas nec
quis sed quid dicat intendito nec quam multis sed qualibet placeas
cogita

Magnanimitas est que et fortitudo si insit animo tuo cum mag
na fiducia vives liber intrepidus alacer Si magnanimus
fueris numquam iudicabis tibi contumeliam fieri | honestum uin de
genus ignosce | Neminem subito appetas | nemine surripias uel suf
fodias palam ingredere | Nec geras conflictum nisi indixeris | nam
fraudes et doli in bellem decent Eris magnanimus si periculaso
appetas | nemine suffodias ut temerarius neque formides ut timi
dus nam timidos non facit animum nisi reprehensibilis uite conscientia

Si diligis continentiam circumcide superflua
et in arcum desideria constringe | Considera tecum quantum
natura poscat et quantum cupiditas expetat | Si continens fueris
eo usque pervenies ut te ipso contentus sis | Qui sibi ipsi satis est cum divi
tijs natus est | Impone concupiscentie tue frenum omniaque blandimenta
que occultam voluntatem animi tui trahunt reice et dextra cru
ditatem bibe citra ebrietatem | Observa te in convivio qualibet inter
communitate quos non imitaberis dampnare videaris | Nec presentibus
delitijs inhereb | nec desiderabis absentes | Victus sit tibi ex facili
re | nec ad voluptatem sed ad cibum accede palatum tuum fames exci
tet non sapores desideria tua parvo redime quia hic tantum curare

ut desinant a corpore ad spiritum quantum potes adducere habita non
amene sed salubriter / Si res exigue sint non sint tamen anguste
/ Nec tua defleas nec aliena mireris / turpia fugito antequam accedant
nec quemquam alium verebis plus quam te omnia tollerabilia preter turpi
tudinem crede / A verbis quoque turpibus abstineto / quia licentia eo
rum impudentiam nutrit Sermones utiles magis quam facetos et
affabiles ama rectos potius quam obsequentes / commiscebis interdum
iocos seriis sed temperatos et sine detrimento dedignationis ac
verecundie / Reprehensibilis risus est si non modicus si pueriliter effu
sus si muliebriter fractus Non erit tibi scurrilis sed grata urbanitas — de risu et multa bona
Sales tui sine dentes sint / Ioci sine vilitate / risus sine cachinno
/ vox sine clamore / incessus sine tumultu / quies tibi non desidia sit et
et cum ab aliis luditur tu sancti aliquid honestique tractabis Si continens — Nota
es adulationes evita / Sit tibi tam triste laudari a turpibus quam — Nota
si lauderis ob turpia / Letior esto quotiens displices malis et malo
rum de te existimationes malas veram tibi laudationem ascribe / Non
eris audax non arrogans / si mitis te non precipites gravitate servata
Ammonebis libenter reprehenderis patienter / Si merito obiurgaverit
aliquis scito quia profuit si inmerito prodesse voluit Non acerba sed
blanda verba timebis / Esto vitiorum fugax ipse aliorum vero neque curi
osus scrutator neque acerbus reprehensor sed sine exprobratione cor
rector ita ut ammonitionem hylaritate prevenias et errori facile
veniam dato nec extollas quemquam nec deicias / Dicentium esto tacitus
audientium promptus receptor / Requirenti facile responde / Contemp
nenti facile cede / ne in iurgia execrationesque discedas Si continens
es et animi tui et corporis motus observa / ne indecori sint nec
ideo contemnas quia latent / Nam nichil differt si nemo videat — Nota
cum ipse illos videas / Mobilis esto non levis / constans non pertinax
Aliquid tibi scientiam te habere / nec ignotum sit nec molestum / Omnes — Nota bene dictum
tibi pares facies si inferiores superbiendo non contempnas / Superiores
recte vivendo non metuas / In reddenda officiositate neque negligens

neque exactor appareas. Cunctis esto benignus, nemini blandus,
paucis familiaris, omnibus equus. Severior esto iudicio quam ser-
mone, vita quam vultu. Ultor clemens, sevitie detestator. Fame
bone neque tue seminator neque aliene invidus. Rumoribus cri-
minibus suspicionibus minime credulus, sed potius hiis qui per speciem
simplicitatis ad nocendum aliquibus subrepunt oppositissimus.
Ad iram tardus, ad misericordiam promptus. In adversis firmus, in pros-
peris cautus et humilis. Occultator virtutum sicut est alii viciorum. Vane
glorie contemptor et bonorum quibus preditus es non acerbus ex-
actor. Stultitiam nullius imprudenciam despicias. Rari sermonis ipse, sed
loquentium paciens. Severus austerus sed hylares non aspernans.
Sapientie cupidus ac docilis. Que nosti sine arrogancia postu-
lanti impercias. Que nescis sine occultatione ignorantie tibi pos-
tula impartiri. Iusticia est tacita nature conventio in adiutorium
multorum inventa. Iusticia non nostra constitutio sed divina lex
est et vinculum societatis humane. Quisquis ergo hanc sectari
desideras, time deum prius et ama ut ameris a deo. Amabilis
eris deo si in hoc illum imiteris ut velis omnibus prodesse, nulli nocere.
Iustus ut sis non solum non nocebis sed etiam nocentes
prohibebis. Nichil nocere non est iusticia sed alieni abstinen-
tia. Ex nulla vocis ambiguitate controversiam nectas, sed calli-
ditatem animi speculare. Nichil tibi intersit an iures an firmes.
De religione et fide scias agi ubicumque de veritate tractatur. Si ali-
quando coarteris uti mendacio, utere non ad falsi sed ad veri cus-
todiam. Si contingit felicitatem mendacio redimi, non men-
tieris sed potius excusabis, quia ubi honesta causa est iustus
secreta non prodit, tacenda enim tacet, loquenda loquitur.

Hec si studere curaveris, letus intrepidusque cursus tui finem
expectabis, perspicies tristitia huius mundi hylaris, tumul-
tuosa quietus, extrema securus. Iusticia eo mediocritatis itinere
regenda est ne ductu negligenter levis in notam semper admiracionem

negligentia subsequatur. Dum neque de magnis neque de minimis
criminum vitiis corrigendi curam geris sed licentiam peccandi aut
alludentibus proterve promittis neque rursus rigiditatis et
asperitatis nichil venie reservans humane societati durus appa
reas. ita ergo amabilis iustitie regula tenenda est ut reveren
tia discipline eius neque nimia disciplina communitate suspec
ta vilescat neque severiori austeritate diuturna gratiam humane
amabilitatis amittat.

Prudentia immoderata callidum facit minutum suspiciosum
attentum semper aliquid timentem aliquid requirentem as
tutia plenus versipellem simplicitatis inimicum commentatorem
culparum et ut postremo uno nomine a cunctis malus homo
notetur. perfecta prudentia nec obtusum esse habet ali
quid nec versutum.

Magnanimitas si se supra modum extollat faciet virum
minacem inflatum turbidum inquietum et in quaslibet excellentias dictorum atque factorum neglecta honestate fes
tinum qui monitis omnibus supercilia subrigens et bestiarius et in
quieta excitat alium ferit alium fugit. Mensura magnanimita
tis est nec timidum esse huius nec audacem.

Temperantie modus est ut nec voluptati deditus prodi
gus et luxuriosus appareas nec avara tenacitate sor
didus aut obscurus existas.

Primum argumentum composite mentis existimo posse
consistere et secum morari. Igitur animi est ista iac
tatio discurrere et locorum varietatibus inquietari. Nusquam est
qui ubique est. certis ingeniis innutriri et immorari oportet
si velis aliquid trahere quod in animo fideliter sedeat. peregrinan
tes multa hospitia habent nullas amicitias. non prodest cibus
nec corpori accedit qui statim sumptus emittitur. Nichil eque
sanitatem impedit quam remediorum crebra mutatio. Non conva

lescit planta que sepe trãsfertur nichil tam utile est ut in transi
tu prosit/ Fastidientis stomachi est multa degustare que ubi varia
sint et diuersa inquinant non alunt Ex pluribus ergo que leg(is)
aliquid apprehende aliquid cotidie aduersus paupertatem aliquid
aduersus mortem auxilii compara honesta res leta paupertas Illa uero
non est leta si paup(er) non qui parum habet sed qui plus cupit pau
per est non puto paupe(re)m esse cui quantulu(m)cumque super est satis est.
Malo primus diuitiar(um) modus est habere q(uo)d nec(ess)e est proximus q(uo)d
satis est Malo serues tua et bono tempore uti incipies Sera p(ar)simo
nia est in fundo Magne diuitie sunt lege nature composita/ pau
ptas/ Studium latro trãsmittit et tã in obsessa uia paupi pax est
/ paupertas contenta est desideriis instantibus satisfac(er)e paruo fa
mes constat magno fastidium salutare fieri fragilitatis cura fruga
no q est bonu viuere sed b nat[illegible] litas paupertas uoluntaria est/ Si ad naturam uixeris nu(m)qua(m)
eris pauper Si ad opiniones nu(m)qua(m) eris diues Dubitabit aliq(ui)s
ferre paupertatem ut a(n)i(mu)m furoribus liberet/ statuit se sapiens ac
comodat multis parasse diuitias n(on) finis miseriar(um) est s(ed) mu
tatio/ Non est in rebus uiciu(m) sed in animo quemadmodu(m) nich(il) ref(ert)
utrum egrum in ligneo lecto aut in aureo colloces quocu(m)que illu(m)
trãstuleris morbum suu(m) secu(m) trãsferet Sic nichil refert utrum
eger a(n)i(mu)s in diuitiis an in paupertate ponat(ur) malu(m) illi suum
sequit(ur) a(n)i(m)o imperandum est ut uoluptatibus abstineat Certissimu(m)
argumentu(m) firmitatis sue capit si ad blanda et in luxuria(m) tra
hentia nec it nec abducit(ur) licet sine luxuria age(re) festu(m) diem Co
tentus esto minimo et uilissimo cibo dura atque horrida ueste in
ipsa securitate a(n)i(mu)s ad difficilia p(re)paret(ur) et contra iniurias for
tune inter beneficia firmet(ur) Grabatus illi seuerus sit et panis
durus et sordidus s(ed) triduo et quatriduo fer interdum pluribus
diebus et non lusus sit sed experimentu(m) Tunc intelliges non
opus esse fortuna s(ed) n(on) q(uo)d necessitati sat est irata Exerceamur
et ne imparatos nos fortuna deprehendat fiat nobis paupertas

Senec̄ de 4or virtutibus

familiaris Non est iocunda res aqua et polenta / Nemo aliud est
deo dignus quam qui opes contempsit / Redige te ad parua ex quibus
cadere non possis / multum est non corrumpi diuiciarum contubernio
/ Magnus ille qui in diuiciis pauper est / Nemo nascitur diues / quisque
exit in lucem pane et lacte est contentus

Ita viue ut nichil tibi committas nisi quod inimico tuo com
mittere possis / Sed quia interueniunt quedam que consuetu
do fecit archana cum amico tuo omnes curas omnes cogitaciones
misce fidelem si putaueris facies / Nam quidem fallere docuerunt dum
falli timent / Diu cogita an tibi in amiciciam aliquis recipiendus
sit Cum placuerit fieri toto illo pectore ammitte tam audacter
cum illo loquere quam tecum / Si aliquem amicum existimas cui non tan
tundem credis sicut tibi vehementer erras et non satis nosti vim
vere amicitie Omnia cum amico delibera sed de ipso prius post ami
ciciam credendum est ante amiciciam iudicandum / Nulla verba coram
amico meo retraham Quidam que tantum amicis committenda sunt
obuiis narrant et in quaslibet aures quicquid illos urit exhonerant
/ Quidam rursus et iam carissimorum conscienciam reformidant utrumque
vicium et omnibus credere et nulli / Sic utrosque reprehendas et eos
qui semper inquieti sunt et eos qui semper quiescunt / Nam in illo
tumultu gaudens est non industria sed exagitate mentis concursacio
Et hec non est requies que motum omnem molestiam iudicat sed dissolu
cio et languor quidam adeo in latebras confugerunt ut putent
in turbido esse quicquid in luce est inter se ista miscenda sunt et
quiescenti agendum est et agenti quiescendum / Cum rerum natura de
libera hic meditare cottidie ut possis equo animo vitam relinquere
Nullum bonum adiuuet habentem nisi ad cuius amissionem paratus est
animus Nec est mors aut perueniat aut transeat Nullum magnum quod
extremum est Nulli potest secura vita contingere qui de producenda
nimis cogitat / Temperetur vita nostra inter bonos mores et publicos
frons populo nostra conueniat / Id agamus ut meliorem vitam sequamur

Nemo aliud deo dignus quam qui opes contempsit

qm̃ uulgus non ut contrariam alioqñ quos nolumus emen
dare fugamus a nobis et auertimus Illud quoq efficimus ut
nichil imitari uelint nisi dum timent ne imitanda sint omnia
propositum nrm̃ est s̃m naturam uiuere Suscipiant omnes uitam
nr̃am sed agnoscant plurimũ dissimiles uulgo esse nos sciat
qui inspexerit propius Qui in domũ intrauit nos potius mire
tur qm̃ sup lectilem supellectilem Magnus ille est qui fictilib'
sic utitur quẽadmodũ argento Nec minor ille est qui sic au
ro utit' quẽadmodũ testa Infirmi aĩmi est non posse pati di
uitias Contra naturam est torquere corpus suũ et faciles o
disse munditias et squalorem appetere et cibis non tantũ ui
libus uti sed certis et horridis Nullius boni sine socio iocun
da est possessio Ad anteo dicere ut doceam Multos tibi dabo
qui non amico sed amicitia caruerũt Multa bona nr̃a nobis
nocent Adhuc eñ in nobis non pr̃uitia sed qd̃ est grauius
puerilitas remanet et hoc quidem peius est qd̃ auctitatem
senium habemus uitia puerorum Spem metus sequit' prouiden
tia maximũ bonũ conditionis humane in malũ conuersa est
Nos et uenturo torquemur et preterito Timoris eñ tormen
tum memoria reuocat prouidentia anticipat Multũ proficit
qui sibi amicus est nuqm̃ er' solus Scito hunc amicũ esse
omnibus ita sapiens se contentus est non ut uelit esse sine a
mico sed ut possit amissum equo animo fert Sine amico
nuqm̃ erit Sustinet aliũ in locũ amici Ego tibi monstrabo
adiutoriũ sine meditamento sine u̇ba si uis amari ama Iocun
dius est amicum facere qm̃ hr̃e qui se spectat et pp hoc ad ami
ciciam uenit male cogitat quemadmodum cepit ita desinet Q'
utilitatis causa assumptus est tam diu placebit qm̃ diu util'
fuerit Hec est inicia nr̃a int' se a exitus cogitant qui amicus e
cepit quia expedit placebit aliqd̃ pretium contra amicitiam p̃t
ipam Amicũ paro ut habeam pro quo possim mori

no nullius boni sine [illegible] socio

Sit quidam philosophus sapientem re nulla egere et tamen
multis illi rebus opus esse Contra stultos nulla opus
esse nulla enim re uti sit sed omnibus eget Sapienti et manibus
et oculis ad cottidianum usum necessariis opus est eget nulla re
Egere enim necessitatis est Nichil autem necesse est sapienti quamvis tamen
se ipso contentus sit amicis illi opus est hoc cupit habere quam pluri
mos non ut beate vivat vivet enim sine amicis et beate Inimi
ca est multorum conversatio nemo non aliquod vicium nobis aut commen
dat aut imprimit aut nescientibus allinit Utique quo maior
est populus cui miscemur hoc periculi plus est Michi vero tam damp
nosum bonis moribus quam in aliquo spectaculo residere Insp
tantibus enim ceteris pugnancium mors est Subducendus est populo te
ner animus et parum tenax recti Unum exemplum luxurie aut avari
cie multum mali facit Vicinus dives cupiditatem irritat Recede in
te quantum potes Cum hiis versare qui te meliorem facturi sunt
Illos admitte quos tu potes facere meliores Fuge multitudinem
fuge paucitatem fuge etiam unum Unus michi pro populo et populus pro uno
Satis sunt michi pauci Satis est unus satis est nullus Hec vobis
multis Sed tibi Satis magnum alter alteri theatrum sumus Cuius populo
placere potest cui placet virtus Malis artibus redimitur favor vul
gi Nunquam volui placere populo Que enim vulgus novit ego nescio
que ego scio vulgus ignorat

Sapientie servias oportet ut tibi contingat vera liber
tas philosophie servire libertas est Nisi sapienti sua non placent
Omnis stultitia laborat fastidio sui Omnes amicos habere operosum
est satis est inimicos non habere Sapiens nunquam potenciam iras pro
vocabit immo nec declinabit Non minus contempni quam suspi
ci nocet Forensis eloquencia et quecumque alia populum movet adver
sario habet consilium Rex omnium sapiens Non exitum expectas hiis
maxime diviciis fruitur qui minime diviciis indiget Stultum est
et inconveniens litterato viro occupatio exercendi lacertos et dilata

di cerniciem ac latera firmandi bibere et sudare uita cardiaci est. Quod
quid facias a corpore ad animum redi. Illum extolle illum exorna labo
re modico alitur ille. Id bonum cura quod uetustate fit melius. Non te in
libro imminere libro aut pugillaribus dandum est aliquod interuallum
animo. non ut resoluatur sed ut remittatur. Stulti uita ingrata est
trepida tota in futurum fertur. Scio neminem posse beate uiuere ne
tollerabiliter quidem sine sapientie studio perseuerandum est et as
siduo laborandum donec mens sit quod bona uoluntas est. Sapientia ani
mum format et fabricat. uitam disponit. actiones regit. agenda et
obmittenda demonstrat. Sapientia nos tueri debet hec docebit ut
deum sequaris

Hoc exigit philosophia ut ad legem suam quisque uiuat ne
orationem uita dissentiat ut ipsa inter se uita uitiis omnium acti
onum sit color. Est difficile hoc nec hoc dico sapientem uno semper
iturum gradu. sed una uia unam semel ad quam uiuas regulam pren
de et ad hanc omnem uitam tuam exequa. Tunc scito te omnibus cu
piditatibus esse solutum cum eo perueneris ut nichil deum roges nisi
quod rogare possis palam. Sic uiue cum hominibus tamquam deus uideat.
Sic loquere cum deo tamquam homines audiant. Sic fac omnia inquit
epicurus tamquam spectet epicurus. Nulla sapientia naturalia animi et cor
poris uitia ponuntur. Quicquid infixum et ingenitum est lenitur arte
non uincitur. Quibusdam constantissimis in conspectu populi sudor eru
pit quam fatigatis et estuantibus solet quibusdam tremunt genua
dicturis. quorundam dentes colliduntur. lingua titubat. labia concur
runt. nec disciplina nec usus umquam exuitur. Sed natura uim suam
exercet. Verecundia hec magis in iuuenibus apparet quibus et plus
coloris est et tenera frons nichilominus et ueteranos tangit. Qui
dam numquam magis quam cum erubuerint timendi sunt. quasi omnem
uerecundiam effuderint. ut quidam boni sanguinis sunt. ita quidam
mutati et mobiles et cito mos prodeuntis hec nulla sapientia abigit
non prohibet. rubor nec abducit. aliquis uir bonus eligendus

nobis ac semper ante oculos habendus ut sic tamquam illo spectante
vivamus et omnia tamquam vidente faciamus. Maxima pars peccatorum
tollitur si peccatori testis assistit. Aliquem habeat animus quem vereatur
cuius auctoritate secretum suum sanctius faciat. O felicem qui sic aliquem vere
ri potest ut ad memoriam eius se componat atque ordinet. Qui sic
aliquem vereri potest cito erit verecundus. Elige eum cuius tibi placuit
vita et oratio plus tibi et viva vox et convictus quam oratio proderit. Illum
tibi ostende vel custodem vel exemplum. Opus est aliquo ad quem mores
nostri se erigant. Felix qui etiam cogitatus emendat. Nisi ad regulam pra
va non corriges. Quam dulce est cupiditates fatigasse ac reliquisse
que si aliter auferri non possent ipsum cor evellendum erat. Moles
tum est inquis mortem ante oculos habere. Primum dicam tam seni quam
iuveni ante oculos debet esse. Plura sunt que nos terrent quam que
premunt. Illud tibi precipio ne sis miser ante tempus cum que velud in
minentia expavisti numquam fortasse ventura sint. Primum despice an
certa argumenta sint venturi mali. Plerumque suspicionibus laboramus
et illudit nobis illa que conficere bellum solet fama. Nescio quomodo magis vana
perturbant. Vera enim modum suum habent. Verisimile est aliquid futuri mali
non statim verum est. Quam multa non expectata venerunt. Quam multa ex
spectata numquam comparuerunt. Quid iuvat dolori occurrere suo. Quos
tam mollit ruina deposuit habet et mala fortuna levitatem. Sat
cito dolebis cum venerit interim tibi meliora promitte.

Stultitia semper incipit vivere. Quid est autem turpius quam senex
vivere incipiens. Malum est in necessitate vivere sed in necessitate
vivere nulla necessitas est. Patent undique ad libertatem vie multe
breves faciles. Agamus deo gratias quod nemo in vita teneri potest. Cal
care ipsas necessitates licet. Quedam nos magis torquent quam debent. Quedam
ante torquent quam debent. Quedam torquent cum omnino non debeant. Aut agi
mus dolorem aut fingimus aut precipimus. Inmodica ira gignit
insaniam. Ingenti ne exitus furorem et ideo ira vitanda est non
moderationis causa sed sanitatis.

uno una ē catena q̄ nos ligatos tenet

Satis multū temporis sparsimus incipiamus uasa in
senectute colligere In freto uiximus moriamur in portu
Incertū est quo loco te mors expectat tu eam omī loco expecta
Qui mori didicit seruire dedidicit Una est cathena q̄ nos ligatos
tenet amor uite Animū debet mutare n̄ celū Bona mēs nec co
modatur nec emitur et puto si venalis esset non haberet emp
torem at mala cotidie emitur Quod terrarū uiuare nouitas bū
vincere omī loco positum ē nisi te ipm statuas non an̄ tibi ullus
locus placebit patria mea totus h' mūdus est quicqd facis con
te facis et motu ipso noces tibi Mag' quis veneris qm̄ quo in
terē et ideo nulli loco addicē animū debemus prompta mens
tam in p̄sas ēp in alto tuttos cadit Inspitiendū est circūspici
endū est cum quibus edas et bibas qm̄ quid edas et bibas Sine
amico uisceratio leonis ac lupi uita est Errat qui amicū in A
trio querit in conuiuio probat Nullū habet maius malū occu
patus homo et bonis suis obsessus qm̄ quos amicos sibi putat
quibus non ē Si gloria inquit epicurus tangeris notiorē te eplē
mee facient qm̄ omīa ista que colis Si uis te diuitem facere n̄
pecunie adiciendū sed cupiditatibus ē Si sapiens es intelligis
contendū ēē te ex ipis occupationibus speciosis et malignis Ne
mo tam mūdus ē ut malit semper pendē qm̄ semel cadere
Contentus esto negocijs in q̄ descēdisti Turpe est honeri cedere
luctare cum officio qd semel recepisti Non est vir fortis ac stren
nuus qui laborē fugit Tumultuosam uitam sapiens feret
non eliget et mallet in pace ēē qm̄ in pugna non multū pdest
uitia sua proiecisse si cū alienis rixandū ē ante omīa memē
to demere rebus tumultū ac uidē qd in quaqz re sit Ipse volup
tates in tormenta vertūtur turpe est aliud loqui aliud sentire
Cotidie morimur cotidie demitur aliqua pars uite Ridiculū ē cur
rere ad mortem tedio uite Vir fortis ac sapiens non fugere
debet ex uita sed exire Incomodū sūmū est minui et depire

Quam etiam vitiis gloriantur paucos servitus plures servitutem
tenent peiores morimur quam nascimur. Nemo non ita exit ex vita
tamquam modo intraverit. Nemo quantumque securus moritur quam nascitur.
Ad summa pervenit qui scit quod gaudeat. Hoc autem omnia facere disce
gaudere. Tu enim iudicas gaudere qui ridet. Animus debet esse alacer
et fidens et super omnia erectus. Verum gaudium res severa est quam
felicitatem suam in aliena potestate posuit. Sollicitus est et in
certus sui. Dissilite et conculca ista que exterius splendent. Vini
boni aviditas tuta est. Pauci sunt qui consilio se suaque dispo
nant. Molestum est semper vitam inchoare. Male vivunt qui semper vi
vere incipiunt. Quidam autem vivere desierunt quam inceperunt. Non a
mo amicum nisi offendo. Malo successum deesse quam fidem. Alte
rius vita emendanda alterius frangenda sunt. Scio alios inter
flagella ridere, alium gemere sub colapho. Sapientia ars est tertium
petat eligat perfundit. Ab his desperavit quos recedat. Non tamen
cito relinquet et in ipsa desperatione extrema remedia temptet.
Graviter affectis sanitatis loco est bona remissio. Ne desperaveris
etiam diutinos egros posse sanari si contra intemperanciam steteris
si multa invito facere coegeris et pati. Panem et aquam natura de
siderat. Ad hoc nemo pauper est. Nemo est cui non satius sit cum
aliquo esse quam secum. Tunc precipue vite se cede cum esse cogis
in turba. Litterata colloquia undique collecta et eruditus sermo
non ostendunt verum robur animi. Est ratio autem timidissimus
audax. Quid egeris tunc apparebit cum animam ages. Compone
mores tuos actione animum tuum adversus formidata. Consilium
multo ad rem magis pertinent qualis tibi quam qualis aliis
iudicaris. Circumspiciendum est quomodo exeas. Magnus guber
nator et scisso velo navigat. Mors adeo extra omne malum est
ut sit extra omnem malorum metum. Puto fortiorem eum esse qui
in ipsa morte est quam qui contra mortem. Mors enim ammota
est impetus animi dedit non vitandi inevitabilia vincere no

nota. male vivunt qui semper vivere incipiunt

luit qui mori non vult. mors necessitatem habet equam et inuictam
venit aliquis ad mortem iratus morti venienti. nemo hilaris
excipit nisi qui se ad illam diu composuit. Non timemus mor
tem sed cogitationem mortis. Sic de te amantissimis tuis presta bono
animo male precamur. vnum bonum et quod beate vite causa et firmamen
tum est sibi fidere. fieri non potest ut vna illa res modo mala sit
modo bona modo leuis et perferenda modo expauescenda. labor bo
ni est generosos animos labor nutrit. Fac te ipse felicem facies
autem intellexeris bona esse quibus admixta virtus est turpia quibus
malicia coniuncta est. Quid est bonum rerum scientia. quid malum est
rerum imperia. honesta et turpia virtutis et malitie societas ef
ficit. perfecta virtus est equalis ac tenor vite per omnia consonans
sibi. Nemo nouit deum multi de deo male existimant et impune.
Non sumus sub rege vnusquisque sibi se vendicat. Sic viue tamquam
quid facias auditurus sis et est salutare. non conuersari cum dissimilibus
et diuersa cupientibus. perduc te tutum et considera quam pulcra res
sit consummare vitam ante mortem deinde expectare securum reli
quam temporis sui partem. minus est fortiter aliquid dici ab homine
mollitiam professo. viro captare flosculos turpe est et fulcire se
nouissimis ac paucissimis vocibus. Turpe est senem ex commenta
rio sapere. patet omnibus veritas. nondum occupata pars magna
bonitatis est velle fieri bonum. non est huius animus in recto cuius
acta discordant. Sunt amas me amicus non es. qui amicus est
amat. qui amat non utique amicus est. Itaque amicitia semper pro
dest. amor aliquando etiam nocet. Nam ubi turpi re amor turpium
consiliari non potest. venit ad nos ex hijs quos amamus etiam absen
tibus gaudium sed id leue et euanidum. Conspectus autem et presentia
et conuersatio habet aliquid viue voluptatis obserua an eadem velis
hodie que heri. Istos magnopere contempne qui te obiurgant quod
umbram petieris et otium. Res inquieta felicitas. qui nichil
agere videntur maiora agunt. Si vis omnia tibi subice te subice

Seneca de 4or virtutibus

roni. Multos reges si ratio te rexerit. Hoc habet in se optimum generosus animus
quod concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenii virum humilia de-
lectant et sordida. Magni animi est magna contempnere ac me-
diocria malle quam nimia. Necesse est ut in immensum exeat cupiditas
que naturalem modum transilit. Inania enim et ex libidine orta sine termino
sunt. Quidam voluptatibus se mergunt quibus in consuetu-
dinem adductis carere non possunt et ob hoc miserrimi sunt quia
eo pervenerunt ut illis que supervacua fuerint facta sint necessaria. Tunc
est consummata infelicitas ubi turpia non solum delectant sed etiam
placent. Et desinit esse remedio locus ubi que fuerant vitia mores
sunt. Initium est salutis notitia peccati. Nam qui peccare se nescit cor-
rigi non vult. Deprehendas te antequam emendes. Quantum potes te ipsum
argue et inquire. Inter accusatoris primum partibus fungere deinde
iudicis novissime deprecatoris. Aliquando te offende. Malo adolescen-
tem tristem quam hilarem et amabilem turbe. Inimici parando sem-
intendum est. Meditandum est quod adversus omnia tela quod adversus omne
hostium genus sufficiant mortem contempnere. Nemo dicit ut si ne-
cesse fuerit equo animo in rosa iaceat sed in hoc induratur ut tormen-
tis non submittat fidem. Mors nullum habet incommodum. Esse debet
aliquis cuius sit incommodum. Mors quam pertimescimus et recusa-
mus intermittit vitam non eripit. Veniet iterum qui nos in lucem
reponat dies. Equo animo debet exiturus exire. Effugere non potes
necessitates, fit via et ad hanc tibi dabit philosophia. Ad hanc te confer si
vis salvus esse si securus si beatus. Humilis est res stultitia abiecta
sordida servilis. Nichil ordinatum est quod precipitatur et properat. In-
hibenda est luxuria, corripienda est avaritia. Quid hominum rap-
tim potest fieri? Quis medicus egros in transitu curat? Recte facia-
es si non videris istos qui quantum dicunt quemadmodum querunt.
Sunt sapienti viro incessus modestior convenit ita oratio pressa
non audax. Tardiloquum te esse iubeo. Prope est a te deus. Bonus
vir sine deo nullus est. Quid stultius est quam in homine aliena lau-

Nota contra illos qui se mergunt in voluptatibus

Nota quod initium est salutis notitia peccati

Nota quod bonus vir sine deo nullus est

dare Quis eo dementians qui ea miratur que ad alium transfer
ri protinus possunt Nemo gloriari nisi de suo debet Invicem alter
alterum trudimus, non est mirum ex intervallo magna gloriari. nul
la maior pena nequicia est per quam sibi ac sibi displicet Gra
tuita nobis videntur que bene constant Circumspice ista que
nos agunt in insaniam. qui se habet nichil perdit. quicquid inter
vicina eminet magnum est Tunc felicem te esse iudica cum
poteris in publico vivere. Vix quemque invenies qui possit
aperto hostio vivere Ianitores conscientia nostra non superbia op
posuit Sic vivimus ut deprehendi sit subito aspici Bona
conscientia turbam advocat mala etiam in solitudine anxia et solli
cita est Si honesta sunt que facis omnes sciant. si turpia quid
refert neminem scire cum tu scias O te miserum si contemp
nis hunc testem Bona mens omnibus patet omnes ad hoc nobi
les sumus nec reicit quemquam philosophia nec eligit omnibus
lucet, patricius socrates non fuit platonem non accepit nobi
lem philosophia sed fecit. plato ait Neminem regem non ex servis ori
undum esse neminem non servum ex regibus Quis est generosus
ad virtutem bene natura compositus Non facit nobilem atri
um plenum fumosis ymaginibus Nemo in nostram gloriam vixit
Nec quod ante nos fuit nostrum est Animus facit nobilem cui
ex quacumque condicione supra se surgere licet. potest hoc co
sequi ut solus liber sis inter ingenuos. tota illo mente per
gendum est. ubi provideri debet ne res nos non verba defi
ciant Nemo umquam nisi dum disputat captus est. pugnant
nota nostra cum novis consilia cum consiliis Adulatio quam similis
est amicicie, non imitatur tantum illam sed vincit et preterit Eo
ipso graciosos facit quo ledit. Vicia nobis sub virtutum nomine
subrepunt Temeritas sub titulo fortitudinis latet. modera
cio vocatur ignavia. pro cauto timidus accipitur In hiis mag
no periculo erramus. non statim bonum est si quid necessarium

nota quod illos qui gloriantur de suis servis Senecam
nota quid est homo felix
nota si honesta sunt que facis
nota de nobilitate
bene nota

Seneca de 4or uirtutibus

est, nullius non uita spectat in alterum. viue cum seruo clementer
comiter quoque et in sermonem illum admitte et in consilium et in
conuictum. serui quibus coram dominis loqui non licet de dominis
loquuntur. Serui fideles parati sunt pro domino porrigere ceruicem
periculum imminens caput suum auertere. Arrogantie prouerbium iacta
tur totidem hostes esse quot seruos. Non habemus illos hostes sed faci
mus. Stultissimus est qui hominem ex ueste aut ex condicione
que uestis modo nobis circumdata est estimat. Seruus est sed for
tasse liber animo. Seruus est hoc illi nocebit ostende quis non sit alius
libidini seruus alius auaritie alius ambitioni omnes timori.
Nulla seruitus turpior quam uoluntaria. Colant te potius serui tui
quam timeant. Qui colitur et amatur non potest amor cum timore
misceri. Rectissime te facere iudico quod non timeri a seruis tuis
vis. Quod uerborum castigatione uteris uerberibus muta admonentur. Non
quidquid nos offendit et ledit sed ad rabiem cogunt peruenire deli
cie ut quidquid hiis ex uoluntate respondent iram euocet. Re
gum nobis induimus animos. Querendo quidam acceperunt
iniuriam ut facerent. Multos splendidissime natos senatorium
per militiam auspicantes gradum fortuna depressit aliis ex
illis pastorem alium custodem case fecit. Sibi quisque dat mores
ministeria casus assignat. Non est quod amicum in foro et in
curia queras. Si diligenter attendis et domi inuenies. Hii habent in
ter cetera boni mores placent quod permanent. Virum bonum natura
non ordo facit. Leuis est malitia sepe mutatur non in melius
sed in aliud. Infelix qui huic uni rei seruit ut altilia decenter
secet. Excute istos qui que cupiere deplorant et de eorum rerum locum
tur fuga quibus carere non possunt. Quedam tempora eripiuntur
nobis quedam subducuntur quedam effluunt. Maxima pars uite ela
bitur male agentibus magna nichil agentibus tota uita aliud agen
tibus. Quidquid etatis retro est mors tenet dum differt uita transcur
rit. Turpissima iactura est que per negligentiam fit.

Con du op

colant te potius serui quam timeant

non quidquid etatis retro est mors tenet

Seneca de clementia

Scribere de clementia nero Cesar constitui ut quo
dammodo speculi vice fungerer et te tibi ostenderem
perventurum ad voluptatem maximam omnium. Quamvis enim
recte factorum verus fructus sit fecisse nec ullum
pretium virtutum dignum illis extra ipsas sit iuvat inspicere et cir
cuire bonam conscientiam tum immittere oculos in hanc immensam
multitudinem discordiam sediciosam impotentem et in perniciem
alienam suamque pariter exultaturam si hoc iugum fregerit ita lo
qui secum. Egone ex omnibus mortalibus placui electusque sum
qui in terris deorum vice fungerer. Ego vite necisque arbiter genti
bus qualem quisque sortem statumque habeat in manu mea positum
est. Quid cuique mortalium fortuna datum velit meo ore pronuntiat ex
nostro responso letitie causas populi urbesque concipiunt nulla pars usque
nisi volentem propitioque me floret. hec tot milia gladiorum que pars
mea opprimit ad nutum meum stringentur. Quas nationes funditus
excidi quas transportari quibus libertatem dari quibus eripi quos
reges mancipia fieri quorumque capiti regium decus circumdari
oporteat que ruant urbes que oriantur mei iuris dictio est. In hac tanta
facultate rerum non ira me ad iniqua supplicia compulit non
iuvenilis impetus non temeritas hominum et contumacia que sepe
tranquillissimis quoque pectoribus patientiam extorsit non ipsa
ostentande per terrores potentie dira et frequens magnis imperiis
gloria. Conditum immo strictum apud me ferrum est summa parsimonia
etiam vilissimi sanguinis. Nemo cui alia desunt hominis apud te grati
osus est. Severitatem abditam at clementiam in procinctu habeo.
Sic me custodio tamquam legibus quas ex abdito et tenebris in
lucem revocavi rationem redditurus sim. Alterius etate prima mo
tus sum alterius ultima alium dignitati donavi alium humilitate.
Quotiens nullam inveneram misericordie causam mihi peperci.

hodie diis immortalibus si a me rationem repetant annumerare ge
nus humanum paratus sum. Potest hoc cesar audacter predicare. Omnia
que in fidem tutelamque tuam uenerunt tuta haberi. nichil per te neque ui neque clam adimi rei publice.
Rarissimam laudem et nulli adhuc principum concessam concupisti
innocentiam. non perdis operam. nec bonitas ista tua singularis
ingratos aut malignos estimatores nacta est. Refertur tibi gratia.
Nemo unus homo uni tam carus umquam fuit quam tu populo romano. magnum
longumque eius bonum. sed ingens tibi honus imposuisti. Nemo
iam diuum augusti nec tyberii cesaris prima tempora loquitur. nec quod
te imitari uelit exemplar extra te querit. principatus tuus ad
gustum exigitur. difficile hoc fuisset si non naturalis ista bonitas tibi
fuisset. sed ad tempus sumpta. Nemo enim potest personam diu ferre
ficta cito in naturam suam recidunt. Quibus ueritas subest queque ut ita
dicam ex solido enascuntur tempore ipso in maius meliusque procedat.
Magnam adibat aleam populus romanus cum incertum esset quo se ista tua nobilis
indoles daret. Iam uota publica in tuto sunt. Nec enim periculum est
ne te subita tui capiat obliuio. Facit quidam auidos nimia feli
citas. nec tam temperate cupiditates sunt umquam ut in eo quod con
tingit desinant. Gradus a magnis ad maiora fit. et spes improbissimas complectuntur insperata assecuti. Omnibus nunc ciuibus
tuis et hec confessio exprimitur esse felices et illa nichil iam his acci
dere bonis posse nisi ut perpetua sint. multa illos cogunt ad hanc con
fessionem qua nulla in homine tardiorem securitas alta. affluens
ius super omnem iniuriam positum obseruatur oculis letissima forma
rei publice cui ad summam libertatem nichil deesse nisi petat diligentia. Pre
cipue tamen equalis ad maximos imosque peruenit clementie tue
animi uerbo. Cetera enim bona pro portione fortune sue quisque sentit aut
expectat maiora minoraque ex clementia omnes idem sperant. nec
est quisquam cui tam ualde innocentia sua placeat ut non stare in con
spectu clementie parate humanis erroribus gaudeat. esse aliquos
quos scio qui clementia pessimum quemque putent sustineri quia nisi

post crimen superuacua est et sola hec uirtus inter innocentes
cessat Sed primum omnium sicut medicine apud egros usus et apud sanos
honor est ita clementiam quamuis pena digni inuocent et inno
centes colunt deinde habet hec in persona quoque innocentium locum quia
interim fortuna pro culpa est nec innocentia tantum clementi
succurrit sed sepe uirtuti quoniam quidam condicionem temporum in
cidunt quedam que possint laudata puniri adice quod magna pars
hominum est que reuerti ad innocentiam possit Sed tamen non uulgo
ignoscere debet Nam ubi discrimen inter bonos malosque subla
tum est confusio sequitur et uitiorum eruptio Itaque adhibenda
moderatio est que sanabilia ingenia distinguere a deploratis
sciat Nec promiscuam habere ac uulgarem clementiam oportet nec
abscisas nam tam omnibus ignoscere crudelitas est quam nulli.
modum tenere debemus Sed quia difficile est temperamentum
quicquid equo plus futurum est in partem humaniorem preponderet
Sed hec suo loco melius dicentur Nunc in tres partes omnem
in tres partes diuiditur ista materia ut hic
hanc materiam diuidam Prima erit manumissionis Secunda
que naturam clementie habitumque demonstret Nam cum sint
uicia quedam uirtutes imitantia non possunt secerni nisi si
gna quibus dinoscantur Tertio loco queremus quomodo ad hanc uir
tutem perducatur animus quomodo confirmet eam et usu suam faciat
Nullam ex omnibus uirtutibus magis homini conuenire cum sit
nulla humanior constet non solum inter nos qui hominem
sociale animal communi bono genitum uideri uolumus sed et inter
illos qui hominem uoluptati donant quorum omnia dicta factaque
ad utilitatem suam spectant Nam si quietem petit et ocium
hanc uirtutem nature sue nactus est que pacem amat et ma
nus retinet nullum tamen clementia ex omnibus magis quam
regem aut principem decet Ita enim uirtutes magnis uiris
decori glorie que sunt si illis salutaris potentia est Nam pes
tifera uis est ualere ad nocendum Illius demum magnitudo

stabilis fundata est quam omnes tam supra se esse quam pro se
sciunt Cuius curam excubare pro salute singulorum atque uniuersorum
cotidie experiuntur quo procedente non tamquam malum aliquod aut nox-
ium animal e cubili prosilierit diffugiunt sed ac ad clarum benefi-
cum sidus certatim aduolant obicere se pro illo mucronibus insidi-
antium paratissimi et substernere corpora sua si per stragem
illi humanam iter ad salutem struendum sit somnum eius noctur-
nis excubiis muniunt latera obiecti circumfusique defendunt in-
currentibus periculis se opponunt non est hic sine ratione populis
urbibusque consensus sic protegendi amandique reges et se sua-
que iactandi quocumque desiderauit imperantis salus nec hec uita
uilis est aut dementia pro uno capite tot milia excipere ferrum
et multis mortibus unam animam redimere non numquam senis
et inualidi Quemadmodum totum corpus animo deseruit et cum
hoc tanto maius tantoque speciosius sit ille in occulto maneat
tenuis et in qua sede latitet incertus tamen manus pedes oculi
negotium illi gerunt illum hec cutis munit illius iussu iacemus
aut inquieti discurrimus cum ille imperauit siue auarus do-
minus est mare lucri causa scrutamur siue ambiciosus iam dudum
dexteram flammis obiecimus aut uoluntarie subsiluimus sic
hec immensa multitudo unius anime circumdata illius spiritu
regitur illius ratione flectitur pressura se ac fractura uiribus suis nisi
consilio sustineretur Suam itaque incolumitatem amant cum
pro uno homine denas legiones in aciem deducunt cum in prima
fronte procurrunt et aduersa uulneribus pectora ferunt
ne imperatoris sui signa uertantur Ille est enim uinculum per quod
res publica coheret ille spiritus uitalis quem hec tot milia trahunt
michil ipsa per se futura nisi onus et preda si mens illa imperii
subtrahatur Rege incolumi mens omnibus una amisso rupere
fidem Hic casus romane pacis exitium erit hic tanti fortunam
populi in ruinas aget tam diu ab isto periculo aberit hic populus quam

diu solet ferre frenos quos si quando abruperit vel aliquo casu dissolu
tis reponi sibi passus non erit hec unitas et hic maximi imperii
contextus in partes multas dissiliet Ideoque huic urbi dominan
di finis erit quam parendi fuit Ideoque principes reges et quocumque a
lio nomine sunt tutores status publici non est mirum amari ultra
privatas etiam necessitudines Nam si sanis hominibus publica privatis
potiora sunt sequitur ut his quoque carior sit in quem se res publica convertit
Olim enim ita se induit res publica cesar ut seduci alterum non posset sine
utriusque pernicie Nam ut illi viribus opus est et huic capite lon
gius non recessisse apposito oratio mea ac me hercule rem ipsam premis
sam Si quid adhuc colligit tu animus res publica tue es illa corpus tuum
ut puto quam necessaria clementia sit tibi in partis cum videris alii par
cere parcendum itaque est etiam improbandis quibus non aliter quam mem
bris languentibus Et si quando emisso sanguine opus est sustinendum
est ne ultra quam necesse sit incidat Est ergo ut dicebam clementia omni
bus quidem hominibus secundum naturam maxime tamen decora imperatoribus quan
tum plus habet apud illos quod servet quanto in maiori materia apparet
quantulum enim nocet privata crudelitas principum sevicia bellum est Cum
autem virtutibus intersit concordia nec ulla altera melior aut honesti
or sit quedam tamen in quibusdam personis aptior est decet mag
nanimitas quemlibet mortalem etiam illum infra quem nichil est Quid
enim maius vel fortius quam malam fortunam retundere Sed tamen magnani
mitas in bona fortuna laxiorem locum habet meliusque in tribunali
quam in plano conspicitur clementia in quemcumque domum pervenerit
eam felicem tranquillamque prestabit Sed in regia quo rarior eo
mirabilior Quid enim mirabilius quam cuius ire nichil obstat cuius gra
viori sententie ipsi qui pereunt assentiuntur quem nemo interrogatu
rus est immo si vehementius excanduit nec deprecaturus est quidem
ipsum sibi manus inicere et potestate sua in melius placidiusque uti
hoc ipsum cogitantem occidere contra legem nemo potest servare nemo potest
me magnam fortunam magnus animus decet qui nisi se ad illam

extulit et altior stetit illam quoque infra terram deduxit Magni autem animi est proprium placidum esse tranquillumque et iniurias atque offensiones superne despicere muliebre est furere in ira ferarum vero et generosarum quidem p[re]mordere et urgere p[ro]strata est Non decet regem seua et inexorabil[is] ira non multum enim supra eum eminet cui se irascendo exequat at si dat uitam dat dignitatem p[er]iclitantib[us] et meritis amittere facit quod nulli nisi rerum potenti licet uita n[on] [est] superiori eripit[ur] nunquam nisi inferiori dat[ur] Seruare proprium est excellentis fortune que nunquam magis suspici debet quam cum illi contingit idem posse quod diis quorum beneficio in lucem edimur tam boni quam mali deorum itaque sibi animum asserens princeps alios ex quibus quia utiles bonique sunt libens uideat alios innumerum relinquat quosdam esse gaudeat quosdam patiat[ur]

Cogitate in hac ciuitate in qua turba p[er]latissima itinera sine intermissione defluens eligit[ur] quotiens aliquis obstitit quod cursum eius uelut torrentis rapidi moraret[ur] in qua tribus eodem tempore theatris uie postulant[ur] in qua consumit[ur] quidquid terris omnibus aratur quanta solitudo ac uastitas futura sit si nichil relinquat[ur] nisi quod iudex seuerus absoluerit Quotus quisque ex questoribus est qui non ex ipsa lege teneat[ur] qua querit quotus quisque accusator uacat culpa

Et nescio an nemo ad dandam ueniam difficilior sit quam qui illam petere sepius meruit peccauimus omnes Alii grauia alii leuia alii ex destinato alii forte impulsi aut aliena nequitia ablati alii in bonis consiliis parum fortit[er] stetimus et innocentiam inuiti ac retinentes perdidimus nec deliquimus tantum sed usque ad extremum eui delinquimus [et] si quis tam bene purgauit animum ut nichil obturbare eum amplius possit ac fallere ad innocentiam tamen peccando p[er]uenit Quoniam deorum feci mentionem optimum hoc exemplum principi constituam ad quod formet[ur] ut se talem esse ciuibus quales sibi deos uelit Expedit ergo habere inexorabilia peccatis atque erroribus numina expedit usque ad ultimam infesta p[er]nitiem et quis regum erit tutus cuius iam membra aruspices colligant

qđ ſi dij placabiles et eque delicta potenciū non ſtatim fulmi
nibus perſequunt̾ q̄nto equius eſt hominē hominibus ꝑpoſitū
miti aīo exercere imperium et cogitare utrum mundi ſtatus gratior
oculis pulchriorq; ſit ſereno et puro die an cum fragoribus cre
bris omīa quatiunt̾ ignes hinc atq; illinc micant at qui nō
alia facies eſt quieti moratiq; imperij q̄m ſereni celi et nitentis
Crudele regnū turbidum tenebriſq; obſcurū eſt int̾ t̾mentes
et ad repentinū ſonitū expaueſcentes ne eo quidē qui omīa ꝑ
turbat inconcuſſo facilius priuatis ignoſcit̾ ꝑtinacit̾ ſe uindica
tibus poſſunt n- ledi doloremq; eorum ab iniuria uenit. Timent pre
terea contemptū et non retuliſſe ledentib; grām infirmitas
uidet non clemenciam at qui ultio in facili eſt is omiſſa ea certā
laudem manſuetudinis conſequit̾ humili loco poſitis exercere ma
nū litigare in rixam ꝓcurrere ac more ire ſue gerere liberius eſt
leues inter paria ictus ſunt Regi uociferatio quoq; uerborumq; intē
perancia non ex maieſtate eſt grauē putas eripi loq̄ndi arbi
triū regibus qđ humilimi hn̄t iſta inquit ſeruitus eſt nō impiū
Quid tu non experiris iſtud nobis eſſe tibi ſeruitutē. alia condicio ē
eorum qui in turba q̄m non excedunt latent quorum et uirtutes
ut appareant diu luctant̾ et uicia tenebras habent ūra facta
dictaq; rumor excipit et ideo nullis magis curandū eſt qualem
famam habeant q̄m qui qualemcumq; meruerīt magnā habi
turi ſunt q̄m multa tibi non licent q̄m nobis bn̄ficio tuo licet poſ
ſum in qualibet parte urbis ſolus incedere ſine timore q̄uis nul
lus ſequat̾ comes nullus ſit domi nullus ad latus gladius ti
bi in tua pace armato uiuendū eſt. Aberrare a fortuna tua nō
potes obſidet te et quocumq; deſcendis magno apparatu ſequit̾
et hec ſumme magnitudinis ſeruitus non poſſe fieri minorem
Sed cum dijs tibi iſta neceſſitas ē. Nam illos quoq; celum alli
gatos tenet nec magis illis deſcendere datū eſt q̄m tibi tutū faſ
tigio tuo affixus es noſtros motus pauci ſenciunt prodire nob

ac recedere et mutare habitum sine sensu publico licet Tibi
non magis quam soli latere contingit Multa contra te lux est
omnium in istam conversi oculi sunt prodire te putes oriris loqui
non potes nisi ut vocem tuam que ubique sunt gentes excipiant
Irasci potes nisi ut omnia tremant Sic neminem affligere nisi
ut quidquid circa fuit quatiatur ut fulmina paucorum periculo
cadunt omnium metu Sic animadversiones magnarum potesta
tum terrent latius quam nocent non sine causa Non enim quan
tum fecerit sed quantum facturus sit cogitatur in eo qui omnia pot
adice nunc quod privatos homines ad accipiendas iniurias o
portuniores acceptarum patientia facit Regibus certiorque
ex mansuetudine securitas et frequens vindicta paucorum
hominum odium reprimit omnium irritat voluntas oportet ante
seviendi quam causa deficiat alioquin quemadmodum precise ar
bores plurimis ramis pullulant et multa satorum genera
ut densiora surgant reciduntur Ita regia crudelitas inimicorum
numerum tollendo parentes enim liberique eorum qui interfecti sunt
et propinqui et amici in locum singulorum succedunt hoc quam
verum sit admonere te exemplo domestico volo Divus Augustus
fuit mitis princeps si quis illum a principatu suo estimare
incipiat iam communi quidem r. p. Gladium movit cum hoc e
tatis esset quod tu nunc es duodevicesimum egressus annum
iam pugiones in sinum amicorum absconderat iam insidiis M.
antonii consulis latus pecierat iam fuerat collega proscriptionis.
sed cum annum quadragesimum transisset et in gallia moretur
delatum est ad eum indicium L. cinnam stolidi ingenii virum in
sidias ei struere dictum est et ubi et quando et quemadmodum
egredi vellet unus ex consciis deferebat Constituit se ab eo
vindicare consilium amicorum advocari iussit Nox illi inquieta
erat cum cogitaret adolescentem nobilem hoc detracto inte
grum Gn. pompeii nepotem dampnandum Jam unum hominem

occidere non poterat cum M. antonius proscriptionis edictū
inter cenam dictaret Gemens subinde uoces uarias emittebat
et inter se contrarias Quid ergo ego percussorem meum securum
ambulare patiar me sollicito ergo non dabis penas qui tot ci
uilibus bellis frustra tot naualibus tot pedestribus preliis inco
lume postquam terra marique pax parta est non occidere constituat
sed immolare nam sacrificantem placuerat adoriri Rursus si
lentio interposito maiore multo uoce sibi quam cinne irasce
batur Quid uiuis si perire te tam multorum interest quis finis erit
suppliciorum quis sanguinis Ego sum nobilibus adolescentulis
expositum caput in quos mucrones acuant Non est tanta ui
ta si ut ego non peream tam multa perdenda sunt Interpellauit
tandem illum liuia uxor et admittis inquit muliebre consiliū
Fac quod medici solent qui ubi usitata remedia non procedunt tem
ptant contraria Seueritate nichil adhuc profecisti Saluidienum lepidus
secutus est lepidum murena murenam cepio cepionem egna
tius ut alios taceam quos tantum ausos pudet Nunc tempta quo
modo tibi cedat clementia ignosce l. cinne deprehensus est iam
nocere tibi non potest prodesse fame tue potest Gauisus sibi quod
aduocatum inuenerat uxori quidem gratias egit renuntiari
autem extemplo amicis quos in consiliū rogauerat imperauit et cinnam
unum ad se accersit dimisisque omnibus e cubiculo cum alteram
cinne poni cathedram iussisset hoc inquit primum a te peto ne me
loquentem interpelles ne medio sermone meo proclames dabitur
tibi loquendi liberum tempus Ego te cinna cum in hostiū castris
inuenissem non factū tantū michi inimicū sed natū seruaui pa
trimoniū tibi omne concessi hodie tam felix es et tam diues ut
uicto uictores inuideant Sacerdotiū tibi petenti preteritis cū pluri
bus quorum parentes mecū militauerant dedi cum sic de te meruerim
occidere me constituisti Cum ad hanc uocem exclamasset pro
cul hanc ab se abesse dementiam non prestas inquit fidem cinna

Conuenerat

conuenerat ne interloquereris. Occidere inquam me paras adie
cit locum socios diem ordinem insidiarum cui commissum esset fer
rum et cum defixum uideret nec ex conuentione iam sed ex conscia
tacentem quo inquit hoc animo facis ut ipse sis princeps male me
hercule cum p. r. agitur si tibi ad imperandum nichil preter me obstat
domum tueri tuam non potes super libertini hominis gratia in priua
to iudicio superatus es adeo nichil facilius potes quam contra Cesarem
aduocare cedo si spes tuas solus impendio Paulus ne te et Fabius
maximus et Cossi et Seruilii ferent tantumque agmen nobilium non
inania perferentium sed eorum qui ymaginibus suis decori sunt Ne totam
eius orationem repetendo magnam uoluminis partem occupat di
utius enim quam duabus horis locutum esse constat cum hanc penam
qua sola erat contentus futurus extenderet Vitam inquit tibi
cinna iterum do prius hosti nunc insidiatori ac parricide Ex
hodierno die inter nos amicitia incipiat Contendamus uirum ego
meliore fide tibi uitam an tu debeas post hoc detulit ultra consula
tum questus quod non auderet petere amicissimum fidelissimum habuit heres
solus illi fuit nullus amplius insidiis ab ullo petitus est Ignouit
abauus tuus uictis Nam si non ignouisset quibus imperasset
Salustium et Cocceios et Duellios et totam cohortem primae admissionis
ex aduersariorum castris conscripsit Iam Domitios Messalas Asinios et
quicquid floris erat in ciuitate clementie sue debebat. ipsum Lepidum
quam diu mori passus est per multos annos ornamenta principis
retinentem et pontificatum maximum non nisi mortuo illo transferri
ri in se passus est Maluit enim illum honorem uocari quam spoli
um hoc cum clementia ad salutem securitatemque perduxit hec gra
tum ac fauorabilem reddidit quamuis nondum subactis p. r. cer
uicibus manum imposuisset hec hodieque prestant illi famam que
uix uiuis principibus seruit deum esse non tamquam iussi credi
mus bonum principem aug. Bene illi conuenisse parentis nomen
fatemur ob nullam aliam causam quam quod contumelias quoque suas

que acerbiores principibus solent esse qm iniurie exequabat
qd pbrosis in se dictis arrisit qd dare illum penas apparebat
cum exigeret qd quoscumqz ob adulteriu filie sue dampna
uerat adeo non occidit ut dimissis quo tuciores esset diploma
ta daret h est ignoscere cum scias multos futuros qui pro te irasc
cant et tibi alieno sanguine gratificantem non dare tanti salu
tem s3 prestare hec aug9 senex aut iam in senectutem annis
vergentibus in adolescentia caluit arsit ira multa fecit atq;
inuictus oculos retorquebat Cum parare nemo mansuetudi
ni eaudebit diuu aug9 q si in certamen iuuenilium annor dedu
erit et senectutem plus qm naturam suit moderatus et clemes
Nempe post mare achatiu romano cruore infectu perusinas
aras et perscriptiones Ego uero clementiam non uoco lassa
crudelitatem h est cesar clementia uera qm tu prestas que no
seuitie penitentia cepit nullam hre maculam nuqm ciuilem san
guine fudisse hec est in maxima potestate uerissima aimi te
pantia et humani gnis comphendit te sibi amor non cupi
ditate aliqua non temeritate ingenij non prioru principu
exemplis corruptis qntum in ciues suos liceat experiendo temp
tare sed ebetare aciem imperij sui prestitisti cesar ciuitate in
cruentam et h qd magno aimo gloriatus est nullam te toto or
be stillam cruoris humani misisse quo maius est mirabili9
qz qd nulli umqm citius gladius comissus est Clementia no
tantu honestiores sed potiores prestat ornamentuq; imperior
est simul et certissima salus Quid em est cum reges consenue
rint libisq; ac nepotibus tradiderint regna tyrannor execrabil
ac breuis potestas est Quid interest int tyrannu Spes em ipsa for
tune ac licentia par est nisi qd tyranni in voluptate seuiut
reges non nisi ex causa ac necessitate Quid g9 non reges occidere
solent sed quotiens id fieri publica necessitas persuadet Ty
rannus seuitia cordi e Tyrannus aut a rege distat factis

non nomine. Nam et dyonisius maior iure meritoque pre
ferri multis regibus potest. Et L. Sillam tyrannum appellari quid
prohibet cui occidendi finem fecit inopia hostium. Descenderet
licet e dictatura sua et se toge reddidit quis tamen umquam ty
rannus tam avide humanum sanguinem bibit quam ille qui sep
tem milia civium romanorum contrucidari iussit et cum in vi
cino ad edem bellone sedens exaudisset exclamationem tot mili
um sub gladio gementium exterrito senatu hoc agamus inquit
p. c. Seditiosi pauculi meo iussu occiduntur hoc non est men
titus pauci sylle videbantur. Sed mox de silla consequimur quomodo
hostibus irascendum sit itaque si in hostile nomen cives et ex eo
dem corpore abrupti transierint interim hoc quod dicebam de
clementia efficit ut magnum inter regem tyrannum discrimen sit
utrique licet non minus armis valletur. Sed alter arma habet
quibus in munimentum pacis utitur. alter ut magno timore mag
na odia compescat nec illas ipsas manus quibus se commisit
securus aspicit. Contrariis in contraria agitur. Cum enim invisus
sit quia timetur timeri vult quia invisus est et illo execrabi
li versu qui multos dedit precipites utitur oderint dum metu
ant. Ignarus quanta rabies oriatur ubi supra modum odia creverint
Temperatus enim timor cohibet animos. Assiduus vero et acer et ex
trema admovens in audaciam iacentes excitat et omnia experi
ri suadet. Si feras lineis et penna clusas contineas eum
a tergo eques telis incessit temptabunt fugam per ipsa que
fugerant proculcabuntque formidinem. acerrima virtus est quam
ultima necessitas extundit. Relinquat oportet securi aliquid me
tus multoque plus spei quam periculorum ostendat alioquin ubi qui
escenti paria metuuntur in currere in pericula iuvat et aliena
anima abuti placido tranquilloque regi fida sunt auxilia sua quibus
ad communem salutem utatur gloriosusque miles publice enim securi
tati dare operam videtur omnem laborem libens patitur ut pa

ventis custos. At illi acerbo et sanguinario necesse est ut grave-
tur stipatores sui. Non potest habere quisquam bone ac fide voluntatis
ministros quibus in tormentis et eculeo et ferramentis ad morte(m)
paratis utitur, quibus non aliter quam bestiis homines obiectat, omnibus
rebus noxior ac sollicitior, ut qui homines deosque testes ac vindi-
ces facinorum timeat, eo perductus ut non liceat illi mutare mores.
Hoc enim inter cetera vel pessimum habet crudelitas: perseverandum est nec ad
meliora patet regressus; scelera enim sceleribus tuenda sunt. Quid autem
eo infelicius cui iam esse malum necesse est. O miserabilem illum sibi certe.
Nam ceteris misereri eius nephas sit qui cedibus ac rapinis potentiam
exercuit, qui suspecta sibi cuncta reddidit tam externa quam domesti-
ca, cum arma metuat ad arma confugiens, non amicorum fidei credens,
non pietati liberorum. Qui ubi circumspexit queque fecit queque facturus
est et conscientiam suam plenam sceleribus ac tormentis adaperuit,
sepe mortem timet, sepius optat, invisior sibi quam servientibus. E
contrario is cui cure sunt universa, qui alia magis alia minus tuetur, nul-
lam non rei publice partem tamquam sui nutrit, inclinatus ad miniora etiam
si ex usu est animadvertere, ostendens quam invitus aspero remedio ma-
nus admoveat, manus animo nichil hostile nichil efferum est, qui po-
tentiam suam placide ac salubriter exercet approbare imperia sua ci-
vibus cupiens, felix habunde sibi visus si fortunam suam publi-
caverit, sermone affabilis, accessuque facilis, vultu qui maxime
populos demeretur amabilis, equis desideriis propensus, etiam iniquis
acerbus, a tota civitate amatur, defenditur, colitur. Eadem de illo homines
secreto loquuntur que palam; tollere filios cupiunt et publicis malis ste-
rilitas indicta recluditur. Bene se meriturum de liberis suis non
dubitat quibus tale seculum ostendit. Hic princeps suo beneficio
tutus nichil presidiis eget, arma ornamenti causa habet. Sed ergo
officium eius est quod bonorum parentum, qui obiurgare liberos non numquam
blande, non numquam minaciter solent, aliquando admonere etiam verberibus. Num-
quid aliquis sanus filios ad primam offensam exheredat nisi magne

et multe iniurie patientiam euicerint n͛ plus est qđ timet
qm̃ qđ dampnat non accedit ad decretoriũ filiũ multa añ
temptat quibus dubiam indolem et peiore loco iam positaʒ
postqm̃ omĩa simul deplorata sunt ultima experitur Nemo ad sup
plicia exigenda peruenit nisi qui remedia consumpsit h̄ qđ pa
renti etiam principi faciendũ est quem appellauimus patrem
patrie non adulatione vana adducti Cetã eñ cognomina honori
data sunt magnos et felices augustos diximus et ambicioſe ma
iestati quidquid potuimus titulorʒ congessimus illis hic tribuen
tes patrem quidem patrie appellauim⁹ ut sciret datam sibi potestatē
patriam que est temperantissima liberis consulens suaqꝫ post il
los reponens tradit sibi pater membra sua absindat ꝫ cum absti
derit reponere cupiat et in abscidendo gemat cunctatus multũ
diuqꝫ ꝑpe est ut libenter dampnet qui cito ꝑpe est ut inique puni
at qui nimis Trixonem equitē r. memoria nr̃a quia filiũ suũ
flagellis occiderat ꝑpl's graphijs in foro confodit vix illum augusti
Cesaris auctoritas in festis tam patrum qm̃ filiorʒ manibus eripuit
Tarium qui filiũ deprehensum in parricidio consilio dampnauit
consilio cognito nemo non suspexit qđ contentus exilio delegato
massilie parricidam cõtinuit et anima illi prestitit qñta prestare
integro solebat h̄ liberalitas effecit ubi in qua ciuitate nũqm̃ deesse
patronis peioribus nemo dubitaret qn reus merito dampnatus
esset quem ipē ter dampnare potuisset qui odisse non poterat hoc
ipō exemplo dabo qꝫ compares bono patri bonũ principem Cog
niturus de filio tarius aduocauit in consiliũ cesarem augustum
venis in priuatos penates assedit pars alieni consilij fuit nõ dixit
imo in meam domũ ueniat qđ si fecisset cesaris futura erat cog
nitio non patris audita causa excussisqꝫ omnibus et hijs qui ado
lescens pro se dixerat et hijs quibus arguebatᵘ petitam sententiam sua
quisqꝫ scriberet ut ea omnium fieret que cesaris fuisset Deinde priusqꝫ
apparerent codicilli iurauit se dare hominis locupletis hereditatē

non aditurū dixit aliquis pusillo aīmo timuit ne uideret'
lenim spei sue aperuit uelle in filij dampnatione Ego contra
sentio quilibet nēm debuisset adu'sus opiniones malignas sa
tis fiducie habere in bona conscientia principes multa debēt
ꝫ fame dare iurauit se non aditurum hēditatē Tarius quidē
eodem die et alterū heredem pdidit sed cesar libertatē senten
tie sue redemit et postqm̄ approbauit gratuitā esse seueritatē
suam qd' principi semper curand' est dixit releganduū quo pa
tri uidēt' n̄ culleū n̄ serpentes nō carcerem decreuit memor
n̄ de quo censeret sed cui in consilio esset mollissimo gn̄e pene
contentū esse debere patrem esse dixit in filio adulescentulo
impulso in id scelus in quo se qd' pximū erat ab innocentia
timide gessisset debere illum ab urbe et a parentis oculis sū mo
ueri O dignū quem in consiliū patres aduocarent O dignū
que coheredem innocentibus libis scriberent h' clementia prī
cipem decet ut quocumqꝫ uenit mansuetiora om̄ia faciat ne
mo regi tam uilis sit ut illum perire sentiat Qualiscumqꝫ
pars imperij est in magno impio Ex minoribus petamus ex
emplū Non unū imperandi genus impat princeps ciuibus
suis pater liberis preceptor discentibus tribunus uel centurio
militibus Nonne pessimus p'r uidebit' qui assiduis plagis
liberos etiam ex leuissimis cōsis compesceret Utrum aūt preceptor
libālibus studijs dignior qui excarnificabit discipulos si me
moria illis non constiterit aut si parū agilis in legendo ocu
lus heserit an qui monitionibus et uerecundia emendare
ac docere malit tribunū centurionēqꝫ da seuum desertores
faciet quibus tamen ignoscit' unde quid nam equū est gra
uius homini et durius impari ꝙ impatur animalib' mitis
atqꝫ equū crebris uerberibus exterret domandi peritus ma
gister fiet enī formidolosus et contumax n̄ eum blandiente
tactu pmulceris Idem facit uenator quiqꝫ instituit catulos uel

tigia sequi quique iam exercitijs utitur ad extricandas feras
uel persequendas feras nec crebro illis minatur Contundet
enim animos et quidquid est indolis comminuetur trepidatione de
generi nec licentiam uagandi errandique passim concedit Adicias
his licet tardiora agentes iumenta que cum ad contumelias
et miserias nata sit nimia seuitia coguntur iugum detractare
nullum animal morosius est nullum maiore arte tractandum quam
homo nulli magis parcendum Quid enim stultius quam in iumen
tis quidem et canibus erubescere pessima autem condicione sub
homine esse morbis medemur nec irascimur at qui et hic morbus
est animi mollem medicinam desiderat ipsumque medentem mi
nime infestum egro mali medici est desperare ne curet Idem in
hijs quorum animus affectus est facere debebit cui tradita salus
omnium est non cito spem proicere nec mortifera signa pronun
tiare luctetur cum uitiis resistat alijs morbum suum exprobret
quosdam molli curatione decipi ac citius meliusque sanatu
rus remedijs fallentibus agat princeps curam non tantum
salutis sed etiam honeste cicatricis nulla regi est ex seua ani
aduersione quis dubitat posse at contra maxima si uim
suam continet si multos aliene ire eripuit neminem sue im
pendit Seruis imperare moderate laus est et in mancipio co
gitandum est non quantum ille impune pati possit Sed quantum
tibi permittant equi bonique natura que parcere etiam captiuis
et pretio paratis iubet Quanto iustius hic iubet tanto iustius
hominibus liberis ingenuis honestis non ut mancipijs abuti
sed hijs qui gradu antecederint quorumque tibi non seruitus
tradita sit sed tutela Seruis ad statuam licet confugere cum in
seruum omnia liceant aliquid quod in homine commune licere ius animantium
uetet Quis non Vedium polionem peius oderat quam serui sui quod
murenas sanguine humano saginabat et eos qui se aliquid of
fenderant in uiuarium quod aliud quam serpentium abici iubebat

o hominem mille moribus dignum siue deuorandos seruos obitie-
bat murenis quas esurus erat siue in hoc tantum illas alebat ut
sic aleret. Quemadmodum domini crudeles tota ciuitate commonstrantur
inuisique et detestabiles sunt ita regum et iniuria latius patet
et infamia atque odium seculis traditur. Quanto autem nasci melius fuit quam
immorari inter publica mala natos. Excogitare nemo quicquam
poterit quod magis decorum regenti sit quam clementia quocumque modo
is et quocumque iure propositus ceteris erit eo scilicet formosius id esse
magnificentiusque fatebimur quo in maiore prestabit potestate
quam non oportet nociam esse si ad nature legem componitur. Natura
enim commenta est regem quod et ex aliis animalibus licet cognoscere
et ex apibus quarum regi amplissimum cubile est medioque ac tutissimo
loco preterea opere uacat exactor aliorum operum et amisso rege
totum dilabitur nec umquam plus quam unum patiuntur melioremque pugna
querunt. Preterea insignis regi forma est dissimilisque ceteris tum magni-
tudine tum timore. Hoc autem maxime distinguitur iracundissime
ac pro corporis captu pugnacissime sunt apes et aculeos in uul-
nere relinquunt. Rex ipse sine aculeo est noluit illum natura nec seuum
esse nec ultionem magno constaturam petere telumque detraxit et
iram eius inermem reliquit exemplar hoc magnis regibus in-
gens est enim illi mos exercere se in paruis et ingentium rerum documenta
in minima agere pudeat ab exiguis animalibus non trahere mo-
res cum tanto hominum moderatior esse debeat animus quanto uehemen-
tius noceat. Vtinam quidem eadem homini lex esset et ira cum telo
suo frangeretur nec sepius liceret nocere quam semel nec alienis uiri-
bus exercere odia facile enim laxaretur furor si per se satis faceret
sibi et si mortis periculo uim suam effunderet. Sed ne nunc quidem
illi cursus tutus est tantum enim necesse est timeat quantum timeri uoluit et
manus omnium obseruet et eo quoque tempore quo non captatur peti se iu-
dicet nullumque nomen tam minime habeat aliquid hanc egram
uitam sustineat cum liceat in noxium aliis ob hoc securum

ſalutate potentia eius letis om̄ibus tractare ſErrat eīm ſi quis
existimat tutum eſſe ibi regem ubi nichil a rege tutū ſed ſecuritas
ſecuritate mutua paciſcenda est non opus est instruere in altum
editas arces nec in aſcenſū arduos colles immire nec latera
montiū abſcidere multiplicibus ſe muris turribus ſepire Sal
uū regem clementia in aperto p̄ſtabit vnū est inexpugnabile
munimentū amor ciuium Quid pulcrius est q̄m viuere optan
tibus cunctis et vota non ſub cuſtode nū cupantibus ſi paulū
valitudo titubauit non ſpem hoīm excitari ſed metū nichil
eſſe cuiq̄m tam preciosum qđ non pro ſalute preſidis ſui com̄u
tatū velit O ne ille cui contingit quoq; viuere debeat mult' aſ
ſiduis bonitatis argumentis probauit non r. p. ſuam eſſe ſ
ſe r. p. ſquis hunc audeat ſtruere aliq' piculum ſquis ab h' non
poſſit fortunā quoq; auertere velit ſub quo iuſtitia pax pudici
cia ſecuritas dignitas florent ſub quo opulenta ciuitas copia
bonoꝝ om̄ habundat nec alio aīmo rectorē ſuū intuet' q̄m
ſi dij immor tales poteſtatem uiſendi ſui faciant intueſtimur
venerantes colenteſq; Quid a' non proximū illis locū tenet is q
ſe ex deorū natura gerit beneficijs ac largus et in melius potēs
hoc affectare hoc imitari decet maximū ita haberi ut optī9
ſimul habeat' A duabus cauſis punire princeps ſolet ſi aut
ſe uindicat aut aliū prius de ipſa parte diſſeram que ipm̄ co
tingit difficilius est eīm moderari ubi dolori debet' ultio q̄m
ubi exemplo Super uacuū est hoc loco āmonere ne facile cre
dat ut verum excutiat ut ignorentie faueat ut appareat ut
non minorem magis rem p̄iclitantis q̄m iudicas ſciat hoc eīm
ad iuſticiam non ad clementiā ptinet ſNunc illum hortamur
ut manifeſte leſus aīmū impoteſtate habeat et penā ſi tuto po
nit donet ſi minus temperet longeq; ſit in ſuis q̄m in alie
nis exorabilior iniurijs Nam queadmodū non est magni
animi qui de alieno liberalis est ſed ille qui qđ alteri donat

Quid facit ultio

sibi extrahit. Ita clementem uocabo non in alieno dolore facilem sed eum qui cum suis stimulis exagitetur non prosilit qui intelligit magni animi esse iniurias in summa potentia pati nec quicquam esse gloriosius principe impune leso. Vltio duas res prestare solet aut solacium affert ei qui accepit iniuriam aut in reliquum securitatem. Principis maior est fortuna quam ut solacio egeat manifestiorque uis quam ut alieno malo opinionem sibi uirium querat. Hoc dico cum ab inferioribus petitus uiolatusque est nam si quos pares aliquando habuit infra se uidet satis uindicatus est. Regem et seruus occidit et serpens et sagitta. serpens et sagitta seruauit quod nemo nisi maior eo quem seruauit. uti itaque animose debet tanto munere deorum dandi auferendique uitam potens in hiis presertim quos scit aliquando sibi fastigio obtinuisse hoc arbitrium adeptus ultionem impleuit. perfecit quantum uere pene satis erat. perdidit enim uitam qui debet et quisque ex alto ad inimici pedes abiectus alienam de capite regnoque sententiam expectauit in seruatoris sui gloriam uiuit plusque nomini eius confert incolumis quam si ex oculis ablatus esset. assiduum enim spectaculum aliene uirtutis est in triumpho cito transisse. Si uero regnum quoque suum tuto relinqui apud eum potuit reponique eo unde deciderat ingenti incremento surgit laus eius qui contentus fuit ex rege uicto nihil preter gloriam sumere. hoc est etiam ex uictoria sua triumphari testarique nichil se quod dignum esset uictoria apud uictos inuenisse. Cum ciuibus et ignotis atque humilibus eo moderatius agendum est quo minoris est afflixisse eos. quibusdam libenter parcas a quibusdam te uindicare fastidias et non aliter quam ab animalibus paruis et obterentibus inquinantibus reducenda manus est. at in hiis qui in ore ciuitatis seruati punitique erunt occasione note clementie utendum

est Transeamus ad alienas iniurias in quibus vindicandis
hec tria lex secuta est que princeps quoque sequi debet ut aut
eum quem punit emendet aut pena eius ceteros meliores red
dat aut ut sublatis malis securiores ceteri vivant ipsos
facilius emendabis minori pena diligentius enim vivit
cum aliquid integri super est Nemo dignitati perdite pa
rcit Inpugnitatis genus est iam non habere pene locum
Civitatis autem mores magis corrupit parcitas animadversionum
facit enim consuetudinem peccandi multitudo peccantium et
nimis gravis nota est quam turba dampnationum levat et
severitas quod maximum medium habet assiduitate amittit au
ctoritatem constituit bonos mores civitati princeps et
vitia eius compescat si patiens eorum est non tamquam probet
sed tamquam invitus et cum magno tormento ad castigan
dum veniat verecundiam peccandi facit ipsa clementia re
gentis Gravior multo pena videtur que a miti viro con
stituitur preterea videbis ea sepe committi que sepe vindicantur
pater tuus intra quinquennium culleo insuit quam omnibus seculis
insutos accepimus Multominus audebant liberi nephas
ultimum admittere quamdiu sine lege crimen fuit Summa enim
prudentia altissimi viri et rerum nature peritissimus
maluerunt velud incredibile scelus et ultra audaciam positum
preterire quam dum vindicant ostendere posse fieri Itaque
parricide cum lege ceperunt et illis facinus pena monstravit
pessimo vero loco pietas fuit postquam sepius culleos vidimus
quam cruces In qua civitate raro homines puniuntur in ea
consensus fit innocentie et indulgetur velud publico bono
putet se innocentem esse civitas erit magis irascetur a com
muni fragalitate desciscentibus si paucos esse viderit periculo
sum est mihi crede ostendere civitati quanto plures mali sint
Indicta est aliquando senatu sententia a servos a liberis cultus

Nota quod puniendo delicta fiant

distinguetur demum apparuit quantum periculi immineret si ser
ui nostri numerare nos cepissent. Idem scito metuendum esse si nulli ignoscatur.
Cito apparebit pars civitatis deterior quanto pregravet. non minus
principi turpia sunt multa supplicia quam medico multa funera.
Remissius imperanti melius paretur. natura contumax est hu
manus animus et in contrarium atque arduum nitens sequiturque facilius
quam ducitur. et ut generosi ac nobiles equi melius facili freno reguntur
ita clementiam voluntaria innocentia impetu suo sequitur
et dignam putat civitas quam servet sibi. plus itaque ac illa profi
citur. Crudelitas minime humanum malum est indignumque tam
miti animo. ferina ista rabies est sanguine gaudere ac uulneri
bus et abiecto homine in silvestre animal transire. Quid enim in
terest oro te alexander leoni lysimachum obicias an ipse laceres
dentibus tuis. tuum os est. tua illa feritas. O quam cuperes tibi potius
ungues esse tibi rictum illum edendorum hominum capacem. Non
exigimus a te ut manus ista exitium familiarium certissimum ulli
salutaris sit ut iste animus ferox insatiabile gentium malum
citra sanguinem cedemque satietur. Clementia iam vocatur ad occi
dendum amicum carnifex inter homines eligitur. Hoc est quare uel
maxima abhominanda sit sevitia quod excedit fines primum soli
tos deinde humanos nova supplicia conquirit ingenium advo
cat instrumenta excogitat per que varietur atque extendatur dolor
et delectetur malis hominum. Tunc illi dirus animi morbus ad in
saniam pervenit ultimam cum crudelitas versa est in voluptatem
etiam hominem occidere iuvat. Naturalem uirum a tergo sequitur
euersio odiosus venena gladii tam multis periculis petitur quam
multorum ipse periculum est privatisque consiliis. alias vero consternati
one publica circumvenitur. levis enim et privata pernicies non totas
urbes movet quod late furere cepit et omnes appetit undique configitur.
Serpentes parvule fallunt nec publice conquiruntur. ubi solitam men
suram transiit et in monstrum excrevit ubi fontes potu infecit

et si afflauit deuritque obteritque quacumque incessit balistis petitur
possunt uerba dare et euadere post pusilla mala ingentibus obuiam
ire. Sic unius eger nec domum quidem perturbat ac ubi crebris
mortibus pestilentiam esse apparuit conclamatio ciuitatis ac fuga
est et diis ipsis manus intenduntur. Sub uno aliquo tecto flam
ma apparuit familia uicinique aquam ingerunt at incendium
uastum et multas iam domos depastum parte urbis obruitur.
Crudelitatem priuatorum quoque seruiles manus sub certo crucis pe
riculo ulte sunt Tyrannorum gentes populique et quorum erat malum et hii
quibus imminebat excidere aggressi sunt aliquando sua presidia in
ipsos consurrexerunt perfidiamque et impietatem et feritatem
et quidquid ab illis didicerant in ipsos exercuerunt Quis enim pot
ab eo quisquam sperare quem malum esse docuit non diu apparet
nequicia nec quantum iubetur peccat. Sed puta esse tutam crude
litatem quare his regnum non est non aliud est quam captarum
urbium forma et terribiles facies publici metus omnia mesta tre
pida confusa voluptates ipse timentur non conuiuia securi ineunt
in quibus lingua sollicite etiam ebriis custodienda est non spec
tacula ex quibus materia criminis ac periculi queritur. apparentur
licet magna impensa et regiis opibus et artificum exquisitis
nominibus Quem tamen in carcere ludi iuuent quod istud dii boni
malum est occidere seuire delectari sono cathenarum et ciuium
capita decidere quocumque uentum est multum sanguinis fundere
aspectu suo terrere ac fugare que alia uita esset si leones ursique
regnarent si serpentibus in nos ac noxissimo cuique animali da
retur potestas illa rationis inexperta et a nobis immanitatis crimine
dampnata abstinerent suis et tuta est etiam inter feras similitu
do morum apud homines aut ne a necessariis quidem rabies tem
perat sibi sed extrema suaque in equo habet quo plus exercitatur
singulorum deinde cedibus in exitia gentium serpere et inicere tectis
ignem aratrum uetustis urbibus inducere potentiam putat et

unum orandi iubere aut alicui parcere imperatorium credit nisi
eodem tempore grex miserorum subiectus stetit crudelitatem
suam in ordine cinctam putat felicitas illa multis salutem dare
et ad uitam ab ipsa morte reuocare et mereri clementiam
qui ciuicam non potest nullum ornamentum principis fastigio dignius
pulchriusque est quam illa corona ob ciues seruatos non hostilia ar
ma detracta uictis non currus barbarorum sanguine cruenti
non parta bello spolia hec diuina potentia est gregatim ac
publice seruare multos autem occidere et indiscretos incendii
ac ruine potentie est

De clementia

Ut de clementia scriberem nero cesar una me uox
tua maxime compulit quam ego non sine admira
tione et cum diceretur audisse memini magne le
nitatis que non composita nec alienis auribus subito data
erupit et bonitatem tuam cum fortuna tua litigantem
in medium adduxit animaduersurus in latrones duos burrus
prefectus tuus uir egregius et tibi principi notus exigebat
a te ut scriberes in quos et ex qua causa animaduerti uelles hoc
sepe dilatum ut aliquando fieret instabat inuitus inuito cum
cartham protulisset traderetque exclamasti uellem litteras
nescirem o dignam uocem quam audirent omnes gentes que
romanum imperium incolunt queque iuxta iacent dubieque lib
ertatis queque se contra uiribus aut animis attollunt o uocem
in contione omnium mortalium mittendam in cuius uerba prin
cipes regesque iuramentum faciant o uocem publica generis hu
mani innocentia dignam cui redderetur antiquum illud seculum
hunc profecto consentire decebat ad equum bonumque et expulsa
alieni cupiditate ex qua omne animi malum oritur pietatem integ
ritatemque cum fide ac modestia surgere et uitia diuturno abusa
regno tandem felici ac puro seculo dare locum. Futurum hoc Cesar ex

magna parte sperare et confiteri libet. Tardet ista animi tui
mansuetudo diffundetur que paulatim per omne imperii corpus et
cuncta in similitudinem tuam formabuntur. A capite bona vali
tudo inde in omnes vegetata sunt atque erecta aut longore demis
sa prout animus eorum vivit aut marcessit et erunt cives erunt
socii digni ac bonitate et in totum orbem recti mores revertentur
parcetur ubique manibus tuis diutius me immorari hic patere
non ut blandiar auribus tuis nec enim hic michi mos est ma
luerim veris offendere quam placere adulando. Quid ergo post
id quod bene factis dictisque tuis quam familiarissimum esse te cupio
ut quod nunc natura impetus est fiat iudicium illud mecum consid
ero multas voces magnas sed detestabiles in vitam humanam
pervenisse celebresque vulgo ferri ut illam oderint dum me
tuant cui grecus versus similis est qui se mortuo terram misceri
ignibus iubet et alia huius note ac nescio quomodo ingenia in
mania et invisa materia secundiori expresserunt sensus ve
hementes et concitatos nullam adhuc vocem audivi ex
bono lenique animo sani. Quid ergo est ut raro invitus et cum
magna cunctatione ita aliquando scribas necesse est illud quod tibi
in odium litteras adduxit. Sed sicut facis cum magna cuncta
tione cum multis dilationibus ne forte decipiat nos speci
osum clementie nomen aliquando et in contrarium abducat. Videamus
quid sit clementia qualisque sit et quos fines habeat. Cle
mentia est temperantia animi in potestate ulciscendi vel
lenitas superioris adversus inferiorem in constituendis pe
nis. Plura proponere tutius est ne una diffinitio parum rem com
prehendat et ut ita dicam formula excidat. Itaque dici potest et
inclinatio animi ad lenitatem et pena exigenda. Illa diffinitio
contradictiones inveniet quamvis maxime ad verum accedat. Si
dixerimus clementiam esse moderationem aliquid ex merita ac de
bita pena remittentem reclamabitur nullam virtutem cuiquam

Nota quid est clementia

nimius debito faciet. At qui hec omnes intelligunt clementiam esse
que se flectit citra id quod merito constitui posset, hinc contrariam im
pii putant severitatem. Sed nulla virtus virtuti contraria
est. Quid ergo opponitur clementie? Crudelitas, que nichil aliud est
quam atrocitas animi in exigendis penis. Sed quidam vero exi
gunt penas crudeles tamen sunt, tamquam qui ignotos homines
et obvios non in compendium sed ob cedendi causa occidunt, nec
interficere contenti seviunt ut Osyris ille et Procrus et pirate qui
captos verberant et in ignem vivos imponunt. Hec crudelitas quidem,
sed quia nec ultionem sequitur — non enim lesa est — nec peccatori alicui iras
citur, nullum enim antecessit impetus exigendis intemperantiam ani
mi possumus dicere non esse hanc crudelitatem sed feritatem. Cui
voluptati sevitia est, possumus insaniam vocare. Nam varia sunt
genera eius et nullum certius quam quod in cedes hominum et laniati
ones pervenit. Illos ergo crudeles vocabo qui puniendi causam
habent, modum non habent, sicut et Phalari, quem aiunt non quidem
in homines innocentes sed super humanum ac probabilem modum
sevisse. Possumus effugere cavillationem et ita finire ut sit cru
delitas inclinatio animi ad asperiora. Hanc clementia repellit lon
gius stare a se, nam severitatem illi convenire ad rem certum
est. Pertinet querere hoc loco quid sit misericordia. Plerique enim ut vir
tutem eam laudant et bonum hominem vocant misericordem.
Hoc autem vitium animi est. Utraque circa severitatem, circa quoque clemen
tiam posita sunt que vitare debemus per speciem clementie in
misericordiam. In hoc leviori periculo erratur, sed par error est a vero
recedentium. Ergo quemadmodum religio deos colit, superstitio violat, ita
clementiam mansuetudinemque omnes boni viri putabunt,
misericordiam autem vitabunt. Est enim vitium pusilli animi ad speciem ali
enorum succidentis. Itaque pessimo cuique familiaris est. Anus et
sunt mulierculae que lacrimis nocentissimorum moventur, que
si liceret carcerem effringerent. Misericordia non causam sed fortunam

spectat clementia rom̄ audit Scio male audiri apud imperitos
sectam stoicorum tamquam nimis duram et minime principibus
regibusque bonam daturam consilium obicitur enim illi quod sapien
tem negat misereri negat ignoscere hec si per se ponantur invisa sunt
videntur enim nullam spem relinquere humanis erroribus sed
omnia delicta ad penam deducere quod si est quid in hec scientia que
discere humanitatem iubet portumque adversus fortunam certissi
mum mutuo auxilio cludit Sed nulla secta benignior leniorque est
nulla amantior hominum et communibus bonis attentior ut propositum
sit usui esse aut auxilio nec sibi tantum sed universis singulisque
consulere Misericordia est egritudo animi ob alienarum mise
riarum speciem aut tristicia ex alienis malis contracta quam accidere inmerentibus
credi solet Egritudo autem in sapientem virum non cadit Sere
na enim eius mens est nec quicquam incidere potest quod illam obducat
Nichilque eque hominem quam magnus animus decet non potest autem
magnus esse idem si metus et meror contundit si mentem
obducat et contrahit hoc sapienti ne in suis quidem accidat calami
tatibus sed omnia fortune iram reverberabit et ante se franget
Eandem semper faciem servabit placidam inconcussam quod fa
cere non posset si tristiciam reciperet Adice quod sapiens et providet
et expedito consilium habet Numquam autem liquidum sincerumque ex
turbido venit tristicia inhabitalis est et despiciendas res ut illa
excogitando periculosa vitanda eque estimanda ergo non miseretur
quia et sine miseria animi non fit Cetera omnia queque miserentur
volo facere libens et alius animo faciet succurret alienis la
crimis non accedet dabit manum naufragio exuli hospitium egen
ti stipem non hanc contumeliosam quam pars maior horum qui
misericordes videri nolunt abiciat et fastidit quod adiuvat
contingique ab eis timet sed ut homo homini ex communi dabit
donabit lacrimis maternis filium et cathenas solvi iubebit et
ludo eximet et cadaver etiam noxium sepeliet sed faciet ista tamen tranquilla

mente uultu suo g⁹ non miserebit^r sapiens sed succurret ꝓ
proderit in cōmune auxiliū natus ac publicū bonū ex quo
dabit cuiqꝫ partem Etiam ad calamitosos ꝓportione improban
dos et emendandos bonitatem suam non permittet afflictis
uō et fortius laborantibus multo libencius subueniet Quo
ciens poterit fortune interdicit ubi enī opibus utet^r an uiribꝫ
quā ad restituenda quē casus impulit uultū quidem nō deic
iet nec aīmū cetiam omnibus dignis proderit et deorū more ca
lamitosos ꝓpicius respiciet Misericordia uicina miserie ē
enī aliqd trahit^r ex ea inbecillos oculos esse scias qui ad alienā
hospitiū hylaritatem semper arridē ridentibus et ad oīm
estimacōem ipm quoqꝫ os deducē Ita uiciū est animoꝝ mi
sericordia nimis miseria pauentiū qm̄ si quis a sapiente
exigit ꝓpe est ut lamentacōem exigat et alienis funerib⁹ gemi
tus at qr̄e non ignoscet uaciū est dicere Constituamus nunc
quoqꝫ quid sit uenia ut sciamus dari illam a sapiente nō
debere Venia est pene debite remissio hanc sapiens quare
non debeat dare reddunt rationem diuti⁹ quibus h ꝓposi
tum est Ego breuit^r tamqm̄ in alieno iudicio dicam et ignos
citur ei qui puniri debuit Sapiens aūt nichil facit qd̄ non
debet nichil pretermittit qd̄ debet Itaqꝫ penam qm̄ exigere
debet non donat sed illum qd̄ ex uenia consequi uis tibi est ser
uat et tibi uitam tribuit parcit enī sapiens consulit et cor
rigit et idem facit qd̄ si ignosceret nec ignoscit fatet^r aliquid
se qd̄ fieri debuit omisisse aliquem verbis tantū ammonebit
pena non afficiet etatem eius emendabilem intuens aliquē
in iude crimine laborantem iubebit incolumē esse quia de
ceptus est quia p uinū lapsus hostes dimittet saluos aliqn̄
ꝫ laudatos si honestis causis pro fide pro federe pro liberta
te in libellum acciti sunt h omnia non uenie sed clementie
opera sunt clementia liberū arbitriū habet non sub formu

la sed ex equo et bono iudicat et absoluere illi licet et quando uult
taxare litem Nichil ex hys facit tamquam iusto minus fecerit
sed tamquam id quod constituit iustissimum sit Ignoscere autem est
quem uideris puniendum non punire Venia debite pene remis
sio est Clementia hoc primum prestat ut quos dimittit nichil aliud
illos pati debuisse pronuntiet plenior est ergo quam venia et ho
nestior De uerbo ut mea fert opinio controuersia est de re quidem
conuenit Sapientis multa remittet multos parum sanos
sed sanabilis ingenii seruabit agricolas bonos imitabitur qui
non tantum rectas procerasque arbores colunt illis quoque quas
aliqua deprauabit causa adminicula quibus dirigantur applicant
alia circumcidunt ne proceritatem rami premant quasdam in
firmas uitio loci nutriunt quibusdam aliena umbra labora
tibus celum aperiunt uidebit quod ingenium qua ratione tractandum
sit quomodo in rectum praua flectantur

quid est ignoscere

Clementia plenior est quam venia

De remedyis fortuitorum

Licet cunctorum poetarum carmina tuum semper il
lustrent altum deliberans sed tibi opusculum pro
accidentibus casibus dirigere curaui quod non
precedentes sed posteri narrabunt Unde ergo
primum incipiamus dignum querere tibi uidetur a morte ab ultio
iniquus sine ei maximo ab hoc precipue genus humanum con
tremuit Nec immerito sibi narrabis fatere Ceteri enim timores
habent aliquem post se locum maiores autem omnia abscidit alia nos ter
rent mors omnia deuorat omniumque horremus exitus ad
hanc spectat aliorum per circuitum etiam qui aliud se non timere
iudicant hoc timent Quodque aliud extimescimus habet aut

Sic ergo te forma remedium aut solacium
ut si quis tibi palam mortem minetur omnes auriculas

Nō putas dicta de morte

cuius eludas Morieris Ista hominis natura non pena est Morieris

hac condicione intraui ut exirem Morieris gentium lex est quod accepis

reddere Morieris peregrinatio est uita cum multum ambulaueris redeundum

est Morieris putabam te aliquid noui dicere ad hoc ueni huc ego huc

me singuli dies ducunt Nascenti michi natura posuit hunc

terminum Quid habeo quid indigner hec uerba intraui Morieris stul

tum est timere quod uitare non possis Istud non effugit etiam qui

distulit Morieris Nec primus nec ultimus omnes te antecesserunt omnes

sequentur Morieris hic est humani officij finis quis sanus exauctori

suo moleste tulit Quod ego nescio me esse animal rationale mortale

Morieris ad hanc condicionem cuncta gignuntur quod cepit et desinit Morieris

nichil graue est quod semel alienum est meum nomen hoc equidem cum

meo creditore contraxi de quo conqueri non possim Morieris Dij

melius quod nemo michi istud minari ipsi immortales pot

Ecce decollabis quid interest cesus moriar an in puncto Sed

sepe ferieris et multi in te gladij conuenient Quid refert

quam multa sint uulnera non potest amplius quam unum esse pestifer

Peregre morieris unde cumque ad inferos uia una peregre mo

rieris Ego quod debeo soluere paratus sum uiderit fenerator

ubi me appellet peregre morieris Nulla terra aliena mortuo est peregre

morieris Non est grauior foris quam domi sompnus peregre mori hoc

est in patriam sine uiatico peruenire

Sed iuuenis morieris optimum est antequam optes mori Sed

iuuenis morieris hoc unum est quod eque ad iuuenem quam ad

senem pertinet Non citamus ex censu nec exigitur numerus annorum

et adolescentes et inpubes eadem fati ducit necessitas optimum

est mori cum iuuat uiuere Iuuenis morieris fortassis aliam malo

te subducat fortuna et si nulli alij certe saltem senectuti Iuue

nis morieris Cuicumque ad extremum fati sui uenit senex moritur

Non enim refert que sit hominis etas sed que sit meta Iuuenis mo

rieris Non refert quot annos habeam sed quot acceperim Sed plus

uiuere nō possim

vivere non poſſim hec eſt ſenectus mea

Inſepultus iacebis quid aliud hic reſpondeam quam illud virgilianum facilis iactura ſepulcri Si michi ſenſio non pertinet ad me iactura corporis inſepulti Si ſenſio omnis ſepultura tormentum eſt Inſepultus iacet Quid interest ignis me an fera conſumat an tempus omnium ultima ſepultura Iſtud non ſencienti ſuperuacuum eſt ſencienti onus Inſepultus iacet ac tu obrutus ac tu combuſtus ac tu incluſus ac tu putridus at tu euiſceratus et conſtrictus aut traditus lapidi qui te paulatim edat et exſiccet nulla eſt ſepultura Non ſepeliemur ſed pitiem Non ſepelieris quid in re tutiſſima trepidas ultra penarum omnium ille locus terminus eſt ut vite ſed multa debeamus morti nichil Non defunctorum cauſa ſed vivorum inventa eſt ſepultura ut corpora viſu et odore feda amoverentur Alios terra obruit alios flamma conſumpſit alios lapis ad oſſa redacturus incluſit ſic noſtris oculis proſpicimus non corporibus indulgemus

Egroto Venit tempus quo experimentum mei caperem ſio minari tantum aut in prelio vir fortis apparet Exhibet ſe in lectulo virtus Egroto Non iſtud michi debet toto ſeculo fieri aut ego febrem relinquam aut ipſa me, ſemper una eſſe non poſſimus, Egroto, Cum morbo michi res eſt, aut vincet, aut vincet,

Male de te opinantur homines ſed mali. Moveret ſed aliter moveret ſi de me marius, ſi cato, ſi lelius ſapiens, ſi alter catho, ſi ſcipiones duo iſta loquerentur, Nunc malis diſplicere laudari eſt Non poteſt ullam auctoritatem ſentencia habere ubi qui dampnatus eſt male de te loquitur Male de te loquuntur, Moveret ſi hec iudicio facerent nunc morbo faciunt Non de me locuntur, ſed de ſe, Male de te loquuntur, bene enim neſciunt loqui, faciunt, non quod merear, ſed quod ſolent,

Exulabis cras cum omnia feceris, patriam meam triſte

nota quod ſi mali dicant male de te non debes moveri

nota quod malus loquitur male de te loquitur

non possum. Omnium una est, extra hanc Nemo proficisci solet. Exulabis. non patria michi interdicitur sed locus. In quamcumque terram venero, in meam venio. Nulla terra exilium est, sed altera patria est. Non eris in patria. patria est, ubicumque bene est. in homine, non in loco est. In ipsius enim potestate est, quid sit illi fortuna. Si enim sapiens est peregrinatur si stultus exulat. Exulabis altius mutatus loco dominabis.

no dolor imminet

Dolor imminet. Si exiguus est, feramus. levis est patientia. Si gravis est feramus non levis est gloria. clamorem dolor exprimit. non potest homo par esse dolori. nec rationi dolor. durus est dolor. Immo tu mollis. pauci dolorem ferre dolore potuerunt. Simus ex paucis In becilli natura simus. Naturam infirmari noli. Illa nos fortes genuit. fugiamus dolorem. quod quo ille sequitur fugientem.


Paupertas michi gravis est. Immo tu paupertati. non in paupertate vitium est. sed in paupere. Illa expedita est. hylaris. tuta. si te non opinione relaborare pauperes, quia vidis

no q pecunia facit hominem superbum

pauper sum. Nichil deest avibus. pecora in diem vivunt. feris in alimentis solitudo sua sufficit. Accepit ille grandem pecuniam, ergo fecit superbiam. Non sum potens. grande impotens non eris Iniuriam accipere potero. Gaude facere non potis. magnam pecuniam habet, hominem illum indicas archa est. Quis erratio pauit plenis nudus loculis. et iste quem divitem existimas pecunie loculus est. Multum habet utrum avarus an prodigus sit. Si prodigus non habebit. Si avarus non

no bene q aliud latet q ins patet

habet. Iste quem tu felicem cunctis admirantibus credis sepe dolet. sepe suspirat. Multi illum comitantur. Ymel musce sequuntur. cadavera lupi. frumenta formice. predam sequitur ista turba non hominem.



Pecuniam perdidi. fortasse te illa perdidisset. pecuniam amisi Si habuisti. pecuniam perdidi. habebis uno periculo minus. pecu-

mam perdidi. O te felicem si tum illa avaritiam perdidis-
ses. Sed si manet illa apud te, es tamen utcumque felicior, quod tan-
to malo materia subducta est. Pecuniam perdidi. Pecuniam quando per-
didisti, et illa quoniam multos. Eris nunc in via expeditior, domi
tutior. Non habebis, sed non timebis heredem, exoneravit
te fortuna, si intelligis, et tutiore posuit loco. Dampnum pu-
tas, remedium est. Defles genus, miserum te clamitas, quod opi-
bus excussus es. Tuo vitio ista tibi iactura tam tristis est. Non
tam moleste ferres, si tamquam perditurus habuisses. Pecuniam
perdidi. Nempe quam ut tu haberes, alius ante perdiderat. Oculos
perdidi. Habet et nox suas voluptates. Oculos perdidi, quibus
multis cupiditatibus via inclusa est. Cum multis hominibus
carebo, quos nec videre vellem et erudiendi erant. Non intel-
ligis partem innocentiae esse cecitatem, hinc oculi adulterium
monstrant, hinc incestum, hinc domum quam concupiscat, hinc
urbem, irritamenta maiorum, duces scelerum.

Amisi liberos. Stultus es. Quid fles mortem mortalium? Quod istic
novum aut mirum est? Quam rata est sine isto casu domus? Quid si
infelicem vocas arborem quo stante ipsa cadunt poma, et hic
tuus fructus est. Nemo extra ictum vulneris positus est. Du-
cuntur ex plebia domo immatura funera, ducuntur ex regia. Non
est idem ordo fati qui et etatis. Non quomodo quisque venit
exit. Quid hic est tamen quod indigneris? Quid contra ex-
spectationem tuam evenit? Precere perituri. Sed ego illos sup-
stites optaveram. Sed hoc tibi nemo promiserat. Perierunt
liberi mei. Habebant illi avus essent magis quam tu apud te pre-
cario morabantur. Educandos tibi illos fortuna mandaverat,
recepit illos, non abstulit. Naufragium feci. Cogita non quod
perdideris, nudus exiisti, sed evasisti. Omnia perdidi. Sed cum omnibus
perire potuisti.

In latrones incidi. Alius in accusatores, alius in furores

nota noli querere quod inveniens gaudeas quod effugiens

alius in fraudatores plena insidiis via est. Noli querere
quod inveniens gaudeas quod effugiens. Inimicos graves habeo quomodo
adversus feras munimenta conqueris. Quomodo adversus serpen
tes sic adversus inimicos auxilia circumspice quibus illos ac
arceas aut compescas aut quod optimum est places. Inimicos habeo
illud est peius quod amicos non habes. Amicum perdidi inquit

nota de amicis perditis

Jam aut te habuisse certum est amicum perdidi alium quere et
ibi eum queras ubi invenias Quere inter liberales artes Inter
honesta et recta officia Quere in laboribus ad mensam res ista
non queritur Quere aliquem frugi perdidi amicum fortem animum habe
si unum. Erubesce si unicum Quid tu in tanta tempestate ad
unam anchoram stabas. Uxorem amisi utrum inveneras bonam
an feceras Si inveneras habere adhuc te posse ex hoc intelligas
licet quod habuisti si feceras bene spera res periit. Salvus est artifex

nota de artifice qui perdidit uxorem

amisi uxorem bonam quid in illa probabas pudicitiam quam
multe diu custoditam perdiderunt tectis. Quam multe inter
probas matronalis ordinis esse reperiunt inter exempla nomina
torum delectabat te fides eius Quam multas ex optimis coniugibus
pessimas videmus ex diligentissimis solutissimas ex liberalissimis
rapacissimas Omnium quidem impetorum animus maxime tamen
in lubrico muliebris est Etiam si bonam uxorem habuisti non po
tes affirmare in illo eam permansuram fuisse proposito Nichil
est tam mobile quam feminarum voluntas Nichil tam vagum
veterum matrimoniorum repudia cognovimus et fediores divortio
male coherentium rixas quam multe quos in adolescentia ama
verunt in senectute usque totum reliquerunt Quotiens anile di
vortium risimus quam multorum notus amor odio novercae mu
tatus est Sed hec fuit bona et fuisset si vixisset Mors afferat ut
affirmare sine periculo possis Bonam uxorem amisi Invenies
si michi queris nisi bonam uxorem Tu modo ne ymagines panosque
respexeris nec patrimonium tuum Iam ipsas nobilitas primo loco

cessit ista diu cum forma non repugnabunt facilius reges animi
in illa vanitate rex non timentem | Non multum abest a contemp
tu viri que feminis suspicit ac bene institutam nec maritus inq
natam vitijs non tamen auriculis utrimque bona patrimonia dependunt
numquam margarite sufficerent non tamen minus sit in dote nu
quam in veste numquam in patente sella circumlatam per urbem et
ab omni parte eque numquam maritus inspexerit tamen Cartinis domus
non sit augusta hanc facile ad mores tuos redigens quam non dum
corrumpunt publici corruptores Uxorem bonam amisi non
erubescis flere et intollerabilem vocare iacturam | Hoc unum deest
ut illum lugeas Cum maritum te cogitavis et te virum cogita Amisi
si uxorem bonam Sorte bona non reparari potest nec mater
uxor adventicium bonum est Non est inter illa que semel veniunt
contingunt multos tibi nominare possim quibus bonam uxorem
lugentibus contingit melior mors exilium luctus dolor non sunt
supplicia sed tributa vivendi | Neminem illesum fata transmisere
vivunt felix est non qui alijs videtur sed qui sibi videtur autem quam in
domo sit ista felicitas Amen

Sermo de corpore xpi

Memoriam fecit mirabilium suorum mi- et mi-
-co est de- tu- se ps- x°. Tria sunt preconia ex
quibus solent principes spiritualiter commen
dari / Primum est potencia quia principatus non est nisi que
dam ciuilis potestas / Ubi dicit Sap. pru xiiij c. / In mul
titudine populi ponitur dignitas regni et paucitate plebis
ignominia Regis principis / Secundum preconium est clemen
cia quia potentia sine clementia uertit principem in tyra
nnum / Ideo dicebat artaxerses rex maximus hest xiij Cu
gentibus plurimis imperarem et uniuersum orbem iurisdictio
nee subiugassem nequaquam uolui magnitudine abuti de
mentie potentie sed clementie et bonitate gubernare sub
iectos / Tertium preconium est magnificentia / Magnificentia est
enim uirtus solum principibus conueniens / Ideo dicitur hester
p° q Imperator assuerus fecit cenam magnam principibus
suis et in ea fuit ministratum habundanter et precipue secundum
quod magnificentia regia dignum erat / Et quia xpus dominus
est princeps regum terre apoc. j° / Ideo excellenter potest ab
hoc triplici preconio commendari Et specialiter in sacram
to diuinissime eukaristhe / Quia primo ostendit in eo suam
omnipotentiam quia non est maioris uirtutis mundum creare
de nichilo quam substantiam totam panis subito in suum
corpus incorruptibile per uerba conuertere / Ideo premittitur in verbo
proposito Memoriam fecit / Opera mirabilia declarant diuinam
potentiam pro quibus propheta in ps c xxxviij. Confitebor
tibi quia terribiliter magnificatus es mirabilia opera tua
et anima mea cognoscet nimis / Secundo xpus ibi osten
dit suam clementiam quia ibi semetipsum totum dedit tam
dignis quam indignis Et ideo sequitur misericors et miserator

Nota quod potentia sine clementia est tyrannia

Nota quod magnificentia est enim uirtus solum principibus

dominus de qua clementia dicit pph'a in ps. c xliiij Sua
uis dns vniuersis miseracões eius super omia opera eius.
Tercio ibi xpus ostendit summe suam magnificentiam quia
ibi statuit dare vnu ferculu qd in se habuit plus de preciosi
tate qm toti sui regni. Ideo ait pph'a in eod ps istam extol
lens magnificentiam oculi omnium in te sperant dne et tu das
escam illis in tempore oportuno etc. Et apcio manus in prin
cipe designat magnificentiam. Vnde dicit oculi omni in te
sperant dne et adiungit apis tu manu tuam et imples ome
animal benediccione. Cum ergo circa sacramenti eukaris
tie est presens solempnitas. Idcirco ad istius sacri misterii
declarandum occurrunt quatuor contemplaciones. Prima est de
istius sacri entitate. Secunda de eius vnitate. Tercia de eius ve
ritate. Quarta de eius bonitate. Quantum ad primam contemp
lacionem que est de ipsius sacri entitate est intelligendum
qd sicut dicit btus grego in omel' pascali in hoc sacro est aliud
qm qd cernit et aliud creditur qm creditur. Id qd cernitur
est species panis in hostia est species vini in calice. Id qd
creditur est veritas carnis et sanguinis xpi. Intelligendum
tamen qd sub specie panis q cernitur in eukaristia quatuor
esse credunt. Primo creditur ibi esse corpus xpi ex vi uerbi quia
verba consecracionis de solo corpore faciunt mentionem. Secundo
est ibi sanguis xpi ex concomitantia inmediata quia sanguis
disponit corpus inmediate ad uitam. Tercio est ibi aia
xpi ex concomitancia propinqua quia licet anima non viuifi
cet corpus ni sanguine mediante tn ptinet ad eandem
naturam. Et ideo concomitatur ipsm propinque. Quarta est diuini
tas verbi ex concomitancia remota quia licet diuinitas
cum tribus precedentibus faciat vnu suppositum tm non perti
net ad vnam naturam. Sed ex istis excipiuntur due catholi
ca documenta. Primum enim est qd sanguis xpi non solum est

apcio manus principis signat magnificenciam

de corpore xpi

de sanguine xpi et corpore xpi

in calice sicut aliqui ymaginant' et corpus tantu in hostia p
mo totus sanguis est vere in hostia quia ex quo xpus resurrex
sanguis eius non fuit int' corpus suu | Secdm documentu q
vobis est institucio eccl'ie moderne cu eni in primeua eccl'ia sacra
mentu hoc sub utraq3 specie toti populo ministraret' quia tamen
circa spes vini multa pericula effusionis acciderent | institutum
est ut sub specie tantu panis comunicetur quia sub qualibet spe
de Calice | tam corporis qm sanguis suscipit' | Intelligendum ulterius
qd in calice intelligunt' esse iiijor scd' licet alio ordine | quia
primo est ibi sanguis ex uirtute verbor pro eo qd verba co
secracionis faciunt mencionem | Scdo credit' ibi esse corpus xi
ex concomitancia immediata | quia corpus est sanguis in medi
atu receptaculu | Tercio ibi credit' esse anima ex concomitancia
propinqua quia ptinet ad eand' natam humana | Quarto credi
ibi esse diuinitas ex concomitancia remota quia non pertinet
ad eandem natam huanam qmuis ad idem suppositum | Scd
hic accipiunt' alia duo documenta catholica | Primu est cu qd
sit ad qd hic cernit' | et hoc qd credit' oculis mentis in hoc
sacro non est ord dirigenda ad id qd hic cernit' tantu quia
illud est dignu adoracoe | Secdm documentu quia verba con
secracois secrete proferunt' a sacerdote hostia non est ado
randa donec eleuatur uel adorat' a sacerdote quia non dum
constat ibi esse corpus xpi propter pictm ydolatrie | Quod aut
ista quatuor que sunt in hoc diuinissimo sacro probatur p
btm Ambrosiu in libro de sacris qui dicit q illa que fuerunt
in utero uirginis inueniuntur in hoc sacro qd uere ista fue
runt in virginis utero probat' per Ans. in libro de utro
virginali | Et ista iiijor ibi esse significat saluator nr Jo. vj
dicens | Ego sum panis uiuus qui de celo descendi per hoc
eni qd dicit panis dat intellige corpus | per hoc qd dicit
viuus dat intelligere animam | per qm corpus uiuificatur

et anima corpus sine sanguine viuificare non potest | ideo
subintelligitur hic sanguis | Dicit autem qui de celo descendi
propter diuinitatem | Sed circa dicta ista tanguntur iiij^or Ca
tholice veritates | Primo quod in hoc sacramento proprie non videtur oculo
corporali xpus | Quia aliud est quod cernitur et aliud quod creditur secundum
beatum g. g. | Et ideo cum ibi xpus esse creditur si cerneretur ibi id
esset quod crederetur et cerneretur | Ratio autem quare xpus ibi non cernitur
est quod accidentia que ibi cernuntur non sunt in corpore xpi sicut
in subiecto | Secunda veritas est quia licet proprie ibi non videatur xpus
tamen non errant infideles qui dicunt se vidisse dominum in mani
bus sacerdotis quia nullus erat cuius verba possunt veri
ficari eo modo quo verificatur diuina scriptura in qua dicitur
illud quod aliqui viderunt oculo corporali dominum sicut Moyses
dixit se videre dominum corporaliter | Cernendo rubum exodi iij.
non quod ibi videret diuinitatem sed quia diuinitas assis
tebat illi rubo et ita corpus xpi suo modo assistit speciebus que
in hoc sacramento cernuntur | Tercia veritas quod si beatus petrus cele
brasset missam in triduo mortis xpi cum in cena fuerit
ordinatus sacerdos tunc in hostia non fuisset credita nisi
duo scilicet xpi corpus et eius diuinitas quia tunc caro xpi
erat mortua et ideo tunc eam anima non concomitabatur
nec etiam sanguis | qui iam effusus erat super terram et
corpus in sepulcro et anima in inferno et ideo illic sanguis
et anima non fuit nisi per concomitantiam tunc ibi non
fuissent tamen quia diuinitas in morte remansit vnita corpori
ideo non fuisset ibi ex tali concomitancie | Quarta veritas est   S. jacobus
quod si beatus jacobus qui primo missam ordinauit dixisset mis
sam in hoc triduo tunc in calice non fuisset nisi sanguis quia
ibi non est corpus et anima nisi per concomitanciam et tunc
corpus erat a sanguine separatum et anima similiter nec dei
tas fuit ita vnita sanguini sicut carni quia remansit

comunicatio p[ro]domatu que peruenit ex tali unione ut habe
atur p[ri]mo determi[natio] Non enim verum est dicere hoc de sang
wine demonstrato | Iste sanguis effusus est deus | sicut p[ro]pt[er]
sepulturam corporis dicimus deum fuisse sepultum et no[n]
in cruce remansisse sicut remansit ibi sanguis | Et istius
r[ati]o est quia corpus est principalius hominis pars et non

Qn sacerdos vult aliquem co[m]icare q[ua]lia sunt dicenda utroque

sanguis | Intelligendum tamen est q[uo]d q[uando] sacerdos deferens
corpus xpi ad co[m]municandum fidelem dicit ei sacerdos cre
dis hic esse corpus xpi de virgine natum et in cruce passum
v[erum]q[ue] | et sacerdos interrogans et fidelis respondens debet
intentionem suam derigere ad idem q[uo]d credit[ur] non ad id q[uo]d
cernit[ur] alit[er] q[uod] erraret utiq[ue] | Quia id q[uo]d cernit[ur] non e[st] cor
pus xpi s[ecundu]m b. gg. | Intelligendum est ulterius q[uod] simplices
sint promi instruant[ur] ad dirigendum sicut intentum ad illa
que cernuntur | Et tucius videretur dicere Credis hic esse
corpus xpi et tunc posset intentio ferri ad id q[uo]d cernit q[ui]a
in spe[cie]bus illis quas cernimus est uerum corpus xpi | T[ame]n
quando quis dirigit intentionem suam ad fidem eccl[es]ie in
co[m]muni tunc nullum videtur p[er]iculum esse | Sed tunc remanet

Xn sanguis xpi e[st] venerandus in reliquiis p[re]ter eukaristiam

dubitatio si sanguis est venerandus in aliquib[us] reliquiis
p[re]ter eukaristiam | Dicunt aliqui q[uo]d non quia xpus totum
sanguinem resumpsit tamen non videtur inconveniens si ali
qua pars eius remansit cum non indigeret tanto sang
wine corpus glorificatum et id venerari pot[est] | Sed dubita
tio est si talis sanguis est venerandus sicut eukaristia et
dicit[ur] q[uo]d non quia non unitus diuinitati est sicut nec i[n]
triduo mortis | Vnde sic in triduo nullus debuisset adorare
talitem s[ecundu]m latriam eo quod ibi non erat diuinitas uni
ta | Ita nec sanguinem istum qui est separatus a corpore
xpi cum in eukaristia sanguis est coniunctus et ideo calic[em]
sacramenti sicut et hostiam adoramus | Circa secundam

contemplacionem de istius sacramenti unitate est attendendum quod vni
tas istius sacramenti non est unitas simplicis sed integritatis in
eo in continuantur secundum premissa quedam primicerii ultima
Intelligendum tamen quod sicut iiijor solent requiri in quolibet
naturali Efficiens materialis formalis et finalis Ita ad integri
tatem huius sacramenti hec iiijor concurrunt Ita quod materia istius sacramenti
est panis in hostia et vinum in calice formalis autem verba con
secrationis Efficiens sacerdos ordinatus loquendo de efficiente
ministeriali quia principalem constat esse deum finis autem
est intentio debita conficiens Et ideo quia ista iiijor ibi requi
runtur ut altero eorum deficiente nichil ibi fiat Ideo dicitur
in libro de regulis theologie Regula xi quod ad hoc quod
panis conuertatur in corpus xpi requiritur quod sit in pane
materia in verbis forma in agente intentio in persona
ordinatio Et secundum ista iiijor consideraciones quarum
est prima de efficiente scilicet ministeriali de qua nunc lo
quimur nullus potest conficere id altissimum sacramentum nisi
sit sacerdos per episcopum ordinatus quia paulus apostolus Cum
ordinasset episcopum ex hoc sibi dedit auctoritatem ordinandi
sacerdotes vt ad ti. i c. huius rei gratia reliqui te crete ut ciuita
tes presbiteros quod frustra factum fuisset si sine episcopo sacerdos
ordinari potuisset ex quo excluditur error valde iniquus
verissime qui consecracionem istius sacramenti omni fideli et u
triusque sexus committunt Sed circa istam causam efficien
tem Solent fieri quatuor questiones Prima est Si sacer
dos hereticus potest conficere dicitur quod sic quia illud sa
cramentum fit in fide ecclesie et non in fide unius singula
ris persone secundum b. ambrosium vnde licet discredit euka
ristiam conficit tamen eam Secunda si sacerdos excommunicatus
et dicitur sic multomagis quia si excontumatia ad xpm
non impeditur hoc sacramentum in sacerdote malo nec

Quatuor que concurrunt ad integritatem sacramenti

Sacerdos nisi ordinatus

Sacerdos hereticus an possit conficere

Sacerdos excommunicatus an possit conficere

de irregulari

nec ex contumacia ad eccliam | Tercia si sacerdos irregularis pt
confitere dicit qd sic quia irregularitas est pena iuris hũai
et auctas conficiendi practicans iuris diuini et io illa non
potest illam auferre sicut nec ius hũanũ potest auferre di

ius humanũ non vero diuino

uinũ | Quartus si sacerdos degradatus potest dicit qd non de
iure licet tantũ de fcto | Oppositum videat quia caracter sacer

de dégrdato

dotalis in quo consistit practica conficiendi est indelibilis A
lioquin si deleret per degradationem et talis sacerdos absolue
tur a pena degradatõis posset itez ordinari cum tam non sit
iterabile ordinis sacrm ẽ tunc verba degradationis de illa ratõe
pticant essent referenda ad ptatẽ ordinatam cum ad ptatẽ
absoluendam si dominus preciperet vni degradato qd celebraret
sine aũt ulteriori ordinatione putat qd conficeret quia sacrm
ordinis est adeo institutũ et pena degradatõis ab humano
iure | Sed remanet dubitatio si sacerdos malus celebrans est

An sacerdos malus sit audiendus celebrans

audiendus | Dicit quod si constaret ipm esse in mor̃ li pcto
non quia peccat celebrando mortaliter Et ideo non est ei con
sentiendum in tali actu | Sed hoc non credo quia contritio cor
dis interior est occulta et repentina ideo propter peccata ma
infesta non est dimittend' ii de scandalo dubitet | Sa dubitatio

Si excõicatus sacerdos sit audiendus celebrans

si sacerdos excõicatus est audiendus dicit qd non quia con
tritio occulta penam iuris extrinsecam non potest euacuare
corpus aũt xpi sic est venerandum in manu sua sicut alterius
quia ita vere conficit a malo sicut a bono vero ministro | Qrtũ
ad causam materialem istius sacramenti | Primo uidendum
est de matia in hostia | Scdo de materia in calice | Circa primũ

q sit panis triticius

materia istius sacramenti est panis triticius vnde si conficeret
in pane ordei uel spelte non fieret quia vnius sacramenti est
vna materia in spẽ sicut nullus potest baptizari in vino uel

nullus potest baptizari nisi in aqua

aceto | Isti aũt panes differunt in specie sicut et semina ex quib
fiũt vnde nãm istius sacri iudicans Zacharias ppha d. ix. c

loquens de ecclesiastico ſacramento venuſta quidem eius bonū ut qe
pularum niſi frumentū eloꝝ eius et viniū gminās vigeis Sz
circa iſtam materiam requirūt' iiij^or katholica documenta | p^m
est qd xpus conſecrauit hoc ſacramentū inſtituens in azimis
ut dclat' aucte pmo ueteris teſtamenti quia ſcribit' exodi xij.
| qd deus precepit ɔmedi paſca cum azimis et xpus comedens
poſtq̄m in cena iſtud inſtituit ſacm ergo firmat' rōne quia leuit.
xxiij ſcribit' qꝫ xiiij die menſis pmi quo die xpus cenauit ad
ueſperum paſca dn̄i eſt et ſic paſca tunc ɔmeſtū cū azimis ede
bat' os' xxviij habetur idem dicū dicunt tamen greci qd in ue
qꝫ textu habeat' qd in craſtino ſcilicet xv die incipiebat ſolemp
nitas azimoꝝ et ideo cum xpus xiiij conſecrauit nō conſecrat iam
in fermento | Illud tamen dico quod iſta facilit' excludūt' quia
xpus propter imminentem paſſionem pocupauit paſca quod
xv. die edebat' et tunc obſeruauit ritum legalem | Sed aucte no
ui teſtamenti iſta veritas magis roborat' | Cum quia m̄t xxv.
ſcribit' qd pma die azymoꝝ paruerunt diſcipuli paſca tū qa
lū. xxij dicit' qd uenit dies azymoꝝ qui dicit' paſca qn̄ debe
bit' cena et ſic tempore azimoꝝ uidetur xpus confeciſſe quo
erat prohibitū omē fermētatū in lege dicunt tamen greci qd
btus m^a'. eſt in oppoſitum quia dicit qꝫ paſca et azima erat poſt
biduū et addūt qꝫ in hoc alios ewangeliſtas correxit | Iſtud tam
non eſt ad ppoitum quia qn̄ dic b. mar. poſt biduū tunc erat
in domo ſymonis leproſi adhuc et non dum uſqꝫ ad biduū
ſequit' cena dic aūt btus Jo. xxiij quidem in die paſſiois xpi
Judei non intrauerūt in ptoriū ne ɔtaminarent' | ſed manduca
rent paſca | Ex quo habetur qd xpus cenam pocupauit propt'
imminentem paſſionem et tunc comedit paſca ſicut in lege
erat preceptum cum azimis quia non fuit preceptum qn̄ azi
ma poſſet accipere aut dies azimoꝝ ſed fuit phitum omne
fermentatū poſtea | Iſta aūt omnia confirmant' tum quia x^c.

no 4^or documenta

no q deus pcepit comedi paſqua cū azimis

Nota fermentum quandoque accipitur

sumpsit fermentatum in mala n. s. cui sic significatione semper
accepit fermentum. Attendite a fermento phariseorum quod est
ypocrisis cap. xvi. Mat. viii et lu. xii. cum quia apostolus paulus
eodem modo loquens i chor. v. sic dicit Non in fermento ueteri
neque in fermento nequitie et malitie sed in azimis sinceri
tatis et veritatis.

Nota ecclesia latina vere conficit in azimis

Secundum documentum est quia ecclesia latina
vere conficit in azimis quia dicit b. Cipri. martir quod in hoc
sacramento nichil facimus quam quod xpus fecit qui ut patuit in azi
mis consecrauit.

Nota de ecclesia greca quod conficit

Tercium documentum est quod ecclesia greca vere
conficit in fermento quia azimum et fermentatum non dif
ferunt essentialiter et ideo utrumque est vera istius sacramenti materia
unde latini eucaristiam grecorum adorant quamuis illi turpiter
errant materiam non adorando.

Nota quod conuenientius conficiunt latini quam greci

Quartum documentum quod conue
nientius latini in azimo quam greci in fermento quia magis
conformantur xpo. Dicit enim b. p. in i. ca. sua quod qui dicit se in
illo manere debet sicut ipse ambulauit et ille ambulare. Omnis
autem qui sumit hoc sacramentum in illo debet manere sicut scribitur
Jo. vi.

De materia calicis

Circa materiam calicis dicitur quod materia illius con
secrationis est uinum de uite. Unde si quis in alio potu confi
ceret ut pote in vino malagranatorum aut pomorum nichil fa
ceret quia vinum sacri vinum est materia ut patuit supra. Et ideo
in hac materia xpus instituens hoc sacramentum dicebat m. xxvi. of
ferens calicem consecratum non bibam de hoc genimine uitis

Nota 4 documenta catholica

Sed circa istam materiam concurrunt iiii^or catholica documenta

i

Primum est quod xpus in calice consecrationis aquam admiscuit
quia tali mixto vino tempore sobrietatem creditur usus fuisse
et ab hoc est auctoritas b. Cipri. martiris quam beatus Aug.
allegat iiii. de doctrina xpiana ubi dicit quod xpus calicem
mixtum obtulit etc.

Nota quod non debet confici sine aqua

Secundum documentum quod nullus debet conficere
sine aqua calicem istum quia ad illud propositum dicit b. Cipri.
quod sic non aliud facimus in hoc sacramento quam quod xpus fecit. Unde

luc. xxij. hoc facite etc. Tertiũ documentũ qd ista aqua | 3 documentũ de aqua
mixta cũ vino non est de necessitate sacri sed de congruitate
unde sine ea sacerdos posset conficere de potestate absoluta
communis non de ordinata quia sicut panis est propria materia in | 4 documentũ quartum de incorporatione ecclesie
hostia ita vinũ in calice ¶ Quartũ documentũ quod ista significat
incorporationem ecclie in sanguine xpi dedicate qd dicitur
in apoc qd aque sunt populi quemadmodum in huius corporis
signũ de latere xpi dormientis sompno in cruce exiuit sanguis
et aqua. Jo. xix. ¶ Sed hic solent fieri due questiones prima est si aqua | Nota due questiones fiunt
mixta in vino consubstantiatur cum ipso in sanguine xpi dicitur
qd si aqua virtute vini est ante verbũ consecrationis resoluta
in vinũ tunc transsubstantiatur sicut et totus panis si autem non est aqua
resoluta in vinũ tunc non transfertur quia nullũ sacramentum habet
efficaciam nisi super materiam ¶ Materia autem propria illius consecrationis
non est aqua sed vinũ Et tunc remanet ipsa aqua speciebus vi-
ni circumfusa ¶ Secunda questio est quia tunc sacerdos an sit | 2a questio
post sumptionem dominici sanguinis non est ieiunus cum aquam
mixtam sumpsit et sic in illo casu non posset secundo celebrare
dicitur dicendũ qd ista parua aque quantitas non impedit
secundam celebrationem quia cito est resoluta ¶ Et tunc accipiuntur hic | Nota quod parum de aqua debet poni in calice
duo documenta utilia ¶ Primũ est qd parum debet de aqua
misceri in calice ut cito possit resolui aut vinũ virtuosum
habere qd valeat aquam cito resoluere ¶ Secundum documentũ quod
si sacerdos ex reuerentia dei os suũ lauans modicum preter in- | An sacerdos deglutiens parum de aqua possit celebrare
tentionem deglutiat sciant non prohibetur propter hoc a cele-
bratione quia talia minima resoluuntur ¶ Quintum ad causam
formalem primo de forma verborum in hostia et dicitur qd sic
in hostia sunt quatuor superius expressa scilicet corpus et | Verba efficiendi corporis xpi
sanguis anima deitas ¶ Ista quatuor sunt verba quibus
hostia consecratur primũ est pronomen demonstratiuũ hoc.
¶ Secundũ verbum substantiuum est ¶ Tertiũ est nomen substantiuũ corpus

Quartum est pronomen possessivum meum. Istam autem formam consecrationis tradidit xpus m̄t. xxvi. m̄r. xiiij. luc. xxij. Secundum quantum ad istam formam accipiunt quatuor catholica documenta. Primum est quod ista consecratio secundum formam primo facta fuit in lingua Ebraica quia illam linguam loquebatur xpus et apostoli eius. Secundum documentum quod ista consecratio deinde facta fuit in lingua greca quia primo post Ebreos greci sunt conversi ut habetur in actibus de grecorum viduis. Tercium documentum quod deinde facta fuit in latina quia b. petrus sic eam romanis tradidit. Unde in istis tribus linguis fuit scriptus titulus crucis xpi sic voluit aug. de trinitate dei. Et confirmatur quia matheus scribit hanc formam in ebreo Lucas in greco Marcus in latino. Jo. vero suam formam non expressit. Quartum documentum est quod ista consecratio posset fieri in omni lingua eadem ratione qua et in istis. Unde et apostoli habentes donum linguarum in singulis potuerunt formam tribuere. Sed tamen manet dubium quia canone tradita ecclesie a beato petro ponitur quintum verbum scilicet ista coniunctio enim. Et quia solum quatuor verba dantur quod illa coniunctio non pertinet ad formam consecrationis sed tantum continuat ad precedencia. Unde si obmitteret conficeret quamvis scienter obmittens peccaret mortaliter. Secundum dubium si per ista verba posset fieri consecratio nullo alio premisso dicit doctor subtilis quod non quia sic absolute prolata dant sensum ac si conficiens vellet conficere corpus suum sic xpus expressit ea et ideo quod sunt nec tria verba preambula per que significaret sacerdos hoc dicere non in persona propria sed ex reverencia recitative proferens et illud sic ab illo loco ut nobis corpus et sanguis fiat dilectissimi sibi etc. Circa formam consecrationis calicis sic per quinque vulnera sanguis exivit principaliter de corpore xpi secundum quod habetur in jo. ita per quinque verba fit consecratio ista. Scilicet pronominaliter sicut in hostia Et primum pronomen demonstrativum. Secundum est verbum substantivum et non demonstrando

Prima consecratio fuit in lingua Ebrayca

Nota quod xpus loquebatur verbis ebrayicis

Nota consecratio an fieri in qualibet lingua

Dubium est an solum per ista verba posset fieri consecratio

Nota forma consecrationis calicis

adverbialiter. Tercium est nomen substantivum in recto calix. Quartum
est nomen substantivum in obliquo sanguinis. Quintum est possessivum.
Ista forma legitur in registro tamen ad litteram sicut iacet non legitur
in aliquo ewangelistarum Math. xxvj. Mar. xiiij. Luc. xxij. Sed beatus
petrus istam formam ecclesie tradidit. Sed attendendum est quod
post verba ista consecrationis calicis ponuntur in canone beati petri
iiijor verba que designant virtutem sanguinis christi. Primum designat
virtutem quam habuit ad dedicationem testamenti novi quod in
eius sanguinem fuit dedicatum secundum apostolum ad hebreos. Et ideo dicit
novi et eterni testamenti. Secundum designat virtutem quam habet
ad confirmationem christiane fidei que in christi sanguine fuit radi
cata et ideo dicit misterium fidei. Tercium significat virtutem quam
habet ad redemptionem generis humani et ideo dicit qui pro
vobis et pro multis effundetur. Quartum designat virtutem quam habet
ad absolutionem peccati et ideo dicit in remissionem peccatorum. Secundum id
quod scribitur apoc. vij. Isti sunt qui venerunt ex magna tribula
tione et laverunt stolas suas et dealbaverunt eas in sanguine agni.
De istis autem iiijor verbis utrum pertineant ad formam consecrati
onis magni doctores dubitaverunt et ideo non est totum declara
re. ad v. verba precedentia in consecrando quia tunc nichil
ageretur. Ageretur si aliqua istorum ad formam pertinerent sicut
nec ille qui intenderet per medium verborum. In talibus autem
dubiis tutissimum est tenere intentionem suam in generali. Ad
intentionem ecclesie licet multum appareat racionabile quod ista verba
non sint de forma consecrationis sed solum v. sunt in hostia
iiijor illa. Quintum ad causam finalem dicitur quod finis nunc hic ac
cipitur pro consecrationis intentione ut intendat facere quod
fecit dominus noster ihesus christus et quod facit ecclesia quia dicitur luc. xxij. Hoc
facite in meam commemorationem. Sed circa istum finem acci
piuntur quatuor catholice veritates. Prima est quod ad confircien
dum istud sacramentum non requiritur intentio actualis quia secundum b.

Beatus petrus tradidit istam formam

De significatione verborum sanguinis christi

An sint de forma consecrationis

Nota 4or catholice veritates
[illegible]

Nota quod deus nullum obligat ad impossibile

jeronimum [Deus nullum obligat ad impossibile non est autem
in potestate nostra subito subtrahi dum proferimus verba conse
crationis ut experientur [Et ille qui est ad illa distractus non
potest ista actualiter cogitare nec per consequens intendere

2a veritas catholica

[Secunda veritas quod ad consecrationem istam non sufficit inten
tio habitualis quia tunc maneat in homine dormiente sic et
habitus tunc homo posset conficere verba debita proferendo

3a veritas catholica

[Tertia veritas est quod ad istam intentionem sufficienter re
quiritur intentio virtualis ut scilicet intendat cum movet
se ad celebrandum conficere et transeunte illa actuali intentione
dispositio derelicta ex ipso moveat inferiores potentias ad ex
sequendum illa que ibi sunt dicta sicut vadens ad ecclesiam et

4a veritas catholica

movetur ad eam quamvis non semper de ea cogitat [Quarta
veritas quod ad istam consecrationem non requiritur inten
tio spiritualis quod conficiens intendat bonum spirituale per
istud sacramentum est instinctum secundum b. dyoni. de angelica ierarchia
iii. Unde si intendit malus sacerdos lucrum temporale vel quodcumque
malum dum tamen intendat consecrare vere conficit
quamvis mortaliter peccet cum dicat in ps. xlix [Quare tu enar
ras iustitias meas et assumis testamentum meum per os tuum

De tertia contemplatione

[Circa tertiam contemplationem que est de istius sacramenti
veritate est intelligendum quod istius sacramenti veritas est in se
evidentissima cum potius sacramentis in scriptura veritatis sit
expressa [Tamen est mentibus nostris summe occulta pre
ceteris ecclesie sacramentis et ad istud invenitur ratio et exemplum Ratio
est quod transcendit propter suam sublimitatem intellectum nostrum
et ideo non intelligibile sibi proportionatum Exemplum autem
ad propositum quia sicut se habet oculus noctue ad lumen
solis ita habet se intellectus noster ad ea que sunt manifestis
sima in natura secundum Ar. Et quia istud sacramentum est occultissimum
idcirco sancti sunt multum conati ad declarandum ut enar

ut enarrarem dubia que circa istam materiam excitant
insipientes ¶ Et ad istud faciendum occurrunt quatuor con
sideraciones ¶ Prima est de istius sacri conversione ¶ Secunda de eius
extentione ¶ Tercia de eius locatione ¶ Quarta de eius impassibi
litate ¶ Quantum ad primam consideracionem occurrunt iiii.or obsta
cula insipiencium excecativa Primum est quod aliqui non possunt
videre quomodo subiecto substantia panis corporalis possit autem in
corpus xpi incorporale ¶ Sed huic obstaculo occurrit conside
ratio b. ambrosii in libro de sacramentis qui volens ostendere quod deus
potest convertere quodlibet in quodlibet per suam omnipotentiam ponit
multa exempla divine scripture ut quomodo mulier detersa vi
fuit facta et quomodo virga moysi in serpentem fuit facta ¶ Et con
firmatur illud per racionem quia plus distat ens et nichil
quam duo entia distant ab invicem secundum distanciam essen
tialem et tamen deus secundum omnem fidem potest aliquid ex nich
ilo facere ergo multo magis unum ens ex alio ente quodcumque
¶ Secundum obstaculum quia fideles non possunt intelligere quomodo tantum
quod ex quolibet quodlibet fieri possit quomodo aliquid continetur in pre
existens sicut corpus xpi preexistit conversioni ¶ Sed huic ob
staculo occurrit consideracio b. augustini in libro confessionum qui dicit
¶ In pane xpi manducabis me ¶ Et ego non mutabor sed tu
mutabis in me In similitudine autem sacri corporalis ita est
quod cibus quando convertitur in cibatum convertitur in preexistens suppositi
¶ Et ideo non est mirum si in proposito virtute divina fiat conver
sio preexistentis per divinam potenciam ¶ Tercium obstaculum est quia
insipientes non credunt nisi illa que sensu percipiunt et ideo
tunc xpus hic nullo sensu percipiatur esse ibi ab eis non credi
¶ Sed huic obstaculo occurrit consideracio b. gregorii in dialogo
ubi loquens petro qui mirabatur animam exeuntem de corpore
fratris morientis non videri Numquid quia animam
meam non vides me exanime esse credis et si dicatur

Marginal notes: Secundo 4 consideraciones — prima consideracio — Secundo verba augustini super consideratione — 3m obstaculum — consideracio b. gregorii

animam esse in nobis ex actibus talibus percipit. Ita diuinus
quod corpus xpi esse in hostia percipit ex actibus miniſtrantibus
eos qui indigne sumunt hoc sacramentum. Quartum obstaculum
quod ignorantes non capiunt quomodo facta conuersione panis in
corpus xpi accidentia panis sine subiecto possunt manere cum
accidentia habeant in se suam naturam. Sed huic obstaculo oc
currit consideratio b. aug. de trinitate qui dicit quod plus potest deus
quam intellectus noster possit intelligere accidens sine subiecto ipsius
et sensus uidet accidentia numquam uidendo substantiam ergo multo magis
uirtus diuina poterit unum ab alio sequestrare. Et confirmatur
ista deductio per rationem quia idcirco dicunt quod intellectus potest
multa sequestrare que non potest sensus quasi potentia magis
immaterialis et spiritualis sed potentia diuina est magis inma
terialis quam intellectus noster ergo magis erit sequestratiua ut
possit ista ab inuicem separare etc. Quantum ad secundam consideratio
onem de isto sacramenti extensione occurrunt duo obstacula
Primum est quod duri homines ad credendum non possunt intelligere quo
corpus xpi magnum potest esse infra ita paruam hostiam totum conten
tum cum ymaginatio non capiat maius infra minus corpus
totaliter contineri. Sed huic obstaculo occurrit consideratio
b. aug. in libro de quantitate anime qui probat animam maiorem
esse quam corpus quia totum mundi magnitudinem intra
se cogitare potest et ita infra se constituere et si anima cum sit
maior corpore tota est infra corpus modo a simili corpus xpi
cum est in hostia totum est intra ipsam non coartatum sine coarta
tum sed ita magnum et perfectum sicut in celo quadmodum cum visio
fiat in pupillo oculi ipsi in eam maximi montes uident. Secundum obsta
culum quia non possunt percipere tardi ad intelligendum quo
hostia diuidatur in confractione quin corpus xpi intra existens
frangitur et diuidatur quadmodum ad ceteris corporibus dimensio
nem sequitur diuisio sine uitetur. Sed huic obstaculo occurrit

consideratio b. aug⁹. in li° de spu et anima quia primo qd anima est tota in qualibet pte corporis et non diuidit' s'm corporis dimensionem et ita quia corpus xpi totu est in qualibet parte hostie ipm diuisa hostia non diuidit' sed totu remanet in qualibet pticula indiuisum Quemadmodu una sol' ymago in speculo apparet et qntumcumqz speculu frangatur non diuidit' ymago sed integra in qualibet parte remanz et sic cum hostia diuidit' in plures fideles comunicant' quilibz integre totu accipit corpus xpi Intelligendu tamen est qd ... sunt qui uniformiter primo deus in uniuersa qlibet se esse tot⁹ in qualibet mundi pticula que non habeant partes et omia vasa eius plena iouis ut recitat' in li° de Ciuit. dei. S°. Angl⁹ in corpe assumpto diuinitate sunt plena et hoc qntum ad fidem et rocin unde pagani dicebant omia plena iouis et recitat' in li°. de ciuit. S°. angelus in corpe assumptus quia non potest s'm alia et aliam parte cum partes non habeat sed s'm se totu est in qualibet pticula Tercia anima racionalis in corpe organico quia cum sit spual' ibi et in diuisibilis tota est in qualibet parte sui corpis non in maiori minor nec i maiore minor s'm qd dicit aug⁹ Quarto sic se habet corpus xpi in h° sacro ita ut sic tota anima est in qualibet parte corporis ita corpus xpi est in qualibet parte hostie totum Et per istu modu resoluit' dubia mota continei de eukaristia cum eni dicit quomodo potest corp⁹ magnu in ita paruo corpore contineri dicit' qd quia licent ee mo spuali quemadmodu deus cum sit infinite magnitudinis totus tamen continet' infra totu ymo totus in qualibet mia creatura Et cum supius dicit quare non diuidit' ex hostie fraccione quia habet esse modo spuali sicut angelus et assumpto corpe Et ideo licet illud corpus sitn dat' et diuidat' et non tamen diuidit' Circa ad tociam consideracionem ipius sacri localitate occurrut quatuor obstacula ignorancie impeditiua

Consideracio augusti

vide exempla naturalia

No° aia qlr' est in corpore eyglibz

4° obstacula

primum obstaculum istius sacri cognitionem. Primum est quia non possunt intelligere
xpm ad altare descendentem a de celo cum tamen dicat aug(ustinus)
quod donec finiatur seculum sursum est dominus. Sed huic obstaculo
consideratio aug(ustini) occurrit consideratio aug(ustini) sup(er) ... qui dicit quod dei filius veni
ens in virginem totus remansit apud patrem ut non divisus
esset apud eum et dimidius in virgine sicut veritas quam
mente concipimus cum ea docemus tota remanet apud
nos et tota transit in adiscentem. Sic in proposito est in hoc
dei corpore benedicto quod in sacro sit veritas in animo. Secundum
2m obstaculum obstaculum quia insipientes non possunt capere quomodo in tam brevi
momento sicut verba consecrationis proferuntur xpus possit
transire de celo empirio ad altare qui inestimabiliter distant. Sed
consideratio augustini huic obstaculo occurrit consideratio b. aug(ustini) sup(er) gen(esim) ad
litteram qui dicit quod subito dum oculus noster aperitur visibile
quantumcumque distans transitu velocissimo attingitur usque ad celum
ut non citius videantur sydera quam distantia et ideo virtute
divina non est mirandum si corpus xpi transeat subito in tan
ta distantia. Sicut in instanti fundit radios suos ab oriente in
occidens. Et agens quanto maioris virtutis citius movere potest
3m obstaculum Tertium obstaculum caliginem patientes non possunt cogitare quomodo
Nota modo unum corpus possit simul esse in diversis locis cum corpus
xpi sit in tot altaribus et tantum distantibus. Sed huic ob
consideratio hug(onis) staculo occurrit consideratio hug(onis) in li(bro) de sac(ramentis). Et ideo po
nit in natura esse non esse idem corpus in diversis locis
quia deus conditor nature corporibus legem non dedit
Et ideo cum quilibet legislator possit dispensare in legem
quam ipse statuit primo oppositum ordinare ita deus potest
4 obstaculum in universo. Quartum obstaculum in hebetes non possunt cogitare
quomodo duo corpora possent esse in eodem loco ut corpus
xpi sit infra dimencionem hostie nisi forte ponatur ibi
in aliqua concavitate. Sed huic obstaculo occurrit consi

ratio damaſc· in ſenten· ſuis ymaginem fit intimari cū   *ↄſideratio damaſc*
ſit corpus ſubtile | Et ita cum corpus xpi ſit ſubtilius igne
p dotem ſue rōnis melius poterat talibus dimenſionibus
intimari | nec debet ymaginari q° ſit in aliq̄ concauitate
quia ſi hoſtia eſſet concaua in illa concauitate non eſſet xpi
corpus ſicut in concauitatibus corpis nr̄i nō eſt anima intel
lectus | Et ulterius om̄a iſta magis patent ſi recurrat ad
modos eēndi in aliquo qui dati ſunt in precedenti ↄſide
ratione ſcđm quas et duo poſſunt eſſe in eodem loco ut angl⁹
et ſuū corpus et vnū in diuerſis ut tota anima in diuerſ   *2° duo q̄ duo ↄſiderī*
membris | Quantū ad quartam conſideratōem de illius ſa
cramti inpaſſibilitate occurrūt duo occulta qui impediūt
minus intelligentes ab illius notitia ſacri | Pmū eſt quia   *pmū obſt*
non poſſunt uidere qualiter corpus xpi non patiat̃ cum
hoſtia frangat̃ et multiplex aſcēt̃ | Sed huic obſtaculo oc
currit conſideratio ſapient' noui teſtamenti paulus apl's   *ↄ no q̄ ſatanas transfi guiat ſe in angelū luc*
jo· chor· xi· ipſe ſathanas trāſfigurat̃ ſe in angelū lucis | iſta
autem trāſfiguratio poteſt fieri per aſſumpcōem corporis
luc̄oſi et decora | et tunc ſi tali corpori addat̃ uel diminua
tur uel qualecūq; patiat̃ nullatenus ex hoc angelus bon⁹
uel malus patiatur et ita vere corpus xpi ſub hoſtia | Scđm   *2° obſt*
obſtaculum quia non poteſt concipere | quo corpus xpi ex
frequenti ſūpcōne ſucceſſiue non conſumat̃ | Sed huic ob
ſtaculo occurrit conſideratio ſapient' in ecc°· vij ubi loqs   *ↄſideratio ſapient*
de conſumacōe humani corpis anima incorruptibili p
manente dicit reuertat̃ puluis in terram ſuam unde erat
et ſpiritus redeat ad deum qui dedit illum Sicut enī ho
qui comedit̃ a leone anima non cōſumit̃ a ſacerdote corp⁹
xpi non cōſūit̃ ſed ſol' ſpēs panis unde ſicut corruptio eſt
hominis corrupto anima integra ſeparatur ita facta corruptiōe
circa ſpēs deſinit eſſe corpus xpi in loco illo vn̄ beatus an

dicas quod integer agnus iste postquam est a fidelibus comestus
integer permanet et vivus

de 4ta contemplacione quot oriuntur contemplaciones

Circa quartam contemplacionem
quia de istius sacramenti bonitate occurrunt iiij^or consideraciones
ex quibus declaratur bonitas istius sacramenti. Primum est de sacramen
ti istius celebracione. Secundum de eius institucione. Tercium de eius sus
cepcione. Quartum de eius perfectione.

prima consideracio

Quantum ad primam consi
deracionem de eius sacramenti celebracione est intelligendum quod est ce
leberrimum inter omnia sacramenta novi testamenti et ideo eius
officii celebracio. In hoc enim officio maxime imitatur militans
ecclesia ipsam triumphantem quia sicut in hac vita sunt insti
tuti sex ordines in ecclesia ad ministrandum sacerdoti ita in celesti
ierarchia sunt instituti vj ordines angelorum ad ministrandum
christo. Tres enim supremi ordines non sunt ministrantes sed assisten
tes secundum b. dyonisium de ce. ierarchia. Et ideo circa istam consideracionem
primo inquirendum circa istius sacramenti solempnitates secundo circa ipsius
similitudines. Quo ad primum est intelligendum quod in sacramento

secundo quot in sacramento sunt 4 solempnitates

probantur esse iiij^or solempnitates.

prima solempnitas

Prima est ex presencia trium
divinarum personarum. tota enim trinitas est presens huic sacramento sin
gulariter respectu tanti miraculi quod non potest effici nisi a tribus
personis modo mirabili quia sicut pater et filius et spiritus sanctus
sunt unum principium ita pater filius et spiritus sanctus creatur ex uno
[illegible] et singulari modo actus tam mirabili ad quem nulla alia vis potest
attingere.

2 solempnitas

Secunda solempnitas est ex presencia angelorum quia sancti doc
tores non dubitant ibi esse presenciam angelorum de celo descen
dencium unde dicit b. gregorius in omel. pascal. quis fidelium dubium
habere possit in illa immolacionis hora celum aperiri et angelorum
chorus adesse ad vocem sacerdotis.

3 solempnitas

Tercia solempnitas est ex pre
sencia sanctarum animarum quia sicut angeli et sancti christum comi
tantur quocumque pergat et ideo dicit b. ieronimus contra vigilantium
reprobante animas sanctorum in hoc mundo comitantur christum quocumque
ierit inducens tamen maiores sequuntur agnum quocumque ierit. Et ideo

vere veniant ad istud sacramentū ipm̄ ibi sequit(ur) s(ecundu)m de
ductōem ſeo. ¶ Quarta solempnitas est p(ur)itas m(at)ris xpi que est
Regina virginū sicut dicit Ier(onimus). ubi supra istud officiū exodi
x fuit priuilegiū virginū ex sua puritate dicit et virgines sūt
sequuntur agnū quocūq(ue) ierit apoc. xiv. et quia m(ate)r dn̄i tam tot(is)
virginibus maxime licet istud priuilegiū. maxime ei cōuenit
hoc officiū ¶ Circa s(ecund)am p(ar)ticulam istius consecratōnis que est de
istius sacri similitudinibus est intelligendū q(uo)d istud sacrm̄ fuit
in diuina scriptura quadrupliciter figuratū Primo in sacri
ficio melchisedech gen. xiv. quia sicut melchisedech. cum esset
sacerdos dei altissimi offerebat panem et vinū sic xpus sub spē
panis et vini instituit hoc sacrificiū Io(hannes) dicit p(ro)ph(et)a in ps. ¶ Tu es
sacerdos in etnū s(ecundu)m ordinē melchisedech ¶ Secundo fuit figurat(um)
in imolatione agni Exo. xii. Quia sicut ibi fuit agnus im
molatus pro salute p(o)p(u)li israhelitici ita hic agnus dei imo
latur pro totius salute p(o)p(u)li xpiani ut h(ab)etur Io. vi ¶ Tercio fit
figuratum in mana deserti exo. xvi quia sicut illa cibus est
uel fuit indignis abhominabilis dicebant enī anima nra (et)
nauseat super cibo isto leuissimo (et) dign(issi)mis sīme delectabil(is)
quia sic sapida q(uo)d habebat omnem delectamenti saporem
ut ad cuiuslibet desideriū cōuerteretur ita iste cibus est in
dignis q(uo)dē nociuus et dign(issi)mis sūme proficuus quia dicit
dyonisius de ecc(lesiastica) Ierar(chia) q(uo)d confert iustificationem sicut et in
iustis condempnatoēm ut Iud. vii. Ideo Iusie post buccellā
introiuit in eum sathanas si tn̄ buccella fuit corpus xpi Qua
re fuit figuratū in panibus p(ro)positionis exo. xxv quia sicut illi pa
nes cothidie non ministrabant(ur) nisi sacerdotibus ita eukaris
tiam cothidie non cōuenit sūme nisi sacerdotibus sol(is) Et sint
tempore necessitatis illi panes ministrati fuerunt per requisita cor
poris puritate sicut dicit p(rimo) Re. abymalech ad dauid ¶ Si mūdi
sunt valde pueri maxime a mulieribus Antequā daret eis hos

panes ita hoc sacrificiũ in ctis articulis ministrat' comuniter
fidelibus sed ante om̄ia requirũt cordis et corporis puri
tatem s̄m b. dyonisii ubi s̄. Sed ex istis dictis accipiũt' duo
utilia documenta. Primũ est qd ille qui accipit ad illud sac
tissimũ sacramentũ debet accedere cum sũma diligentia
quia tanta sunt ibi solempnia. Secundũ documentũ q illi qui
assistunt debent assistere cũ sũma reuerentia quia tanta di
cunt' de hoc sacramento premia. Quantum ad s̄am consideratiõ
de istius sacri institutione occurrũt iiij.or inquirenda. Primũ
est qualiter istud sacrm̄ fuit institutũ. Secundo qñ fuit institutũ
Terciũ ubi fuit institutũ. Quartũ quare fuit institutũ. Quo
ad primũ istud sacramentũ fuit a dño institutũ qñtuplici c̄
circumstantia modificante sed sicut habetur in canone beati pet'
Prima fuit oculoꝝ eleuatio. Eleuatis inquit oculis in celum
Ex quo accipit' documentum qd iste qui sumit istud sacrm̄
debent h're oculos mentis eleuat' in deum et non ad infe
riora dispsos. Secunda circumstantia fuit gratiarum actio deo patr'
grãs agens ex quo accipit' documentũ qd circa istud docũtũ
versantes debent esse deo grati de causa inenarrabiliũ bene
ficio. Tercia circumstantia fuit benedictio benedixit et fra
consecratione dixit. Hoc est corpus meum. Et sic nõ confic'
per illa per que nos conficimus s̄m Innoc'. Tamen ad oppo
situm videtur esse ambr.o de sacra. Et Cyprian.o martir qui
dicit qd eadem facimus et non alia qm̄ ea que xp̄us fecit
Quarta circumstantia fuit panis diuisio fregit inq'. Ex q.o
accipimus documentũ quomodo sub tempore illo quo xp̄s
habuit corpus passibile et mortale et tale quale habuit
dedit discipulis fregit spẽs panis sine sui corporis lesione me
rito magis p't suam resurẽm cum h'ebat corpus inpassibile
nichil patit' ex tali speꝝ qualicũqꝫ actione. Quinta circũ
stantia fuit liberalis comunicatio dedit inquit discipulis

exquo accipitur documentū qđ istud sacrm̄ cum summa libe
ralitate est ministrandū dicente dn̄o gratis accepistis grt̄
date. illud sacrm̄ aūt cum summa libealitate fuit datū vnde
symon contra sacrm̄ maxime est detestatus quāto excellenci⁹
est donū dei dicente petro symon mago viij. act pecūia tua
tecum sit in pdicione quia estimasti donū dei in pecunia
compari. De s̄a ptīcula istius consecracōis quar. scilicet illd
sacrm̄ fuit institutū constat qđ fuit institutū in cena dn̄i
que fuit fc̄a feria qūta an̄ pasceues vt testant^r quatuor eūa
geliste. Intelligendum tamen qđ ista dies inuenit^r in sac̄
scriptura quadruplici misterio consecrata. Pmo quidem
ministīo creacionis aīum̄ quia iste fuerunt aues adeo for
mate ut hētur gen̄. i. Exqua datur intelligi qđ homines
qui habent alas contemplacōis s̄m b. gg. sup Ezechielem
sunt ydonei ad pticipandū istud sacrm̄. S̄o fuit consecrat⁹
misterio creacionis piscīu quia eadem die fuerūt adeo pis
ces maris facti que pisces in maria amaritudine uenientes
significant homines in amaritudine contricionis pmane
tes qui sunt ydonei ad istud sacrm̄. Tercio fuit consecrata
mistīo dn̄ice oblacionis quia feria qūta a matre oblatus
in templum cum fuerit natus die dn̄ica ut alibi. Et ideo
sacerdos xpm̄ offert in hoc sacrō inuisibilit̄ sicut virgo in
templo obtulit visibilit̄. Qrta fuit consecrata mistīo dn̄i
ce assumpcionis quia isto die fuit dn̄s assumptus hēt act.
Et ita dicit b. gg. qđ expleto hoc sacrō in celū capit^s tpe
pascali Sed quidem de hora dicit^r qđ istud sacramentū fuit
institutū circa horam completorij quia vespere fc̄a in cena
discubuit. ait. xxvj. Et ita inuenit^r quadruplici misterio
consecrata. primo quidē mistīo mūdal^s creacionis ista hora
hora eīn credunt aliqui mūdum fuisse creatū quia ista
die dn̄ica scribit^r gen̄. i. factum est vespe et mane dies vn⁹

creacio dicitur liberalis

petrus dixit symoni mago

ista dies inuenitur consecrata quadruplici misterio

nota quod dominus die dominica fuit natus

nota quod hora completorij fuit institutum hoc sacramentum

mundus quando creatus

incipiendo a vespere secundum aug9. de civit/ dei |Secundo fuit con
secrata misterio pascalis comestionis quia ista hora fuit celebra
tum pasca in egipto ut habetur in exo. respondet veritas figure
|Tertio fuit consecrata misterio angelice annunciationis |Ista enim
hora creditur angelus virginem salutasse et ideo secundum traditionem
patrum ista hora a fidelibus mater domini salutatur |Quarta fuit
consecrata misterio dominice sepulture |Ista enim hora fuit corpus xpi
in sepulcro clausum sicut habetur ex ordine ewangelico sic in
hoc sacramento est corpus xpi sub speciebus occultatum |De tertia particula
istius consideracionis ubi illud sacramentum fuit institutum ut quidem
constat quod fuit institutum in Civitate sancta ierusalem in qua xpus cena
uit testimonio iiijor ewangelistarum |Sed attendendum est quod in hoc sacramento
instituta fuerunt iiijor sacramenta que habent ad invicem conexionem
|Primum sacramentum baptismi math. viij |Euntes docete omnes gentes bap
tizantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti |Secundum sacramentum
ordinis quia xpus in cena ordinavit apostolos sacerdotes cum dedit
eis potestatem conficiendi luc. xxij. d. hoc facite in meam commemo
rationem |Tertium sacramentum penitentie quia Jo. xx. dicit eis quorum remiseritis
peccata remittuntur eis et quorum retinueritis retenta sunt |Quartum
sacramentum eukaristie ut patuit in cena cum dixit hoc est corpus meum
et postea hic calix etc. ut supra dictum est |et istud habet ordinem
ad precedentia quia propter delicta cotidiana id non debet cele
brari sine sacramento penitentie ad minus certo tempore nec illud potest confici sine
sacramento ordinis nec illud sacramentum potest suscipi non ab homine bap
tizato |De quarta particula quare illud sacramentum fuit institutum et
quod istius institucionis assignat racionem paulus apostolus .j. chor. x. |quo
tienscumque manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem
domini annunciabitis donec veniat |Sed attendendum quod doctores speciales
in scriptura assignant raciones iiijor |Prima est ad fidem catholicam ex
tollendam quia cum virtus sit de bono et difficili quanto difficilius
credit tanto laudabilior et quia istud est arduum ad credendum Jo.

Margin notes:
ubi quo maria ... fuit salutata
xps fuit sepulture ...
de baptismo
xps ordinavit in cena sacerdotes
de potestate
de eukaristia
quare sacramentum fuit institutum

signat fidem credentis et ex eius exaltat meritum et ideo dicitur in canone b. petri misterium fidei. Secunda ratio est ad memoriam de preteritis ad retinendam ut non obliviscemur tantorum beneficiorum quorum illud sacramentum est signum rememorativum et ideo scribitur i. chorinthiorum xi hoc facite quotienscumque sumetis in meam commemorationem. Tercia ratio est ad spem de futuro confirmandam quia spes promissi boni maxime confirmatur per arram. Illud autem sacramentum est pignus et arra future beatitudinis quam expectamus unde non solum est signum rememorativum sed etiam prenosticum secundum beati dyonisii de angel. ier. Quarta ratio sunt ad caritatem in nobis intendendam quia naturaliter quilibet inclinatur ad intelligendum diligentem et ideo christus ut nos maxime incitaret ad caritatem in hoc sacramento suam maximam dilectionem voluit demonstrare in quo non sua sed semet ipsum nobis dedit. Et illud est sacramentum quod maxime tenet ecclesiam in unitate et puritate secundum quod docet dyonisius in libro de ec. ier. Quantum ad terciam consideracionem de ipsius sacramenti susceptione est videndum primo quot modis sumitur illud sacramentum. Secundo qui sunt ad illud sacramentum admittendi. Tercio que sunt cavenda. Quarto quotiens est illud sacramentum sumendum. De prima particula est intelligendum quod secundum doctrinam apostoli i. chorinthiorum xi illud sacramentum potest sumi iiii modis. Primo ab aliquibus nec sacramentaliter nec spiritualiter sicut illi qui speciebus istis utuntur sicut cibis communibus ad saturitatem et ebrietatem de quibus dicitur Et alius quidem esurit et alius ebrius est. Alii sumunt sacramentaliter et spiritualiter sicut illi qui sumunt cum peccato mortali sic datur inimice in eternum non ad sanctitatem et ebrietatem de quibus dicit ibi apostolus Qui enim manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit. Alii sumunt spiritualiter et non sacramentaliter sicut illi qui fidem ex devotione ad illud sacramentum flagrant existentes in gratia sed propter aliquod impedimentum non possunt percipere quibus dicit b. augustinus Crede et manducasti. Alii sumunt ipsum sacramentaliter et spiritualiter sicut

2 ratio

3 ratio

4 ratio

quot modis sumitur sacramentum

illi qui debita preparatione de facto ipsum percipiunt de quibus &
ibidem apostolus probet se ipsum homo et sic de pane illo edat
et de calice bibat | De secunda particula est intelligendum quod ad istud
sacramentum obligantur fideles secundum quadruplicem gradum | Primo a
liqui obligantur ad credendum et amandum sicut illi qui sunt
inter infideles ut nullomodo ipsius possint habere copiam
quia secundum leges nullus ad impossibile obligatur unde b. augustinus
sic impigrum non dampnaret si ea qui nullomodo fieri po
terant imperaret | Secundo aliqui obligantur ad credendum et dilige
dum sed ad venerandum sicut inter fideles quibus non impe
ditis in diebus ad minus dominicis ut audiat missam quia pre
ceptum de sancta observatione in istum cultum est translatum | Tercio
aliqui obligantur non solum ad venerandum sacramentum in
stitutum sed ad sumendum sicut omnis persone etatis circa dominica
resurrectionis quia eo tempore hoc sacramentum institutum fuit
ut patuit | Quarto aliqui obligantur non solum ad venerandum
et sumendum sed ad conficiendum sicut omnes sacerdotes non
impediti in celebritatibus magnis | isti enim qui numquam celebrant
tenent dignissimam potestatem quibus invicem accedentibus
ad iocundissimum sacramentum dicitur Job 1 accedat altare meum gra
tuite De tercia particula est intelligendum quod b. dyonisius in pall.
c. de ec. ier. ponit iiii^or personarum genera que ab hoc sacramento
excludebantur in primitiva ecclesia primo cathecumini quia non dum
erant regenerati | Secundo energumini id est apostate quia ab hoc
sacramento erant alienati | Tercio temptationibus vexati | Quarto
quidem ab illis purgati sed non dum perfecte uniti | Istis autem
exclusis dicitur quod admittebatur vir digne vacans et rebus se
sibilibus solum vel necessitatibus stricte utens sed restat
dubium si ministrans qualitercumque circa illud sacramentum cum peccato
mortali peccet mortaliter dicitur quod non utpote subdyaconus
vel dyaconus quia illud iure divino expresse non est prohibitum

Xpiani qui sunt inter infideles debent credere et ... obligantur

non impediti christiani ... obligantur audire missam ... diebus dominicis

ad sumendum corpus Christi

presbiteri ad conficiendum

Secunda dubitatio si quicumque sit indigne sumit peccat et dicitur quod sic quia illa est expressa determinatio apostoli 2 chor xi. Tertia si consecrans indigne semper peccat mortaliter dicitur quod sic per locum a minori quia plus est corpus xpi conficere quam ipsum sumere cum hoc omnibus et illud solum sacerdotis. Quarta dubitatio cum secundum premissa omnis indigne celebrans committat duplex mortale peccatum in quo gravius peccat vel in sumendo vel in consecrando. Dicitur quod cum istud peccatum proveniat ex irreverentia quanto maior est dignitas tanto maior irreverentia et ideo cum dignius sit conficere videtur tunc magis peccare unde talibus dicitur in ps. Quare tu enarras iusticias meas et assumis testamentum meum per os tuum. De quarta particula quotiens sumi debet ponuntur iiij^or^ convenientes veritates. Prima quod istud sacramentum non debet in eodem die frequentari sine causa necessitatis communis quia ex frequentia nimia solet oriri contemptus. Secunda veritas quod ab hac regula nativitatis domini excepta quia sine quacumque alia necessitate possunt dici tres misse secundum b. gg. Tertia veritas est cum necessitate possunt aliis diebus dici due misse in die ut quando propter inopiam sacerdotis unus necessitatur ad deserviendum duabus parochiis vel quando advenit magna persona que non potest esse sine missa ut notatur iiij^o^ sententiarum. Quarta veritas quod non licet iterare nisi in precedenti celebratione se preservaverit a purificatione vini et aque quia non ieiunans non licet accedere ad hoc sacramentum. Secundo remanet dubitatio. Secundo remanet dubitatio si cottidie sumere eukaristiam liceat nec laudo nec vitupero. Tamen dicit doctor si ex tali frequentia augeatur devotio est iteranda si autem minuatur est dimittenda. Secunda si xpus illud sacramentum dedit apostolis ante alium cibum et dicitur quod non sed primo post cenam ut habetur math. xxvi et mar. xiiij et luc. xxij. Istud autem sacramentum fecit ut sacramentum datum ultima hora

q indigne sumit et q indigne gerat peccat mortaliter

4a particula quotiens sumi debet

pro eodem die non duo sumi

excepta nativitate domini

quod propter sacerdotes bis celebrare

non bona ratione

alterius imprimeret eorum cordibus b^m uerum b. gg. Tercia
dubitatio quare mutatus est ille modus dicit aut b. aug9 q
spui sto placuit ut in honorem tanti sacri ante alios cibos illud
sacrm in os fideliu intraret. Quarta dubitatio si in periculo mortis
debet cuilibet istud sacrm requirere dicat aut q sic quia istud
sacrm est viaticu sic dicit in transitu b. amb9 qd pducat aiaz
usq ad uite portam unde bene fuit signatu per illu panem
subcinericiu cui9 uirtute ambulauit helyas lx. diebus et sexa
ginta noctibus usq ad montem dei in oreb. in. reg. xix. Quantu
ad quartam consideratioem que est istius sacri pfectio sunt tria
videnda. Pma que sunt istius sacri sublimia. Sca que sunt ei9
priuilegia. Tertia qualia sunt eius bnficia. De pma ptcula sub
limia hui9 sacri dant ex pte quadruplicis cae. Pmo ex pte cause
efficientis instrumentalis quia eandem cam pncipalem he
bant oma sacramenta quia ordo sacerdotalis est dignissimus
licet eni b. dyon. ponat epatum ut excludat sacerdotu esse or
dinem deo maxime proximu in li9 de ec. je. tum sacerdotium
per se acceptum ut distinguit con epatum est in corpaliter
dignius epatu quia plus est consecrare xpm quem consecre
quecumq aliu. Nobilissim9 aut actus epalis inquantum talis
est conferre ordines inquibus homines consecrant. In hoc
autem consecratur ille qui est deus verus. Et ideo b. francisc9
amirans illam excellentissima dignitatem monuit pbros
reuereri pre cunctis et ex tanti ordinis reuerentia renuisit ee
sacerdos. Sco declarat istius sacri sublimitas ex pte cause ma
terialis circa q quia sicut oma alia sacrameta vsant circa
corpus xpi misticu ita illud immediate circa corpus xpi uer
qd hic consecrat. Et ideo sicut corpus xpi ueru est dignissim
ultra misticu ita et hoc sacramtu quadmod theologia pfert
aliis sciis al. disciplis quia circa dign9 subiectu usat. Tercio
declarat ex pte cause formalis quia illa pfco in qua extendit

quare mutatus est modus

nota q ducit ad uite portam

ordo sacerdotalis dignissimus

beatus franciscus mandat primus presbiteros reuereri

nobilissima creatura oportet quod sit nobilissima sicut homo excel
dit bruta per istud solum in quo est natura humana nobilissima
ut pote ratio sive intellectus rationalis per istud autem solum sacramentum homines
precellunt angelos secundum quod dicit apostolus ad hebre. xiii. habemus altare de quo
edere non habent potestatem qui tabernaculo deserviunt | Certo declaratur 4
excepte cause finalis quia cum finis sit semper melior hiis que
sunt ad finem Istud sacramentum est finis omnium spiritualium perfectionum sicut de
clarat b. dyo. in iii. c. de ec. je. Unde dat illud signum quia cum cetera sa
cramenta solempniter celebrantur consummatio fit in missa ut patet
in ordinibus sacris ut in ungento | De secunda particula dicitur quod 4or sunt privilegia istius sacramenti primum
iiii.or sunt istius sacramenti privilegia Et est primum de istius sacramen
ti figura quia sacra cetera nove legis significant directe gratiam istud
autem directe habet suam significationem circa gloriam quia dicit
b. dyon. in pri. c. ce. je. quod sicut notitia divinarum scripturarum
nobis est ymago future contemplationis in patria ita superio
divinissime eukaristie communicatio illius fruitionis beatifice qua
saciabimur cum apparuerit gloria eius Et ideo dicit salvator luc.
xxii. non manducabo istud donec impleatur in regno dei | Secundum 2m privilegium
principale privilegium de istius sacramenti natura quia cum permanentia
entia habeant naturam successivam cum transeant cum usu
Istud autem est permanens cum diu maneat sacramentum istud
quamdiu species durare possunt ut notatum in iiii.o Sententiarum Tercium prin 3m privilegium
cipale de istius sacramenti veritate in ceteris invenitur frequenter sacra
mentum sine re sacramenti ut cum quis sit te accedit hic autem semper
res sacramenti est cum sacramento quantumcumque fictus consecrat quia verum
corpus xpi est ibi ut patuit unde istud est verius quam semper effi
cit quod significat | Quartum privilegium de istius sacramenti in causalitate quia 4m privilegium
cetera sacramenta habent causalitatem tantum respectu unius gratie
inherentis istud autem respectum duplicis gratie scilicet inherentis
et subsistentis quia ita confert primo perfectius gratiam quam alia sa
cramenta et cum ibi efficit conversionem in corpus xpi verum

eukaristia est perfectio perfectionum spiritualium

Et ideo quia per singularia privilegia excedit omnia alia sa-
cramenta dicit b. dyon. in iij c. d. ec. ie. Quod eukaristia est perfectio
perfectionum spiritualium et non est ultra ipsum laudandum aliquod
aliud sacramentum De tercia particula qui sunt illius sacramenti
beneficia Et est beneficium eius primum gratie augmentatio quantum
cum requirat hominem in gratia existentem gratiam primo non donat
sed augmentat Et ideo dicitur Eukaristia .i. bona gratia quia per
ficit gratiam collatam ut dicit dyon. in d. ec. c. Secundum bene
ficium est gratie observatio sicut enim alimentum corporis habet
vitam conservare ita illud ipsius anime et ideo datum est
hoc sacramentum sub similitudine cibi et potus Unde dicit salvator
Jo. vi. nisi manducaveritis carnem filii hominis non habebitis
vitam in vobis et item Qui manducat me vivit propter
me Tercium beneficium est peccatorum remissio quia habet omnia peccata
venialia delere sicut aggravare mortalia quando invenit ea sicut
notatur in iiij sententiarum Et ideo salvator instituens hoc sacramentum pro
fore adiunxit in remissionem peccatorum Quartum beneficium est pre
miorum promissio quia salvator Jo. vi. certitudinaliter promisit
iiijor premia digne sumentibus ipsum Primum resurrectio Et
Ego inquit resuscitabo eum in novissimo die Secundum premium immor
talitas sempiterna hic est inquit panis ut si quis ex illo
manducaverit non moriatur Tercium est societas preclara quia
dicit qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem
in me manet et ego in eo Quartum premium est sanctitas perfecta
unde de accedentibus ad ipsum digne ibidem dicit Qui veniet
ad me non esuriet neque sitiet numquam Cuius sanctitatis nos
participes efficiat crucifixus qui cum patre et spiritu regnat in sem
piterna amen

Finis

(margin) eukaristia id est bona gratia

(margin) premia percipiunt digne recipientes

(margin) nota pulcherrima premia

Notabilia bona et utilia

Nota quod in iiii^or casibus redeunt dimissa peccata
Primo propter odium fraternum et non solum illa peccata
que homo egit post baptismum ei ad penam reputabuntur verum
et originalia | Secundo propter crimen apostasie aut heresis
| Tercio si contempnit confiteri | Quarto si negat penitentiam in
iunctam ad implere. Versus fratres odit quis apostata fit
spernit et confiteri penituisse piget pristina culpa redit

Nota quod sex modis delentur venialia peccata | Primo per digne
eukaristie sumpcionem | Secundo per aque benedicte aspersionem
| Tercio per elemosinarum largicionem | Quarto per dominicam oracionem
| Quinto per generalem confessionem que fit media per quam si [illegible]
ditur non solum venialia verum etiam mortalia oblita dimit
tuntur vel delentur | Sexto per episcopalem benedictionem vel sacerdo
talem precipue post missam

(margin:) quibus delentur venialia

Nota quod propter tria maxime debet homo ecclesiam frequentare
Quia mediante per sacramenta restituitur anima | Secundo quia dum iste
mundus hominem mortuum a se expellit sola ecclesia vel cimite
rium eum recipit | Tercio quia dum mundus iste animabus
non possit suffragari ministri ecclesie videlicet sacerdotes
orationibus suis animas deo recommendant

(margin:) ecclesiam frequentare

Nota quod quidam sunt a predicatione fugientes | Quidam
in predicatione dormientes | Quidam in predicatione at
tente audientes | Primi declinant a bono et faciunt malum
| Secundi declinant a malo sed non faciunt bonum | Tercii declinant
a malo et faciunt bonum | Primus itaque dicitur domino id. ps. venite
filii audite me | Secundus dicit id. [illegible] non potuistis una hora vi
gilare mecum | Tercius dicit venite ad me omnes qui la. et ho
nerati estis et ego reficiam vos

(margin:) qui non possunt in predicatione …

Nota exempla prebuit consilia fecit miracula premisit
premia ut nos ad se traheret per hec omnia debuit ita

exempla et hic ut mutarentur / prebuit consilia / ut instrueremur
fecit miracula quibus ad bene agendum flecteremur / Promisit pre
mia ut eorum amore in virtutibus firmaremur / De exemplis dicit
Jo. / Exemplum dedi vobis ut et vos ita faciatis / De consiliis dicit
Mt. / Vade vende omnia que habes et da pauperibus et veniens
sequere me et habebis thesaurum in celo / De miraculis dicitur
bene omnia fecit surdos fecit audire et mutos loqui volo pater
ut ubi ego sum illic et minister meus erit / Infelices itaque sunt
qui nec exempla sequuntur nec consiliis utuntur nec per premia attra
huntur. Talibus dicet dominus amen dico vobis nescio vos / Ite g°

de ieiunio quod facit ad multa ut hic videtur

Nota quod ieiunium valet ad iram placandam ad veniam impe
trandam ad nequitiam extirpandam ad munditiem retinendam
ad ignorantiam excludendam ad victoriam sequendam ad gra
tiam obtinendam / Primo valet ieiunium ad iram placandam
unde Daniel oravit dominum ieiunans panem desiderabilem non
comedens vinum et carnem non gustans avertatur inquit obse
cro ira tua a civitate Jerusalem et a monte sancto tuo placare domine atten
de et fac ne moreris adhuc ipso loquente ecce Gabriel venit in
hora sacrificii vespertini et nuntiavit preces eius a domino exaudi
tas / Secundo valet ieiunium ad veniam impetrandam / Quia in pre
dicatione Jone viri Ninive et eorum boves et pecora non co
mederunt neque biberunt et vidit deus opera eorum quia conversi
sunt de via sua mala iniustitiis et super malitia eorum / Tertio
valet ieiunium ad penam vitandam secundum quod Hester ad consilium
Mardochei tribus diebus et noctibus ieiunavit et exinde re
gem ingressa sui revocationem impetravit quam Aman protulerat
contra iudeos ut omnes perirent / Quarto valet ad nequitiam extir
pandam secundum quod veritas ait in evangelio hoc genus demonii non
eicitur nisi in ieiunio et oratione / Iste obsessus stridebat spuma
bat et arescebat Stridebat per iracundiam / Spumabat per
luxuriam et arescebat per ignorantiam quia spiritus ire luxurie

 notabilia

et ignorantie oratione et ieiunio expellunt ¶ Quinto valet ieiu
nium ad munditiam retinendam secundum quod daniel et tres pueri nole
bant pollui de mensa regis nec de vino ipsius rogauerunt prin
cipem eunuchorum ne contaminarentur comederunt legumina
et biberunt aquam et apparuerunt vultus eorum meliores ¶ Sexto
valet ieiunium ad ignorantiam excludendam secundum quod paulus in
sua conuersione tribus diebus et tribus noctibus non videns
nec comedens nec bibens in quo triduo creditur a spiritu sancto euangelium
didicisse unde dicit neque ab homine neque ab angelo accepi illud
neque didici sed reuelatione ihesu christi ¶ Septimo valet ieiunium ad vic
toriam consequendam secundum quod tres pugnantes contra beniamin pro uxore le
uite solum tribuum in prelio donec pacto ieiunio preualuerunt
et tribum illam penitus deleuerunt ¶ Octauo valet ieiunium ad
gratiam obtinendam secundum quod spiritus sanctus apostolis dabatur unde pe
trus non sunt hii ebrii cum sit hora diei tertia

Nota quod demones iiii^or modis laborant scire que deus cos de demonibus
scire non permittit ¶ Primo student scire finem hominis ut magis
insistant unde et tu insidiaberis calcaneo eius ¶ Secundo student
scire secretam voluntatem peccandi ut eam ad opus eorum per
ducant unde nemo scit que sit voluntas hominis nisi spiritus qui est
in ipso ¶ Tertio student scire finem mundi ut mundum peruertant
et ut electi in errorem perducantur ¶ Quarto student scire in quam
partem homo magis pronus vel fragilius sit ad peccandum unde
Gen. infirmiora terre explorare venistis

Nota quod dyabolus semper insidiatur homini quasi venator de demonibus
quam tigridi insidiatur ¶ Tygris est animal velocissimum et multum dili
git pullos suos quos dum aufert venator fur tunc tygris ves Tigris quid est
tigia insequitur venatoris ¶ Cum autem venator longe ad se pro
spexerit animal proicit ei specula in via quorum studiose intuetur
videt umbram propriam et credit esse catulos suos et prebet eis
ubera ad sugendum et sic venator animal deludit et ipse cum

preda discedit per venatorem dyabls designat per aial
homo per catulũ anima per speculũ quelibet mala delcã
tio Supbo est speculũ vana glia formatori mulieris auo
pecũia stobilibus ꝓtãtes in quibus delc̃ant q̃s dyabolus
pɩcit in viam .i. in cor hoĩs et eum deludendo seducit cũ tũ
homo n̄ in celestibus deberet desiderare